d impugnat, nisi vt absoluatur. Sed hoc dictum mihi non placet. Primo per istū tex. qui permittit defensionē excōicato, ꝙ impugnaī ab actore; & durum esset, qđ actore impugnante, reus excōicatus non posset se defendere, nā sic multoties condēnaretur absoluendus. quæ q̄dem rō cessat, actore non agente. Item quis lucratur, cū satisfacit voluntati suæ, vt no. in l. pen. ff. de cōdi. cau. da. non ergo dēt admitti, cū ipse ꝓuocat ad iudiciū ꝓp rōnes quas ponit tex. in c. pia, præalleg. faciat ergo se prius absolui; nā repellit a iudicio, vt citius resipiscat. admittit. n. qū venit vt reus; qa necessitaī ab alio, & ne reportet cōmodū de malitia sua, vt in c. intelleximus, de iud. q̄ rō cessat, qū vltro se offert, vt implorando officiū iud. ſub sua defensione. hic. n. officiū iudicis, non exercetur in sui odium; sed potius ad sui commodū; & hanc ϳriam opi. puto verissimam; ex quo hēt facultatē faciē
29 di se absolui. † Et facit quod dicit Fed. consi. 114. vbi dicit excōicatum non audiendum, volentē propriā iniuriā prosequi, quia indistincte iura repellunt excōicatū, facit qđ dixi, ſ. e. c. a nobis; & admitti non dēt; nisi in casibus a iure expssis: casus aūt noster non est expressus, si bñ ponderetur iste tex. & d. c. intelleximus.

ADDITIONES.

a ¶ Qui iurat soluere. Adde Ale. consi. alleg. 12. & 212. lib. Adde quod compensatio, dicitur esse vera solutio. l. 4. ff. qui pot. in pig. ha. & ideo qui iurauit soluere, si compensat non videtur periurus, & vide Bar. in l. diuortio, in §. ob donationes. ff. sol. mat. in 1. oppo. & in l. aufertur. in §. qui compensationem, ff. de iur. fil. & ibi per Ale. & habetur per Pau. de Cast. in consi. 35. & Bal. in l. ex causa, in prin. C. de compen. & in l. tam mandatori. C. de non nu. pec. in 3. col. & ideo videtur, quod decisio istius apostillantis sit dubia, tamen Spe. in tit. de vsu. in §. fed pone, dicit, quòd si per statutum requireretur solutio, vt quia dicit statutum non relaxari debitorem, qui non soluit, vel si dat terminum ad probandum solutionem, non habet locum in eo qui compensationem opponit, secundum Bar. no. in l. in ea. in fi. C. de cōpen. & vide Bar. in l. Iulianus, la 1. ff. de condi. & demon. vbi videtur, quod exceptio compensationis impropriè dicitur exceptio solutionis, & nō verè, & ideo posset dici, quod cum iuramentum debeat obseruari. ꝙ non excusetur is a periurio, qui obiicit compen. c. debitoris, de iur. Ant. Fran.

b Excōicatus. Vide late per Alb. de Ro. in 4. par. statutorū, q. 92: inci. an fideiussor banniti, & Nellum trac. bannitorum, in 1. par. secundi temporis. q. 67.

c Ipsi fideiussori. Adde an fideiussor possit se tueri exceptione rei iud. eundem Albe. consi. 60. & Fran. Are. consi. 34.

d ¶ Mihi non placet. Idem quod Abb. tenet hic Innoc. pro quibus optime facit quod no. Do. An. in c. intelleximus, in vlti. col. de iud. vbi dicit, quod excommunicatus non potest compellere actorem, vt agat condictione ex l. diffamari, contrarium tenet hic Imo.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens, non videtur fateri ea quæ in exceptione includuntur, & numero 26.*
*Exceptio falsi, potest post sententiam opponi.*
2 *Libellus potest esse generalis, in accessorijs.*
3 *Rei vendicatio potest competere pro rebus sacris, ipsis prælatis, vel rectoribus; licet non sint domini rerum sacrarum.*
4 *Vna ecclesia potest cum pluribus permutari. siue iure proprietatis, vel tituli; dummodo illæ plures ecclesiæ tenerentur de iure communi; secus si cum dispensatione, quia dispensatio non transit in tertium.*
5 *Tutor bene administrans, habetur loco domini, sed male administrans habetur loco furis.*
6 *Episcopus, vel alius prælatus, non potest ad libitum disponere de rebus ad eius ecclesiam pertinentibus*
*Episcopus, vel alter prælatus, potest præscribere, vt habeat aliquas ecclesias sibi temporaliter subiectas.*
7 *Ad originale recurritur, si transumptum discordat cum originali.*
8 *Actor pōt fundare intentionē suā super instrumētis per reū productis.*
9 *Procurator, vel prælatus si falsat instrumenta, non debet puniri dominus vel ecclesia.*
*Mandatum procuratoris non extenditur ad illicita.*
10 *Iudex potest supplere ex officio, allegando falsitatem instrumenti, quando falsitas est euidens.*
11 *Concedo istud verbum non semper importat translationem dominij.*
12 *Confessio indeliberate, & festinanter emanata præiudicat confitenti, data perseuerantia.*
*Confessio facta calore iracundiæ non præiudicat.*
13 *Litis contestatio an inducatur per exceptionem factam a parte.*
14 *Actio pignoratitia directa, & contraria quibus competat.*
*Actio pignoratitia contraria non datur creditori scienti rem pignoratā alienam, vel alteri obligatam, vel morbosam.*
15 *Actiones bonæ fidei quare potius dicātur illæ q̄ enumerātur, in §. a Tionem, de act. quam aliæ; cum in omni contractu requiratur bona fides.*
16 *Vsuræ petuntur vt interesse hodie in actionibus bonæ fidei post moram, quatenus interest.*
*Vsuræ an sint prohibitæ de iure ciuili.*
17 *Pecuniam dari quando est in obligatione, habetur ratio lucri cessantis.*
18 *In obligationibus facti, quare succedit obligatio ad interesse; & in obligationibus dandi non.*
19 *In obligationibus facti post moram, interesse est in obligatione; secus in obligationibus dandi.*
20 *In bonæ fidei contractibus non veniunt ea, de quibus cogitatū non fuit nisi comprehendantur ex natura actionis, & nu. 21.*
22 *Permutatio, an possit fieri cum alio, quam cum domino.*
*Res permutata si euincatur, datur regressus contra illū, qui talē rē dedit.*
23 *Si duo permutant beneficia; & vnus non habet ius in beneficio, non potest ille alius propria authoritate redire ad beneficium suum; cū tenuerit renunciatio.*
24 *Agens ad beneficium permutatum, non habet necesse probare permutātem habuisse ius in beneficio.*
25 *Confitens vnum, videtur confiteri omne id, quod sequitur ex illo.*
27 *Replicans, non videtur confiteri, quæ continentur in replicatione.*
28 *Falsitatem committens in causa, perdit causam.*
29 *Delictum prælati & capituli simul, præiudicat ecclesiæ.*
30 *Falsificans instrumenta, vel acta in aliqua causa, an debeat perdere illā causam, vel aliter puniatur.*
31 *Producens instrumentum falsum, vel minus solenne, in sui fauorem; an debeat secundum illud: licet falsum, vel inualidū; iudicari ipse producens. & nu. 39.*
*Producens instrumentum, censetur approbare, & confiteri omnia in eo contenta.*
32 *Producens instrumentum falsum sine dolo, & ignoranter, non censetur in eo contenta confiteri; nec debet secundum illud iudicari, etiam si expresse confiteatur contenta in instrumento esse vera. & nu. 33.*
34 *Confessio emanata, non habita mentione instrumenti, si illud instrumētum reprobetur, remanet confessio; nisi prætextu instrumenti reprobati reuocetur.*
35 *Confessio emanata vigore instrumenti non solennis, ualet, & non tollitur etiam instrumento apparente non solenni.*
*Producens instrumentum non solenne, censetur in eo contenta confiteri, & num. 38.*
36 *Producens instrumentum pro se, vel statutum, vel legē; male eam intelligens; si postea appareat contra se, an possit condemnari.*
37 *Rescriptum licet dicatur surreptitiū; potest tamen allegari in fauorem aduersarij, in quantum in eo narrabantur aliqua in suum fauorem.*
40 *Instrumentum continens factum indiuiduum, non pōt pro parte accepti & pro parte non; alias secus, & idem dic in confessione.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



41 *Sententia lata pretextu falsæ probationis, an sit nulla.*
42 *Falsitas potest allegari vsque ad viginti annos,*
*Sententia lata per probationes falsas, intra quantum tempus, & qualiter possit retractari.*
43 *Episcopus potest dici dominus redditui ecclesiæ quoad administrationem; non quo ad hoc, vt possit fructus in vsus proprios conuertere.*
44 *Patronus an possit petere, quod clericus ecclesiæ patronatæ, assignet quid & quantum expediat pro suo victu.*
45 *Quando ecclesia est collegiata, electio spectat ad collegium; non autem ad episcopum, nisi consuetudo aliter disponat.*
46 *Ecclesia quando est sita in parochia alterius, an episcopus, vel rector parochiæ in ea præsentabit.*
*Ius patronatus non quæritur, nisi ex constructione, & ædificatione.*
47 *Ius patronatus non acquiritur populo, si ecclesia non habet patronum.*
*Ius patronatus nõ acquirit populus ex cõsuetudine, vel præsentatione.*
48 *Sententia an possit dici nulla ratione incertitudinis.*
49 *Sententia generalis in iudicijs vniuersalibus, vel generalibus toleratur, in particularibus secus, & nu. 50.*
*Sententia hoc modo lata: pronuncio, prout talis iudex in tali causa pronunciauit, non valet.*
50 *Sententia lata hoc modo: pronunciamus per omnia, vt in consilio in actis reddito continetur, an valeat.*
51 *Sententia interlocutoria valet etiam sine scriptis; dummodo notarius eam reducat in scriptis: diffinitiua verò debet fieri in scriptis.*
52 *Sententia lata hoc modo: cõdẽno te ad petita, vel ad id quod debes; valet.*
*Sententia lata, vt supra proximè, ex quibus actis debeat certificari.*
53 *Ecclesia si aliquid allegat pro se, non tenetur illud contra se acceptare.*
54 *Producens pro se scienter instrumentum falsum, non potest contra illud allegare falsitatem, secus si ignoranter.*
55 *Approbatus ad unum officium, non potest idem reprobare, respectu eiusdem officij, vel diuersi, vbi consimiles personæ admittuntur; nisi ex noua causa superueniente, & nu. 56.*
*Approbatus in iudicem, potest reprobari in testem.*
*Scholaris approbatus in rectorem studij, potest reprobari in examine.*
57 *Dubia probatio recipit interpretationem, ex partium confessione.*
58 *Ex rei exceptione non fundatur intentio actoris; nec declaratur dubia probatio eius.*
*Articulans non fatetur.*

CAP. VI.

1 **Cum venerabilis.** †Si reus, à quo res petitur, excipiat de permutatione ipsius rei facta cũ actore, non fatetur per hoc actorẽ fuisse dñm: & exceptio falsi ẽt post sniam potest opponi. Vel gñalius summa sic. Excipiens non vt fateri[a] ea, quæ in exceptione includũtur, & hoc primo. Exceptio falsi potest ẽt post sniam opponi. & hoc secũdo. Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponitur facti, & processus narratio. In secunda diffinitio, ibi, Intelleximus. Prima subdiuiditur in tres partes. nam primo ponit petitionem actoris. secundo, ibi; Idem, rñsionem, exceptionẽ, & probationem reorũ. tertio, ibi: Ad hęc, replicationẽ, & probationem actoris. Secunda subdiuiditur etiã in tres partes. Prima ponit quoddam motiuũ diffinitionis, soluens obstaculum. Secũda diffinit causam quoad spiritualia, ibi: Quia verò. Tertia quoad tpalia, ibi: Verũ, colligam notabilia principaliora. Casus literalis. Eps Sabin. habebat causam cum monasterio Farfen. super ecclesia S. Viti, coram auditoribus vtriusque partis. petebat Sabin. eps ipsam ecclesiã in monasterio Farfen. cum possessionibus, & pertinentijs suis; dicens eandem tam in spiritualibus, q̃ in tpalibus pertinere ad ecclesiam Sabin. procurator monasterij, nondum epi intentione fundata, præpropere sic rñdit, q̃ etsi ecclesia prædicta olim fuerit ecclesiæ Sabin. eam tamen eps non potest vendicare; cum ex causa permutationis monasterium Farfen. eam obtineat. ad hoc probandum quoddam exhibuit instrm, in quo prima facie contineri videbatur, q̃ Theodosius eps cum assensu canonicorum suorum, prædictam ecclesiam S. Viti concesserat monasterio Farfen. in cambium pro quibusdam ecclesijs, & rebus aliis. ad hoc eps memoratus intẽtionem suam fundatam esse respondit, per huiusmodi responsionem. quia cum procurator monasterij respõderit dictam ecclesiam ex permutatione facta per Sabin. episcopum obtinere; per ꝺns confitebatur se credere, quod dicta ecclesia, tpe permutationis pertinuit ad ecclesiam Sabin. cum permutatio inter ℈tus bonæ fidei computetur; & celebrari non possit nisi cum vero dño, vel cum eo, qui loco domini habetur. & ad probandum quod dicta ecclesia pertineat in tẽporalibus ad epm prædictum, quosdam testes induxit, per quos ostendere nitebatur, quod tam dictam ecclesiam, q̃ molendina, terras, & alia bona eius Sabi. episcopi diutius possederunt, de illis pro suæ voluntatis arbitrio disponendo. His & alijs examinatis, dñs Papa intellexit dictum episcopum intentionem suam non probauisse per testes; vel responsionem supradicti procuratoris: quia qui opponit exceptionem, non videtur confiteri intẽtionem aduersarij, vel instrumentũ ad hoc exhibitum ex aduerso. Quia in eo Theodosius episcopus, à quo permutatio facta pronitur, non dr episcopus Sabin. quamuis in ꝯranscripto, quo procurator vtebatur appositum fuerit, Sabin. per vitium falsitatis. (licet autem nimis excesserit, qui transcriptum illud falsauit, & delictum personæ nõ debeat in damnum monasterij redundare; & falsitatis exceptio, & ante sententiam & post obijci possit, vsque ad 30. annos veritate comperta) non vult Papa, q̃ per hoc, monasterio præiudicium generetur. Veruntñ, quia constitit Papæ dictam ecclesiam S. Viti sitam esse in diœcesi Sabin. ideo adiudicauit ei ius episcopale in omnibus in eadẽ; exceptis illis, quæ per authentica scripta, eidem epõ sunt subtracta; cum exempta non probentur quoad tpalia eiusdem ecclesiæ, absoluit monasterium ab impetratione epi; cum super hoc
2 non probauerit se legitima præscriptione munitum. Bern. † Et no. primo, q̃ in accessorijs potest libellus esse generalis, vt patet, ibi: Cum suis possessionibus & pertinentijs. & de hoc plenè per Inno. in c. tanta, de excess. præla. & de hoc, & quid comprehendatur nomine pertinentiarum, plenè dixi in c. cum ad sedẽ, de restit. spol. † Secundo no. ibi: Vendicare, quod licet rei vendicatio stricta, & directa non competat, nisi ei, qui est effectus dñs de iure gentium, vel ciuili, vt l. in rem actio. ff. de rei vendic. tñ larga, & vtilis competit ei, qui habet ius in re sacra, & religiosa; licet non sit vertus dñs. vnde (vt hic vides) episcopus vendi-
b cat sibi ecclesiam [b] ratione iurium, quæ habet in ea; & de hoc dic, vt no. Inn. in c. cum venerabilis, de relig. dom. & vide quod dixi in c. examinata, de iud. facit l. qui tabernas, ff. de ℈hen. emp.
4 † No. tertio, q̃ vna ecclesia potest cum pluribus permutari; & ad hoc quotidie solet allegari iste tex. tñ hic loquitur, qñ permutatio fit iure proprietatis. Nunquid autem possit fieri iure tituli. Io. And. dicit hic posse argui q̃ sic; & quod hoc vidit sæpe fieri, alleg. in arg. c. 2. de mu. peti. quod parum facit: dictum tñ suum cõiter approbatur; & maximè per Fed. in trac. suo de permutatione, c. 12. & per Ioan. Cald. hic, & Dom. de Rota decis. 16. hoc tñ dicunt procedere, si habens plura beneficia, illa tenebat de iure cõi. si autem cum dispensatione, vt quia erant incompassibilia. tunc non potest hoc fieri, quia dispẽsatio non transit in tertiam personam, de priuil. c. sanè, & 7. q. 1. c. petisti. No. quarto, q̃ una ecclesia potest permutari pro alia ecclesia, & rebus aliis. & si intelligitur de rebus aliis, si spiritualibus litera, est clara. si verò intelligitur de rebus tẽporalibus; tũc obstat c. ad quæstiones, de rer. permu. Sed potest dici hoc c. procedere, qñ ecclesiæ permutantur iure proprietatis; nam tũc permutantur velut quædam temporalitates, arg. c. 1. de eo qui mitt. in poss. ideo admittio tẽporalium non nocet illi, qñ permutãtur iure tituli, & hoc not. No. ibi, Loco dñi, &c. q̃ licet episcopus non sit rerum ecclesiasticarum, & ipsarum ecclesiarum dñs, vt
5 in d. c. 2. de dona. habetur tamen loco domini; vnde permutat, sicut dominus: idem dic in quolibet alio prælato. † Nam & ipse tutor, cum bene administrat, habetur loco domini: sed cũ male, loco furis, vt l. qui fundum, §. si tutor, ff. pro emp. non tamen per hoc debet episcopus exigere seruitia more seruili; quia scriptum est: Neque vt dominantes in clero. 10 quæst. 3. cap. 1.
6 in fi. † No. sexto, q̃ episcopus non potest de iure cõmuni dispone re ad libitum de rebus pertinentibus ad ecclesias sibi subiectas. Vel sic: no. q̃ licet episcopus fundet intentum de iure cõmuni super ecclesijs respectu spiritualiũ, seu iurium episcopalium: non ifi quo ad temporalia, vt de eis possit ad suum vsum disponere; nili aliud sibi competat de iure speciali, etiã si ecclesiæ vacent, vt hic, & in c. præsenti, de offic. ord. lib. 6. Idem dic in abbate respectu prioratuum[l], & ecclesiarum sibi subiectarum, vt in cle. quia regulares, de sup. negl. prela. potest tamen episcopus, vel alius prælatus præscribere, vt aliquas ecclesias habeat temporaliter subiectas, vt hic not. probatur in fi. facit d. c. præsenti. & vide omnino quod legi. & no. in c. vt super, de reb. eccl. non alie. & cle. 1. de excess. præla. & ibi no. quæ ecclesiæ dicãtur de mensa prælati, & vide not. Io. And. in reg. qui ℨ. de reg. iur.
7 lib. 6. in Merc. † No. q̃ si transsumptum discordat ab originali,
c stándum est originali, concor. c. qñ c contra falsam, ℨ. de prob. No.

ADDITIONES.

a ¶Non videtur fateri. Adde Rom. in l. cum mulier, col. 5. & 6. ff. fol. matr. & in l. alia, C. de his quibus vt indig. & Alex. in l. decem, col. 7. ff. de verb. oblig. & Dyn. in reg. excep. & ibi apost. D. Boerij, ipsum Inn. qui etiam dubiam illius probationem non declarat, & per Felin. hic col. 4. & seq. saluis tamen limitationibus ad primum dubium, quas etiam ibi ponit Ang. in rubr. Instit. de except. col. 20. in princ. de quo plenè per Lanfr. in c. quoniam contra falsam, §. exceptionem, nu. 4. vers. illud quoque est notandum, & ibi in apost. Celsi, ℨ. de prob. Zach.

b ¶Ecclesiam. Vide Bal. & Paul. de Cast. in l. monumenta. C. de leg. vbi dicunt, q̃ admittitur libellus, in quo patronus ecclesiam tanquam suam petit, quod etiam tenet Abb. in c. pro illorum, in princ. infrà de præb. Seb. Sap.

c ¶Concord. c. quoniam. Adde ibi Lanfr. in princ. num. 2. ver. item si diuersitas apparuerit, & ibi remissiuè in apost. Cel. in ver. statur protocollo. & dixi in apost. ad istum in c. literas, in pen. not. post cum ℨ. de resti. spol. Zach.



8 †Not. quod ex instrumentis productis per aduersarium; ẽt si sit reus; potest actor fundare intentionem suam; & quod plus est, etiam si sint producta ad probandam exceptionem, super qua actor se fundare non potest. & est ratio, quia vtendo instrumẽtis, efficiuntur illa communia, vt l. j. §. edenda. ff. de eden. & c. G.
9 perpetuus. cum ibi no. de fid. instr. & c. cum olim. de cens. † No. q̃ ecclesia non debet puniri, si procurator vel prælatus fallãt in strm. facit etiam q̃ procurator non vr habere mandatum ad illicita. l. si procurator. ff. de cond. ind. & l. j. §. si procurator, ipse, & non dñs punitur ex sua contumacia, vt in c. j. vt lit. non contest.
10 †No. q̃ iudex potest ℨpplere ex ofício, allegando fallitatem notoriam instrumenti; maxime ad commodum publicum; licet fuerit falsatum per producentem. Alia expedientur ℨ. cum
11 mã † Potes tñ notare, ibi; Concedendum, q̃ per verbum, con-
a cedo, [a] transferr dñium. ego dico, q̃ hic non probat hoc p verbum in cambium, huic verbo adiunctum. potest. n. hic colligi, & per hoc verbum concedo, transferr dñium, si verba pceden tia, vel sequentia hoc innuunt, vt si dr, Concedo hanc rem vtendam, vel fruendam, non. n. tunc euenit dñium, sed vsus fructus, 16. q. 1. c. possessiones. Vel si dico, Tibi concedo cã mortis, nã tunc verbum concedo. restringitur, vt non videat de præsenti concedere, ff. de do. can. mor. per totũ, & l. non omnis. ff. si cer. pet. Quid aũt dicendum in dubio, cum simplr conceditur per
b hoc verbum concedo, [b] dic quod idem importat, quod dono, ad hoc vide bonum tex. in l. fi. ff. de dona. & c. pastoralis. eo. tit. no. gl. & Bar. in l. vxori. §. fi. ff. de leg. 3. quod puto verum; nisi ex circunstantijs ℨtium eliciatur, vt si pulcherrimum equum quærenti commodatum quis concedat; facit quod no. gl. in l. cum quid. ff. si cer. pet. & hoc not. Expediã more solito prius gl. Prima gl. dicit similem casum haberi in c. præterea. 2. de transl. Dic quod est simile, quoad narrationẽ factã; sed dissimile quoad decisionẽ. nam ibi fertur sententia ex sola confessione rei; hic eℨ. sed dic, & bene fm Ioã. And. quod ibi respondendo fuit puræ confessus; & non per viam exceptionis, sicut hic, nam excipiẽs non fatetur, vt in reg. exceptionem obijciens, de reg. iur. lib. 6. & l. non vtique. ff. de except. Et not. hoc pro testib. concordandis; qui dixerunt aliquam rem similem, vt non exigat omnimo
12 da similitudo, vide quod dixi in c. translato, de consti. & c. cum dilecta, de confir. vti. vel inut. Opp. vr enim † q̃ ex ista confessione rei, potuit epℨ actor, suam fundare intentionem, vt in d. c. præterea, & de ele. c. per inquisitionem. Sol. dupl r per glo. 2. primo quod hic fuit repentina confessio, quæ non nẽt præiudicare, nec dẽt sufficere pro lit. conte. Not. bñ hanc gl. cum seq. q̃ cõfessio facta indeliberate, & propere non ꝑiudicat, sicut in simili dicit gl. no. de confessione facta calore iracundiæ, in c. ex literis, de diuort. sed quoad istum tex. non placet mihi hæc gl. quia licet possit illico talis confessio reuocari, vt est gl. no. in c. apud
3 2. q. 1. & c. fi. de iureiu. lib. 6. tñ ex quo non reuocatur; sed dat
13 perseuerãtia vt hic dabatur, debebat valere; vt in dictis iuribus, & c. præterea, de test. cog. † Forte ob hoc transit ad secundam sol. quod lit. non contest. dẽt fieri per directam rñsionem ad libellum, vt in c. vno, de lit. contest. hic aũt excipiendo sub cõditione rñdit. Hæc sol. an sit vera in se, dic vt hẽs tex. & gl. in c. 2. de lit. contest. lib. 6. & dicit hic Inno. & bene, quod sine excipiẽdo, siue rñdendo petitioni, rñdeatur animo contestandi litem, facta erit contestatio, quod dicit hic patere: quia hic, quo vocat rñsio, etiam vocatur exceptio: sed dic q̃ nõ est bona, & formalis respõsio ad contrarium, & ad istum tex. quia hic non quærit, an fuerit facta contestatio. nam confessio facta ante lit. contc. prædicat, vt in l. j. ff. de confes. & no. gl. in c. dudum. 2. de cle. & 2. q. 1. c. nos in quemquam. & iõ dic q̃ confessio hic non præiudicat; quia emanauit excipiendo, vt sup. dixi; & dicit tex. & dicetur latius ℨ. in gl. super ver. sisse cõfessus. Gl. in verti. Bonæfidei, facit duo, nam primo quærit, quæ dicantur actiones bonæfidei & quæ stricti iuris. Secundo quærit, quare aliquæ actiones dãr duntaxat bonæfidei, cum in omni ℨctu consideret bona fides? Secunda pars ibi. Nec dicuntur. Venio ad primã partem; in qua die declarando istam glo. quod oẽs actiones rr sunt stricti iuris præter actiones enumeratas. Inst. de ac. §. actionum, & hic in
14 gl. in qua enumerantur. † Et quatenus enumerat actionem pignoratiam, dic fm Pet. & Abb. tam directam q̃ ℨriam. est. n. duplex q̃da q̃ dat debitor: debito soluto; alia quæ datur creditori, sit res sibi pignorata, sit aliena: & ista appellatur pignoratia ℨria, ad hoc alleg. tex. apertum, in l. tutor. §. ℨria, ff. de pig. act. non tamen competit, si creditor sciebat rem pignoraram esse alienam, vel obligatam, vel morbosam, vt ibi dr, adde ad gl. actionẽ
15 ex stipulatu, de dote; vt hr in d. §. actionum. † Venio ad secundã partem, & quæro, quare aliquæ dicantur actiones bonæfidei, & aliquæ stricti iuris; cum in omni ℨctu consideretur bona fides. l. bonam fidem, C. de ac. & ob. vnde hoc respectu omnis contractus põt dici bonæfidei, ita sumitur in c. 27. q. 1. & adeo consideratur bona fides, quod si interuenit dolus; aut contractus est nullus; aut irritatur, de quo dicendum, vt plene not per glo. & Doct. in c. cum dilecti, de emp. & vend. Sol. glo. fatetur, quod in omni contractu consideratur bona fides sed ponit tres differ
16 rentias, rõne quarum diuersificantur in oĩbus. Prima, † quia in actione stricti iuris nõ venit, nisi quod stricte exigit actionis nã; vnde non veniunt vsuræ ex mora, nisi specialiter sint promisse, vt l. 3. ff. de vsu. sed in actionibus bonæfidei sic, vt in l. Iulianus, §. ex vendito, ff. de act. emp. & l. curabit, C. eo. vbi dr, quod si emptor distulit soluere pretium rei emptæ, cuius fructus percepit, agitur ℨ eum nedum ad pretium, sed etiam ad vsurã pretij; quia ex quo percepit fructus, equissimum est, vt soluat pretiũ, & vsuram pretij. Et ibi dicit Io. An. hoc procedere secundum leges, sed fm canones contra. Idem forte hodie secundum leges, secundum eum, & secundum Abb. per no. in c. 3. de vsur. quasi dicant, quod cũ hodie multi tenent vsuras prohibitas, ẽt de iure ciuili, cessabunt vsuræ, ẽt in istis ℨctibus bonæfidei. Aduerte; an
c vsuræ sint, [c] phibitæ de iure ciui. [c] ego plenissime dixi. in c. cum sit, de fo. comp. sed an in ℨctibus bonæfidei cessent hodie vsuræ saltem de iure canonico, ego dico, q̃ cessant quatenus petant vt vsuræ; sed si petantur vt interesse, tunc quatenus interest, peti pñt, ita voluit gl. no. in d. l. curabit, & in c. conquestus, de vsu. vbi plene hoc examino; facit c. dilecti, de foro comp. & in c. præuenit, de fideiu. cum si. & per Innoc. in c. facro. de sent. excomm.
17 vbi dicitur † quod vbi pecuniã dari, est in obligatione, habebit
d ratio lucri cessantis, [d] quod est bñ no. ad idem alleg. l. nõ vtiq;, in fi. & quod ibi not. Bar. ff. de eo quod cer. loc. dico plenius in
18 d. c. conquestus. † Secũda differentia est, quia in actionibus stricti iuris nõ venit interesse, si rem mihi dari est in obligatione, secus si rem tradi, vel factum, vt l. vbi aũt, ff. de verb. oblig. & l. si qs ab alio, §. fi. de re iud. sed ista omnia veniũt in actionibus bonæfidei, l. 1. ff. de act. empt. Aduerte, hæc enim differẽtia potest intelligi dupliciter. Primo, quod in actionibus stricti iuris, nõ venit interesse, id est nõ liberatur quis soluẽdo interesse, vbi rem dari est in obligatione, secus, si rem tradi, vel factum, & hic intellectus est verus in se, & probatur in iuribus superius alle. Et est ratio diuersitatis, quia si præcise compelleretur ad factum, vel ad rem tradẽdam (quod etiam constitit in facto) esset quædam species seruitutis, quod iura abhorrẽt. l. Titio cẽtum. ff. de cond. & dem. facit quod no. gl. in l. cum antiquitas, C. de vsu. & habi. nõ sic, cum rem dari est in obligatione, quia dare est accipientis facere, id est facere alium dominum per traditionem Insti. de actio. §. sic itaque discretis. quod constitit in puro facto. hanc rationem alleg. Barto. in l. stipulationes nõ diuidũtur, ff. de verborum obligationib. vbi plenissime prosequitur istam materiam; sed licet hoc dictum sit verum in se, tamẽ nõ cõue-

nit

ADDITIONES.

a ¶Verbũ, concedo. De hoc verbo concedo, vtrum importet translationem dominij, vel iuris, vide tex. iuncta gl. in l. i. ff. de const. prin. & ibi Ang. distinguẽtem, quod aut concessio fit ex causa, ex qua consueuit dominum transferri, tunc importat dominij trãslationem, alias secus iurib. per eum alle. de quo vide etiam per gl. Bar. & omnes, in l. fi. in prin. ff. de do. per Bar. in l. vxori. §. fi. per illum tex. cum gl. ff. de leg. 3. per Bal. in §. Titius filios, fi de feud. fue. cõtro. inter do. & agnat. Ang. an. 9. quia, vers. 1. in Auth. de non alien. & plenius per D. Ale. de Imo. in l. cum quid. ff. si cert. pet. ad quem te remitto cũ alijs concor. ibi per eum alleg.

b ¶Verbum, concedo, An, & quando verbum, concedo, inducat dominij translationem, vide Sal. in l. in donatione. C. de col. Bal. in l. cum virũ, col. 3. C. de fideicõ. in Inno ambigitur, in fi. ff. de legi. & Franc. Are. in consi. 265. an c. lõga est ista consultatio, in c. 9. & 10. col. Ale. in La. Titio, col. fi. ff. de ver. obli. & in d. l. fi donationes, char. pe. & in l. fi quis ante, in fi. ff. de acqui. pol. Laf. in l. 1. col. 2. ver. secundo pondera. ff. de leg. Seb. Sap.

c De iure ciuili. Et quid de iure cano. vide de vtroque an, & quando sint permisse, per Alex. consi. 49. in 1. & 2. col. & quasi per tot. vol. 4. Zach.

¶Circa hoc, an verbum, cõcedo, importet translationẽ dominij, dicas quod si non apparet alia causa, ex qua fiat concessio, importat donationem; l. vxori. §. fi. & ibi glo. & Bar. ff. de leg. 3. & plenius per Alex. in l. cum quid. in fi. 2. col. ff. si cer. pet. & in l. fi pecuniam, ff. de condict. ob cau. & in l. fed si me putem, in §. 1. de condi. inde. & per Alex. in La. Titio. de verb. obliga. vbi dixit, quod si peto a te equum commodatum; & tu dicis concedo simpliciter. inteligitur in commodatum, per tex. in c. pastoralis, de loc. & vide glo. in c. 1. de vsur. in 6. quæ dicit, quod verbum, concedo, est verbũ generale. & tene mẽti quod Bal. in l. in vendentis, in 5. opp. C. de contrah. empt. dicit, quod si cõcedo alicui vsum pecuniæ, dicor mutuare pecuniam. & vide eũdem in c. 2. in §. fi. Titius, in ver. & not. quod per verbum, concedo, si de feud. fue. contr. vbi dicit, quod verbum, per quod transfertur ius, præcedente titulo habili ad translationem, alias non, & vide Abb. in c. pastor. de don. vbi dicit, quod concedens, videtur concedere ius quod habet in re, & idem dicit in c. cum autem, de iur. pat. & ideo dicebat Bal. in l. monumenta. C. de leg. quod cõcedens castrum videtur concedere ius, quod habet in illo, & vide Ho. in l. arborib. in §. vsufr. vbi dicit, quod est verbum transferens titulum habilẽ ad translationem. Ant. Fran.

d ¶Lucri cessantis. Quando habeatur ratio lucri; vltra, alleg. hic per Felin. vide Dec. in consi. 161. col. 3. ver. tertio generaliter. Aret. in consi. 9. incip. eleganter, & vere, circa hn. Alex. in consi. 199. incip. visa scriptura priuata. in fin. 3. col. Raph. Cum. in consi. 139. incip. P. laicus, col. fi. & Rom. in consi. 201. incipropositæ consultationis. vbi dicit, quod si non dedisti pecuniam, quam debebas; & ego accepi pecuniam sub cambio, teneris mihi ad illud interesse. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nit hic intellectus materiæ nostræ; quia ex hoc sequeretur, ꝙ in ℨctibus bonæ fidei dando interesse, quis liberaretur, quod est falsum, apparente re, quæ debetur, vt l. is qui, ff. commo. & l. ex empto, ff. de act. empt. not. in c. cum Ioannes, de fide instr.

19 † Ideo do secundū intelm, qui consistit magis in subtilitate, vt dicamus, ꝙ in actionibus stricti iuris, venit interesse; si rem tradi; vel factum, est in obligatione; idest quod ipsum interesse est in obligatione, & peti potest. quod intellige post morā, vt d. l. stipulationes, in fi. & ibi Doct. tenet gl. & Bart. & Dy. in reg. mora, de reg. iu. lib. 6. Nam aliqui volunt, ꝙ interesse nō est in obligatione, nec peti potest, etiā post morā; sed debet peti ipsa res; & interesse venit post condemnationem per officium iudicis. Sed primū dictum est magis cōe & verius; in actionibus verò bonæ fidei, ipsum interesse non uenit. i. non est in obligatione, vt peti possit: sed debet peti res; & in defectū venit interesse, vt probari vī in d. l. ex emp. nam vt ibi dicit tex. Nihil magis bonæ

20 fidei congruit, q̄ id præstari, quod inter ℨhentes actum est. † qđ no. Fatetur tn̄ ista gl. ꝙ in bonæ fidei ℨctibus, q̄ nque nō veniūt ea de quibus cogitatū non fuit. nam si vendo fundū, vel domū, nō veniunt cęsa, & rupta: quia nō sunt pars fundi, nisi actū extiterit vt venirent, vt l. fundi. §. rupta, ff. de act. emp. & vend. & dic cæsa, vt carbones, & arbores cæsę. rupta vt arena, creta, & similia, quæ sunt in fundo, vt ibi dicit in tex. Tertia dr̄ia est, quia in actionibus bonę fidei multū exuberat officium iudicis, & plenius succurritur, q̄ in alijs; & pp has differentias illæ actiones

21 vocantur stricti iuris, & istæ bonę fidei. † Contra prędcdens dictum gl. opp. de cap. cū ecclesia Sutrina, de causa possł. & propr. vbi dr̄, ꝙ in iudicio veniunt ea etiam, de quibus actum nō fuit vt venirent. quod est ℨ d. l. fundi. sed dic, quod illud intelligitur de his quæ possunt comprehendi ex natura actionis. vt plenius not. in d. c. cum ecclesia Sutrina, & in l. solemus, ff. de iud. alias extranea nō veniunt, vt l. non potest videri. ff. eo. & hoc sic de-

a claraui vltra alios in fauorem Canonistarum; [2] qui hanc materiam, vt purè legalem, intelligere non solent; & habes consimilem gl. in d. §. actionum, Inst. de act. Sed quęro, ad quem effectū allegauit iste, ꝙ permutatio computetur inter ℨctus bonę fidei? Sol. nō potest hoc colligi ex tex. nec extra; sed forte voluit dicere, ꝙ cū permutatio esset ℨctus bonæ fidei, debebat iste ab bas agnoscere bonam fidem; ac etiā debuit credere ecclesiam istam pertinere ad eām, cum quo ℨhebat permutationem: hoc

22 tn̄ non multum refert. † Quæro, quare permutatio non potest fieri, nisi cum dño, vel eo qui est loco dñi? Sol. dicit glos. in ver. loco dñi; quia qui dat alienam rem, non ℨhit permutationem, vt l. j. ff. de rer. permut. sed certę per hoc non soluitur formaliter quæstum: nam de hoc potest quæri, quare nō ℨhit permutationem; nec hoc absolutè tenetur; quia tradēs rem alienam, bona fide ℨhit permutationem, vt no. gl. ponens opin. ℨrias in d. l. j. Sed gl. fuit hic locuta fm opin. Pedij. Iurisc on. de qua ibi, & plenè per Dyn. in l. j. ff. de rer. permut. dic tu post Bart. in d. l. 1. ff. eo. ꝙ aut volentes permutare, vtuntur verbis denotantibus translationem dñij, vt puta, dabis mihi equum, & dabo tibi codicem. & tunc cum non dño permutatio ℨhitur; & procedit hoc casu opi. Pedij; & est ratio, quia nō dñs, non facit tradendo rem alienam, alium dñm; quia nemo dat, quod non habet, vt l. traditio, ff. de acq. re. dom. & c. quod autem, de iure pat. nam vt ibi dr̄, pro nō dato hr̄, quod ab illo datur, qui de iure dare non potest. permutatio autem sumit initium, nō ex consensu simplici; sed ex rerum traditione, & trāslato in alium dñio, vt d. l. j. & Lex placito, C. de re. perm. cum sit ℨctus innominatus, vt ibi. Aut volentes permutare vtuntur verbis sapientibus puri facti traditionem: vt ego accipio codicem tuum; & tu meū digestū, vel vtuntur verbo, tradere, vel simili; & tūc permutatio potest perfici cum non dño; quia satisfactum est verbis ℨhentium; & cum hoc temperamento intelligas hanc allegationē, quæ ponitur in tex. Puto tn̄, ꝙ re alterius enicta, potest is, qui rem perdidit, habere regressum ℨ tradentem, & sic obseruatur in ℨctu venditionis: de quo tn̄ dicēdum. vt no. in d. l. j. C. eo. & hoc no. quia Canonistæ nō declarāt hic. In dubio autem, credam actū, vt transferatur dñium; quia hoc vī de natura permutationis,

23 arg. d. l. j. † Ex hoc dicendum, ꝙ si duo permutant beneficia, [b]
b & alter non habet ius in suo, nulla ℨhitur permutatio. vnde recipienti beneficium alterius, nullum ius acquiritur; tum quia non ℨhitur permutatio, cum nō habente ius; cū saltem tacitè videatur actū vt beneficium suum assignet, & nō alienum; tum quia superior nō intendit ꝓferre ius, nisi loco beneficij sui; & ita ꝓcludit Fed. in tract. permutationum, c. 10. per istam, & alias rationes; & isto casu non curarem de varietate verborum, de qua s. pp rationes proximè alleg. Non tn̄ debet quis propria authoritate redire ad beneficium suum, ex quo tenuit renūcia tio; licet ex causa permutatio nō tenuerit; sed cum superioris authoritate, de quo tu dic, vt no. Fed. in d. tract. c. 5. & per Ioan. And. in d. c. vnico, de re. perm. lib. 6. vide tex. no. & quod ibi no.

24 in c. si beneficia, de præb. lib. 6. † An autem agens pro beneficio permutato, habeat necesse probare permutātem secū, habuisse ius in beneficio, c vide per Dom. de Rota decis. 115. vbi dicunt ꝙ nō: sed sufficit probare illum habitum, & reputatū pro tali, & fuisse in possessione illius beneficij, quod no. & facit qđ in simili no. Inno. in c. veniens, de verb. sign. lib. 6. Opp. & vī, ꝙ super illa cōfessione procuratoris possit ēps fundare intentionem suam: nam ex quo fuit cōfessus permutationem fuisse factam cum ēpo. ergo ꝓfitebatur ecclesias illas pertinuisse ad epi scopū; quia permutatio non fit nisi cum dño, vt ℨ. dixi. † Et qui cōfitetur vnum, ꝓfitetur omne id, quod ex illo sequitur. 8. dist. c. quo iure. Sol. gl. in ver. fuisse cōfessus, intrat hāc materiam, &

26 dubiè loquitur. sed si bene pōderetur, † hoc intēdit, ꝙ procurator fuit hic cōfessus excipiēdo; is autem qui excipit, licet confiteatur factum cōtentum in exceptione; non tn̄ cōfitetur id, quod iure est tacitè comprehēsum in ipsa exceptione. Exemplum, excipio de permutatione, per hoc bene fateor permutationem interuenisse inter te & me; quia expressè hoc dico, sed nō fateor, ꝙ res verè spectabat ad te; quia potuit esse permutatio de facto. & hoc, ꝙ pertinuerit ad te, ego nō cōfiteor; vnde, cū proponam factū excipiēdo, & repellendo ab intētione tua; nō debet dici. quod ego cōfiteor intētionem tuam; ne vna & eadem cōfessio operetur ℨrios effectus ℨ c. maiores, de bapt. Cōsuluit tn̄ gl. ad omne periculum euitādum, vt quis excipiat sub cōditione, vt si volo excipere de pacto de nō petendo, dicam nō ꝓfiteor te mihi mutuasse; & esto, quod probaretur, dico te mihi fecisse pactum de nō petendo. & idem dic de excipiente de interruptione ℨ præscriptionem, & in cōiuge excipiente de cōsanguinitate ℨ coniugem eam vendicantem, & similibus: tunc. n. in dubio nō potest aduersarius se fundare super illa cōfessione: & hanc gl. sic clarè & apertè intellectā no. & perpetuo tene menti. Et scias, ꝙ extra gl. multum in hac materia in diuersis locis variarunt Doct. & per ordinem sit prima hæc opi. gl. quam apertius tenet hic Inn. dicēs, ꝙ aut non excipiendo, sed alio modo cōfitetur quis intētionem aduersarij, & sibi præiudicat; adeo ꝙ ℨ suam cōfessionem, nō potest aliquid dicere; nisi probaret errorem ante sententiam, de quo dicēdum est, vt plenè dixi in c. fi. de cōfes. sed si nō confitetur, sed solum excipiendo proponit, nō potest dici, quod ꝓfiteatur. nec quod credat: qui enim excipit, non credit fm eum, nec discredit: immo dici potest, quod dubitat, & quasi inter duo verisimilia deducitur, C. eo. l. fi quidem. hanc opin. clarius & latius prosequitur, & tenet glos. in reg. exceptionem, de reg. iur. lib. 6. vbi dicit, quod illa via negandi factum nō est tuta; cum doceat mentiri, si veritas vel conscientia est in oppositum: dicit tamen quod si purè excipit, non per hoc actor potest intentionem suam fundare per regulam hic, & ibi traditam, & huius dicti triplicem reddit rationē, quam ibi videas. Item videtur tenere Spec. eo. tit, in §. viso, vers. quid si reus, & seq. sentit Cyn. in l. exceptionē, C. de probat. & l. si quidem, C. de except. vbi latè hoc prosequi-

d tur. Secunda opi. est Accur. in l. non vtique, [d] ff. eo. & in l. si quidem, C. eo. quod aut excipiens primo negat; & non videtur fateri, vt puta si dicit, nego obligationem; & inquātum apparet, dico te mihi fecisse pactum de non petendo. & in hoc casu intelligit iura, quæ dicunt, quod excipiens non videtur fateri. Aut simpliciter excipit; & videtur fundata intentio aduersarij. hanc opin. secutus est Dyn. in reg. præalleg. Tertia fuit opin. Bart. in d. l. non vtique, reducentis ad cōcordiam dictas opi. dicit enim quod si reus purè excipit, & actor ex toto negat exceptionē; & nō potest actor super illa se fundare, per l. cū de indebito, ff. de prob. & per reg. ex eo, de reg. iur. lib. 6. Exemplum; dicis me tibi obligatum occasione mutui. excipio, quod mihi fecisti pactum de non petendo. tu hoc negas: dicis intentionem tuā fundatam ex verbis meis. certe non bñ dicis per prædicta. Aut cōfiteris factum; sed negas ius, vt puta, quia fateris pactum de non petendo, sed dicis illud esse inualidum, rōne minoris ætatis, vel alia ratione; & tunc poteris te fundare super exceptione mea, per l. quoniam, ff. de his q̄ no. inf. Hæc opi. Bart. iudicio meo est ℨ hunc text. nam episcopus hic confitebatur permutationē de facto intercessisse, vt clare colligitur ex text. sed eam impugnabat forte ex defectu alicuius solennitatis: & tn̄ non potuit fundare intētionē suā; sup illa exceptione; nisi diceres, quod iste ꝓ curator non excipit pure, sed conditionaliter. sed pro primo sacit rō litere, quia Papa in decidendo non se fundat super conditione, sed simplr super exceptione. & ad l. quoniam. q̄ alleg. Bar. rndeo. quod hoc non probat. loquitur enim in transigente super crimine, & dicit qđ transigendo, vī fateri crimen. Vī. n. fecisse metu probationis futuræ; & sic non loquit in excipiēte. quia excipiendo intendit repellere aduersarium ab intentione sua. Quartam opi. posuit Iac. de Are. vt recitat Cyn. in d. l. siquidem, distinguens multas formas excipiendi. Aut. n. reus sic rndet. confiteor obligationē, sed tu fecisti mihi postea pactū de non petendo; & tunc nisi probet exceptionē ꝓ demonstrabit; quia fundata est per suā purā confessionē intrīo actoris, ad hoc adducit, d. l. si quidem, in 2. rn̄. & l. j. & l. exceptionem. C. de ꝓba. & not. hoc, quia verissimū est; quia confessio est separata ab exceptione, & est de hoc bonus tex. in c. præterea, 2. de transac. Aut reus dicit, non cōfiteor oblōnem, & si de ea appareat, dico qđ fecisti mihi pactum de non petēdo, & tunc nō pōt actor se fundare ex illa cōfessione, quia obligationem negauit. Aut dixit, si

a obligatio præcessit, vt asseris, tamen tu fecisti mihi pactum de non petendo, & tunc nō dr̄ cōfiteri, nec negare, & sic non pōt actor super illa se fundare. & hoc casu dicit loqui hanc decre. & l. non vtiq;, [a] præalle. cum simi. qua vi velut secus esse, qñ reus pure exciperet, puta si diceret, tu fecisti mihi pactum de non petendo: quia tunc vī tacite confiteri obligationem, & in hoc accedit ad opi. Accur. & Dyn. D. An. vī in effectu sequi primā opi. quæ mihi satis placet. cum reg. exceptionē, & d. l. non vtiq;. Iquantur indistincte: ergo simplr sunt intelligendæ; vt stans in fi nibus meræ exceptionis non videat confiteri, & sic nisi actor probet intentionē suam, vī reus absoluendus, vt hic, limita tn̄, vt colligi potest ex prædictis, quia si pure confitetur obligationē, & immediate excipit, sibi præiudicat. Item super puro facto exceptionis pōt actor se fundare, ad hoc allego tex. no. in c. ex parte decani, de reser. vbi ille excipiēdo dixit se procuratorē renouasse, & aduersarius super illa reuocatione se fundauit. nā respectu eius, quod ponitur explicitè in ipsa exceptione, non hēt ipse reus aliquā recusationē. videmus enim, quod si excipiēdo negauit, & postea super illo conuincitur, punit in pœnā mēdacij, vt l. pen. ff. de rei vend. & auth. ℨ qui propriā, C. de non nu. pec. Tertio limitari pōt fm D. Ant. qñ actor vult se fundare super facto interclusō. prout est in facto, & non prout est in iuris effectu. nam illud vī reus fateri excipiendo. Exemplum. si enim agitur ex maleficio infamante, opponens transactionem vī fateri factum, ex quo infamatur, alleg. d. l. quoniā. ff. de his qui no. infa. certe illa lex hoc non ꝓbat: quia, vt ℨ. dixi, non loquit in excipiente, sed in transigēte, cū constat de transactione, & de ma-

27 leficio obiecto, sed hic nos loquimur, qñ nullo modo constat de facto, nisi ex eo, ga simplr iste excipit. † Itē aduerte, qa quod dixi de exceptione, habet locum in replicatione; vt actor repli cans non videatur fateri, vt dixi in reo excipiēte, fm gl. no. in d. reg. exceptionem, ideo sicut se habet exceptio ad actionē, ita se hēt replicatio ad exceptionem, est enim replicatio quædā exceptio exceptionis, vt l. 2. ff. de excep. & p hæc habes plene, & clare hunc articulum examinatum. Et notabis ex ꝓdictis multas practicas excipiendi, vt euitētur opi. ideo sis cautus, vt taliter excipias, quod nullo modo videaris fateri. Item tene menti dictū Bar. quod actor negans ex toto exceptionem, non pōt sup ea aliquo modo se fundare, quod intelligo ēt sup eo, quod expli-

28 cite continetur in ipsa exceptione: quod declara, vt sup. † Opp. vlterius, de c. olim, de rescrip. vbi committens fallitatem in cā, perdit causam. ergo monasterium debuit hic succumbere; cū pars sua falsauerit iurm. Sol. gl. in ver. per vitium sentit hoc ℨriū & non soluit. sed gl. seq vī soluere, quod contrariū procedit in priuato falsante in cā propria; hic vero cū procurator falsauit in cā ecclesiæ. nam (vt dr̄ in tex.) delictum personæ non dēt redundare in damnum ecclesiæ. Non obst. c. cum ex literis; de integ. rest. vbi ex delicto falsitatis fuit lata sententia ℨ ecclesiā; quia secundum glo. ibi deliquit tota ecclesia. hic vero non cō-

29 stitit capitulum fuisse in culpa; imò innuitur ℨrium in eo quod dicit; Delictum personæ, &c. † No. duo singu. ex hac gl. Primo, quod delictum prælati, & capituli; nocet ecclesiæ. idem no. gl. in c. 2. de ord. cog. vide tu de hoc quod plene dixi, in c. 1. de dol.

ADDITIONES.

a ¶ In fauorem Canonistarum. Videtur tamen, ꝙ hæc materia ad Canonistas nihil spectet, quia inquit Bal. in c. 1. col. 1. ꝓpè fin. de plus pet. ꝙ de æquitate canonica omnes contractus mundi sunt bonæ fidei; sequitur Iaſ. in §. actionum, col. 2. & col. 7. Inst. de act. tamen idem Iaſ. in l. fi fundus, in princ. ff. si cer. per. sentit contrarium & clarius in l. ꝙ te, col. pen. eod. tit. vbi contra Bald. adducit hanc decr. & ita sentit Abb. hic. Seb. Sap.

b ¶ Beneficia. Adde de hac q. 4. Card. in clem. 1. de rer. permu. & B. l. in l. j. col. 3. vers. quæro an posset spiritualia. C. eo. tit. Zach.

c ¶ In beneficio. Vide Dom. de Rota ita concludentes in decis. 1. & 3. in nouis. & Gemin. in c. 1. col. 6. vers. sed circa præmissa, de rer. permut. lib. 6. sed contrariam partem dicit magis communiter teneri, & eam defendit D. Socin. in cons. 166. incip. In primis, in 1. parte. Seb. Sap.

d ¶ Non vtique. Tu pondera, quia tex. iste dicit, non intelleximus per exceptionem huius procuratoris; sed iste procurator excipit conditionaliter; ergo intelligitur, ꝙ tunc non fatetur excipiens, quare excipit conditionaliter, & allegat iste tex. formaliter, & l. non vtique. vbi dicitur, non existimatur confiteri de intentione actoris, cum reus vtitur exceptione. & pondera vnum, quod glos. sint discordes in hoc, quia gl. in l. non vtique, eo. tit. & in l. nemo, tenet, ꝙ non videtur confiteri. & glos. in l. si quidem, C. eo. tit. tenet contra, & in §. sancimus, in Auth. de exhib. reis, & sic istæ glos. sunt contrariæ, & est dubitatio nō mediocris. vnde videtur ꝙ iste tex. tollat istam dubitationem. & istud est dictum meum; & ad hoc adduco tex. in c. cum venissent, de instr. cum excipit, ꝙ non spectabat ad archiepiscopum, quia perpetuò contulerat archiepiscopo. And. Barb.



& contu. & not. bene; quia sentit hic gl. quod etiā in iudicio delictum solius prælati non nocet ecclesiæ, [b] cutus contrarium tenet gl. in reg. delictum, de reg. iu. in 6. per c. cū olim, de censi. sed

30 vide quod dixi. in d. c. 1. † Secundo principaliter not. qđ cōmittens in iudicio vitium fallitatis, dēt perdere cām; si fallitas est talis; quæ eāx præiudicare possit. Io. & D. An. transeunt simplr cū d. gl. sed ego alle. Bar. in l. in frau. §. quoties, ff. de iur. fis. in ℨriū. n. dicit, ꝙ committens falsum circa instra vel testes, nō ex hoc pdit cām; licet afr possit puniri de falso, alle. l. diu[a], ff. de re iu. & l. qui agnitis, ff. de exce. quæ leges bñ faciunt; secus, si committit fallum circa acta eāx, per tex. illius, §. quoties. vbi text. aperte vī innuere, ꝙ debebat perdere cām, generaliter tn̄ gl. ibi dicit, ꝙ q fallitatem cōmittit in cā, dēt perdere cām; sed (vt prædixi,) Bar. restringit ad acta; & sic in veritate loquitur ille. tex. ita intelligit glo. in l. j. C. de formu. quæ est not. & ponit ibi aliū intellectū ad §. quoties, ꝙ loquitur in cā fisci, q̄ agit apud procuratorē fisci; & si in veritate loquitur; licet Bar. & glo. ibi extendant ad oēs; & ꝙ non hēat locum in priuata cā, optime facit c. cum olim, 2. de offi. deleg. vbi ille qui violauit sigilla iudicum, circa acta, non fuit punitus in perditione eāx. sed solum vt non posset opponere contra illa acta. Vel nisi velis rndere, vt no. dicit Bart. in l. q testiū, ff. de fal. qđ ibi non fuit proprie ꝓmissa fallitas, cū nō immutauerit acta: sed solum aperuit, & perlegit; & ideo fuit extraordinarie punitus. Quid dicemus circa hanc varietatem? vt reducantur aliqua ad concordiam, facio in hoc duo membra. aut quęritur, nunquid committens fallitatem in iudicio, dēat perdere cām; aut quæritur, nunquid fallans instrumentum, seu producens mitrumentum fallsum, dēat saltē iudicari; ac instrm esse legitimum: ita quod cōtra ipsum faciat plenam fidē. Circa primū

c puto, ꝙ regulariter nō dēat perdere cām; [c] licet posset aliter puniri: ga cum næc pœna nullo iure cauteatur, non dēt ei capitalis sniа imponi, facit ad hoc quod in simili not. gl. in c. fi. de iure patro. & pœna dicti §. quoties, cū loquatur in cā fisci, in quo sunt multa specialia, nō dēt extēdi, vt in reg. odia, de reg. iur. lib. 6. & de pœn. dist. j. c. pœnę. vbi dr̄; ꝙ pœnæ non debent excedere casum proprium. Item tex. in d. l. diuus, in distincte dicit, qđ aduersus sniam laram ex fallis probōnibus, dēt succūbens in integrū restitui. nō. n. dicit, quod falsarius dēat puniri in amissione cāę, sed potius innuit ℨrium aperte, cum cā sit de nouo agitanda re medio restitutionis in integ. quod est ℨ hanc gl. & gl. c. tum ex literis, de resti. in integ. Nec ob. c. cū olim, de rescri. quia ibi fuit clericus priuatus bñficio, pp delictū fallitatis pp quod pōt ēt clericus deponi ab ordine, & detrudi ēt in monasteriū, vt no t. dicit tex. in c. fi Eps. 50. dist. Ad c. tum ex literis, dico quod fm aliam intellectum magis cōem, nihil facit. tulit enim ibi Papa sniam ℨ ecclesiam, credens quod instrm producta per ecclesiā, esset falsum; & sic quod nihil probaret, quod tn̄ non erat falsum, vī non tulit sniam puniendo ecclesiam: sed credēs ecclesiam nullum ius habere ex defectu probationis. Ad istum tex. rndetur; ꝙ non probat, quod pp delictum fallitatis debeat quis cadere a cā: sed qđ si cā nō fuisset ecclesiæ, debuisset iudicari fm istud instrm; quia opponendo instrumento, ꝙ ille fuit Eps Sabin. vī falsarius confiteri, ꝙ in veritate iste Eps (ac quo dr̄ in originali) fuit Sabin. & hoc probat not. iste tex. vt dicam in sequenti mē-

31 bro. † Venio ad fm. in quo concludā aliqua bona, & quotidiana dicta per I. no. hic. & vī primo, quod debeat producens instrm falsum, vel minus solenne, iudicari fm illud, quia non pōt quis dicere contra instrumenta per eum producta, tu ratione

d productionis, & approbationis, [d] vt in c. cum olim. de censi. tū ēt ratione tacitæ confessionis: Nam producendo instra, videtur tacite confiteri oīa in eis contenta, vt no. Inno. in d. cum olim, & hic Bar. in l. post legatum, ff. de his qui. vt ind. & facit iste text. arguendo per locum a speciali. Expediam hanc mām ponendo aliquos casus, qui erunt quasi coclusiones in materia. † Pri

& probari ante lit.cont. sic seruatur in aliis dilatorijs. nō.n.potest actor agere ante tps,vt in l.continuus,§.eoq; tpe.ff.de verb. oblig,& l.item quia.ff.de pac. Aut opponitur ad merita causę.sine condemnetur ad soluendum ante tps; & tunc sunt opinio. Quidam dicunt ꝙ debent proponi necessario ante lit.cont. & probari,vnde non sufficit post lit.cont.proponere,& probare; & hoc dicunt per illam l.exceptionem, quæ sic vī loqui; & ita vī velle glo.hic,& in d.l.exceptionem,& in d.c.exceptio; & ita tenuit q̄nque Pet.vt ibi recitat Cy.& hoc quia proponēdo post lit.contest. vī proponere causā subterfugiendi iudicū, & hanc opin.recitat etiam Inn. in d.c.pastor. Alij dicunt, quod satis est proponere,& probare post lit.contest,& ꝙ tex.in d.l.exceptionem,dum dicit, ꝙ debet proponi ante,loquitur de consilio, & non de necessitate;& hæc opinio vī cōior,& eam tenet Inn.in præall.c.pastoralis.& Bart.in d.l.exceptionem.& Iac.de Are.& Pet.vt ibi recitat Cy.& hęc mihi plus placent. nam si opponitur ad merita causæ,satis est eam proponere post lit.cont.Conclu dit enim actorem male petere, vt in dictis iurib. Host.in d.c.pastoralis, tenuit primā opi.& D.Ant.secundam. † Sed circa hoc q̄ritur,vsque ad ꝙ tps hoc vltimo casu poterit probarī Inno. dicit ibi,ꝙ vsq; ad conclusionem in causa,& non postea.Dixerunt quidā ꝙ per testes probari nō potest,nisi ante publicationem attestationū super principali.Sed tu dic melius,ꝙ aut articulus,qui nunc formatur. est directe ꝛrius primo ; & procedit hæc opi. & probatur in c.fraternitatis,de test. & sic intellige,& restringe gl.in l.perēptorias,C. sent.resc.non pos. Aut nō erit directe ꝛrius.imò ambo facta sunt cōpatibilia; & tūc potest probari postea,sicut obseruatur in qualibet perēptoria,vt plenè dixi in c.1.de ord.cog.& facit c.finē,de do.& ꝓta.& in c.de testib. ꝛ.de test. Exemplū primi,si post publicatas attestationes dico, ꝙ ego promisi dare nō purè,sed ad tps. Exemplū secundi,si dico ꝙ ex post facto fecisti mihi pactū de non petendo, vsque ad annum: hic.n.cessat timor subornationis,sicut in qualibet alia perēptoria compatibili cū facto principali; & hoc expresse voluit Io.And.in hac dilatoria absolonis,in addi Spe.eo.tit.§.nūc dicendū. facit quod no.Bar.in auth qui semel.C.de prob & facit optimè tex.in d.l.exceptionē. † Ad idē quęritur,quid si hæc exceptio dilatoria solonis non fuit opposita? ꝛclude post Bart. in d.l.exceptionē,ꝙ aut de eo non constitit iudici;& tūc iudex simplr ꝛdemnabit,sm instrm,& probationes actoris. Aut constitit iudici,ꝙ reo cōpetebat hæc exceptio;licet non fuerit opposita ; & tunc aut inerat obloni, vt puta, quia a principio fuit conuentū vt fieret solo post biennū;vel fuit oppositū pactum in continenti de nō petendo intra biennium;& tunc quia hoc pactum vī inesse illi obloni, vt l.lecta, ff. si cer.pet. iudex debet illū cōdemnare ad soluendū in termino ; quia de qua re iudex cognouit, de ea debet pronunciare.l.de qua re.ff.de iud.& c.cū super,de eau.pos.& propr. & in hoc casu intellige Inn.in d.c.pastoralis.Host.tū ibi dicit,ꝙ iudex debet duplicare inducias,per ea q̄hūr in c.vno,de plus pet. sed de hoc vltimo dic.vt ibi not. Aut pactū de non petēdo intra biennū,fuit appositum ex post facto; & tūc iudex ꝓdēnabit purè; quia ex quo nō opponit exceptio,remanet actio nō elisa, sm Bar.& no.bene hoc dictū,& ita restringe dictū Inno,ex quo habes,ꝙ iudex non debet supplere perēptoriā ad commodum partis non opponētis,licet de ea ꝑtet,facit l.4.§.hoc aūt iudicium,ff.de dam.inf.& q̄ no. Inn.in c.ad nrām,2.de iureiur.secus vbi ꝑstaret nullū ius cōpetere actori,vt in c.facerdotib.11.q.1. no.Inn.in c.1.de offi.dele. & in l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest. & vide ꝙ not.Bart.in d.l.lecta,& hęc de dilatorijs. Circa † perēptorias dic,ꝙ quędam sunt perēptoriæ respectu actionis ; vt quia directē opponuntur actioni,vt pactū de non petendo,quædā sunt perēptoriæ respectu intētionis; vt q̄ non cōpetit actio; puta,quia reus soluit, vt dixi ꝛ.super rubr. Item, quædā peremptoriæ cōcernunt ipsam obłonem, vt est exceptio,quæ cōperit viro : cū conuenit super restitutione dotis,vt non teneatur vltra,quā facere possit,de qua in l.alia,& in l.ex diuerso.ff.sol.mat. Itē pone exemplū in exceptione cōpensationis,vt in l.ꝙ in diē.§.1.ff.de cōpen. primę exceptiones rīr debent proponi,& probari post litē ꝓtest. vsq; ad ꝓlonem in causa. d.l.peremptorias. intelligendo tū, vt dixi in d.c.1.de ord.cogn.& sm ꝙ ꝛ.dixi in dilatoria solone.non autē pūt proponi ante lit.cont. quia cū istæ concernant negotium principale; oportet ꝙ prius partes ingrediant iudiciū super ipso negocio principali,quā deueniant ad conflictū; sicut in bello mali.nō.n.prius pūt pugnare,q̄ vtraq; pars ingrediat in campum. Hoc fallit in exceptionib. litis finitæ,quæ pūt opponi ante,& post,vt est exceptio rei iudicatę,trāsactionis,vel iurisiurandi,de quibus dicendū,vt in c.1.de lit.ꝓtest.lib.6. ratio est in illis; quia cū super instantia lis inchoata fuerit, & finita,noluerūt iura,vt pars iterū compelleretur assumere nouū iudiciū; quia sic processus posset esse infinitus. Item fallit vbicūq; peremptoria est notoria. Quia † in notorijs nō debet index pati causam deduci in iudiciū, vt est bo.tex.in c.qm̄.de fi.presb.volnit no.Spe. in tit.de excep.§.dicto. ver.sed pone,& ver.maritus,& no.Ioan. And.in c.1.Idē si probaf per instrm ꝛ quod actor nihil excipit, seu excipere pōt, vt not.dicit Io.And.in add.Spe.eo.tit.§.dicto. ver. sed an reus. Idem vbicūq; exceptio ᵇ ꝛcludit actori ius nō cōpetere,vt puta,si excipio,ꝙ ego solui; possum.n.proponere ante lit.ꝓtest.& impedire ꝓtestationē; quia si nullum ius cōpetit actori; ergo non potest agere,quia sine actione nemo exeritur,vt l.si pupilli.ff.de neg.gest.ergo nō tenetur intrare iudiciū. & hoc tenet Bart in l.cum quærebatur, & l.vir bonus,ff.iud.sol. & bene facit ibi tex. vide aliquas alias exceptiones in materia per Spec.in d.§.dicto.ver.hoc tñ fallit,& per Arch.in d.c.testes, §.exceptio.1.q.6. † Itē scias, ꝙ si istæ exceptionesperemptoriæ omittuntur in instantia principali,possunt opponi in causa appellationis,vt in c.cum Io.de fide instr. & l.per hanc,C.de tēpo. appel.nisi malitiosè fuerint prætermissæ.vide ad hoc quod no. gl.& Host.in c.inter monasterium,de reind. & in c.ad audientiā,2.de rescr.& hoc sequitur D.Ant.hic,quod est not.secus in dilatorijs .ille.n. indistinctè proponi non pūt in causa appellationis,vt est tex.not.l.ita demū.C.de procu. & hoc quia in causa appellationis durat effectus ꝓtestationis factæ in principali, vt in c.per tuas,de appel.& in l.fi.C.de temp.appel. † Concludē tū,ꝙ in illis casibus, in quibus poterant proponi in causa principali post contestationem,poterunt regīr opponi in causa appellationis; quia appellatio suspendit effectum actionis, vsq; ad tempus lit.contest.vt dictis iuribus,& l.j.ff.ad Turpil.& in c.veniens,de iureiur.& not.Bart.in l.ita demum. Aliæ verò perentoriæ non concernentes principalem obligationem, sed exactionem, possunt proponi,& probari post sententiam,vt d.l.exdiuerso,in fi. & l.quod in diem de compensa. & idem in similibus. & vide c gl.in d.c.exceptio, & not.Cy.in d.l.exceptionem. † Quædam sunt (vt dixi)exceptiones anomalæ,quę nō sequuntur regulam aliarum,de peremptorijs habuistis ꝛ.multa exempla,vt patet in illis quę possunt opponi lit.contest. vel post sententiam de dilatorijs potest exemplum poni in sententia excōcationis,quæ potest opponi in qualibet parte iudicij;& vide bo nū tex.in clem.vna,eod.tit. Item exceptio falsi procuratoris,& quælibet alia,quæ reddit iudicium retro nullum, potest opponi q̄cūque, de quo in c.in nostra,de procur.& in l.licet,C.eo. tit. dico tū, ꝙ exceptio excōcationis potest opponi , etiā post conclusionem in causa. arg.in c.pia,præall. & no.voluit Spec. in tit.de renunc. & conclu.§.1. ver.& scias. † Regīr autem post conclusionem non admittuntur aliquæ probationes,nec etiā allegationes,vt in c.cum dilectus, ᵈ de fide instr. no.Inn.in c.pastoralis,de cau.poss.& proprie. nisi æquitas magna ꝛrium suadeat,vt in c.pastoralis. not.Spec.in ver.præall. & hæc sufficiant quoad materiam primæ glo. † In eo ꝙ gl.ista variat,an probata exceptione excōcationis , processus prius habitus remaneat nullus;

ADDITIONES.

a ¶Iudex.Vide Pau.de Cast.& Alex.in l.vbi pactum,C.de transac.vbi dicunt iudicem non teneri supplere exceptionem, etiam quæ inest obligationi . vide Fel.in c.cum ordinem,vers.sexta decl.ratio.de rescrip. Seb.Sap.

b ¶Exceptio.Vide Fel.in c.super literis,in fi.ver.vlt.inquantum Abb.vbi reprobat Abbatem ibi tenentem ; ꝙ omnis exceptio peremptoria potest opponi ante lit.contest.dum pars stat:m,& incontinenti velit probare eam; & idem reprobat hic,ver.datur alia fallentia. Seb.Sap.

c ¶Et vide, quia Panorm. hic vult, ꝙ ista exceptio , ne maritus exigatur, vltra quam facere possit,sit peremptoria;& idem voluerunt gl.& Bart.in l.j.C.de iur.& fac.ign. sed in hoc errant ; quia immo exceptio,ꝙ quis non exigatur in effectu vltra quam facere possit,quæ competit marito damnato insolidū socio militi donatori,est exceptio dilatoria. ita tenet gl.ord. melior de iure, & no.in d.§.appellantur,in vēr.agentibus.in fi. Inst.eo.& ibi Ang. de Are.gl.& ibi ipsemet Bart.in l.3.ff.de excep.Bar.& alij in d.l.ex diuerso.§.fi.ff.sol.mat. Bart.in l.ꝙ nomine,in fi.ff.de cond.inde.Fulg.& Ias.in d.l.j. & istud apparet viua ratione.Nam illæ dicuntur exceptiones peremptoriæ,quę in totum & in perpetuum tollunt intentionem agentis.Illę verò,quæ non tollunt in totum;sed differunt ad aliquod tempus,sunt dilatoriæ, vt declarat tex.in d.§. appellantur . Sed sic est,ꝙ exceptio competens marito donatori,& similibus non tollit in totum,sed differt ; quia posset maritus fieri soluendo,quod lex in dubio præsumit.l.si defunctus,C.arb.tut.ergo apparet ꝙ est exceptio solum dilatoria.Item non competit nisi marito,ergo eo mortuo,cessat;solum ergo est dilatoria. Tertio patet, quia si maritus soluat,non repetit, quare? quia ista exceptio censetur dilatoria. nam si censeretur peremptoria,posset solutum repetere. l.quo nomine.& l.nam & si maritus,ff.de cond.indeb.

¶An exceptione quis conueniatur vltra quam facere possit,si sit dilatoria vel peremptoria,vide quæ habentur in l.sunt,ff.de re iud. vbi per Bar.& ip l.4. ff.de excep.& in l.si creditores,ff.de separ. & vide Bart.in l.cura.§.deficientium,ff.de mun.& hon. vbi dixit,ꝙ est temporalis; quia non prodest ei,qui postea locupletior factus est. & quod etiam voluit Bart. in l.3. præall. & in l.sed maritus, C.fol.matr. & in l.non tantum, in §.eos,de excul.tut. & vide Paul.de Cast.in conf.141.vbi dicit,ꝙ talis exceptio potest opponi,etiam in executione sententiæ;& quibus personis competat talis exceptio,& quibus non,vide glos.& Abb.in c.cum tu,de vsur.vbi inter reliqua dicit,ꝙ debitor pauper in foro conscientiæ non tenetur vltra quam facere possit. & vide Ang.in l.j.§.hæc stipulatio,ff.si cui plus quam per l.Falc. Ant.Franc.

d ¶In c.cum dilectus. Vide ibi Fel.amplantē,& limitantem pluribus modis,& D.Ias.in rep.l.ad monēdi,in ver.ex supradictis omnib.ff.de iureiur.Seb.Sap.



a nullus;ª dic melius,ꝙ aut probatur excōcatio ꝛ iudicē ; & dic vt leg.& no.in c.ad probandum, de re iu.aut contra partē, aut ꝛ reum,& non nocet excōcatio,vt in c.inteleximus. de eo tñ vt leg.& no.in c.cum inter, & c.dilecti.ꝛ.eo. Aut ꝛ actorem,& si sumūs in cā appellationis,dic vt ꝛ.c.prox.& si i cā principali, aut agebatur coram ordinario,& valent gesta, antequā repellatur,vt in c.pia,eo.tit.lib.6.aut coram delegato ; & dic vt in c.
22 j.de rescri.eo.lib. † Opp.& vī,ꝙ si scienter omittit exceptio ex cōcationis ante lit.contest.non possit opponi postea, vt in c. insinuante,de offi.dele.Sol.gl.3.hoc esse spāle in excōcatione, vt dixi ꝛ.ratio specialitatis colligitur ex tex.& facit hæc gl.ad id quod dixi in notabilibus,& aduerte,quod enim hic dicitur,ꝓcedit qñ excōcatio opponitur dilatorie , sed differēdum lites modo prædicto si vero peremptorie, puta ad inferendum electionem nullam pp excōcationem eligentium; tunc opponit post lit.conte.sicut alia peremptoria,ad hoc quod no.in d.cle.
23 j.eo.tit. † Oppo.& vī;ꝙ reus non debeat condemnari in expēsis,si excōcationem probat ꝛ actorem, qñ actor non frustra fecit illas expensas,cum teneant oīa gesta,donec expellatur,& eo absoluto poterit illis vti, vt in d.c.pia; e.tit.lib.6.Sol.dicit gl. in ver.condemnandus,ꝙ olim processus erat nullus, alias procederet ꝛrium:hodie vero secus,vt in d.c.pia; & sic sentit ꝙ ho die haberet locum ista condemnatio expensarum;& hoc respectu excōcationis actoris;& respectu iudicis, dicit gl. ꝓcessum non tenere,si excōcatio erat notoria per d.c.ad probandum, de re.iud.Sed gl.non aperit, an malitiosè differens opponere ꝛ iudicem,sit condemnandus in expēsis;cum frustra alia pars reperiatur expensas fecisse,circa processum nullum. Ego credo, ꝙ aut actor ignorabat, & habebit locum condemnatio per rō nem huius tex.Aut sciebat iudicem excōcatum;& seipsum decipit.ideo dēt cessare condemnatio, ad hoc l.j.ff.de act.empt. & quod not.in d.c.ad probandū.Item respū partis,dicit Io.An.
24 per rōnem huius glo.& hunc tex.ꝙ si malitiosè distulit reus opponere exceptionem excōcationis ꝛ rescriptum impetratum ab excōcato.ꝙ locus erit condemnationi expensarum; cum expensæ litis interim sint perditæ,per c.j.de rescri.lib.6.† Sed ex gl.quæro , nunquid indistincte habeat locum hæc condemnatio expensarum data inualiditate processus? dic, ꝙ non.Primo enim requiritur,ꝙ malitiosè reus distulerit opponere, vt patet ex litera.& ideo dicit Inn.ꝙ si ex iusta cā reus distulerit;puta ga nato,quod ēt placet Host.alleg.l.argentarius.§.pen.ff.de eden. adduco bo.tex.in c.plerumq;.2.q.7.Secūdo requiritur,ꝙ actor ignorauerit se excōcatū,vt puta quia absens existens in remotis,fuit excōcatus.arg.de appe.c.cum sit;& reus hoc sciebat,& malitiosè distulit.vñ cum actor non deprehendat in aliqua cui pa;merito reus dolosus cōdemnatur actori bonæ fidei;vt hic ; & arg.in c.apostolicæ,de cle.excom.mi.si vero actor sciebat se excōcatum , tunc cessabit hæc condemnatio,sm Host.Petr.& Abb.quia vterq; reperitur in culpa,vñ compēsabitur dolus cū
b culpa,ff.de dol.l.si duo,& ff.de compen.l.si ambo, & ꝛ.de adul. c.pen.& vlti.Ego dubitoᵇ an hoc sit verum.Primo quia rex.iste exposcit,seu ponderat malitiā rei;& nil dicit de ignorātia actoris.Secundo,quia præsuppposito, ꝙ actor sciat se excōcatum ; non tñ est in dolo,sed in culpa duntaxat,de cler.excom.mi.c.il lud.sed reus,qui malitiosè distulit cā decipiendi ipsum actorē, est in dolo, dolus autem præponderat culpæ,vt l.item si obstrix.ad l.Aquil.Item reus punitur ex suo dolo dūtaxat,quia nō opposuit tempore debito,sed malitiosè distulit. non enim dēret de rigore post tps admitti,pro prima tñ opin.pōt sic argui: scienti non fit iniuria,neq; dolus, vt in reg.scienti, de reg.iu.li. 6.& actor sciens se excōcatum,& nihilo minus se ingerens, seipsum decipit, vt in l.j.ff.de act.empt. Itē iste processus erat nullus,ēt si iste reus nunq̄ opposuisset saltem sm hæc tempora.vt voluit ista gl.ergo,quod reus nunc excipit,non lædit actorem,
25 imò potius consulit ; quia melius est nunc opponere, q̄ nunq̄ opponere,forte hæc pars est verior. † Vlterius quæro;in quibꝰ expensis fiet ista condemnatio? conclude sm Inn. ꝙ aut excōicatio probatur,& habebitur respectus ad oēs expensas factas su per principali, vel alijs exceptionibus,vsq; ad tempus oppositæ exceptionis excommunicationis:ad expēsas autem, quas reus fecit in hac probanda exceptione, non condemnabitur actor, quia in hoc non vexauit actorem, quod patet ex sententia pro ipso lata,argu.C.de iud.l.rem non nouā. Ego intelligo hoc de expensis factis a tpe,quo fuit in mora excōcationem obijcien di.nam ante moram,cum non fuerit in culpa.non video,quare dēat condemnari in expensis,arg.in c.2.de cōst. & quod no.in c.cum dilecti,de do.& contu.vt puta in expēsis,quas fecit actor in citando,vel libellum porrigendo, & similibus.non enim tenetur reus illico obijcere, cum in multis casibus potest excōmunicatus interuenire in iudicio, ideo potuit reus ante omnia petere copiam libelli, argu.in l.non videtur in iudicem, & quod ibi not.ff.de iudi. Si vero reus excōmunicationem probauit;tunc solum actor condemnabitur in expēsis factis in hac exceptione;non autem in alijs,quia nō frustra actor illas fecit, cum possit prosequi negotium principale.ꝛ.c.pia,hoc tit.lib.6.
26 †Quæro,quid si excōicatio erat occulta;nunquid reuocabitur processus,vel sniā,excōicatione non detecta? Sol.glo.antep.arguit per istum tex.ꝙ non;ꝙ a non cogitur quis diuinare.Aduerte,quia hoc poterat ꝓcedere de iure antiquo;sed hodie dic,aut in iudice or dinario vel delegato,vt no.in c.ad probādū,præall. & respectu actoris,dic, ꝙ si gestū est corā ordinario,valet indifferenter:siue sit occultus,siue publicus,vt in d.c.pia.si corā delegato,non tenet processus; si rescriptū fuit impetratum ab ex
27 cōicato,licet occulto, per c.j.de rescr.lib.6.& ibi per Io. An.facit quod no.Inn.in c.dilectus,de consue.† Sed quæro hic, dr ex
c cōicatum publice,per iudicem repellendum,licet reus non ex cipiat,qñ dicitur publicus;Sol.dicit gl.multum not.ꝙ si iudexᶜ tulit illam sniam in loco, vbi publice iudicare consueuit,ꝑsentibus officialibus suis,& partibus,vel altera per contumaciā ab sente;satis dr publicus;aliàs secus,a d hoc adducit l. si vt propo nis,C.quom.& quan.iu.illa lex(vt dicit Io.An. & bene)parū facit.solum enim probat a ꝛrio sensu,ꝙ snia tenet,non autem,ꝙ dicar notoria,seu publica;sed melius facit sm eū l. in donationibus.C.de do.& quod ibi no.& de testa.l.oīa.Finaliter dicit tenendum,quod no.in c.eos,de sepul.in gl.ver.publice,& ibi ob scure loquitur.vī tū ibi velle,ꝙ respectu aliorum non dr ꝙs publice excōcatus,eo ꝙ snia fuit lata præsentibus officialibus,& partibus,vt dicit ista glo.quia iura exigunt publicitatem,respectu aliorum,quo ad hoc vt præsumatur scientia, & sic ex multitudine assistentium,tpe excōicationis,dicemus eam publicam vel occultam.Ego dicerem,ꝙ aut agit de pœna incurrenda respū cōcātium publice ipsi excōicato, & hēt locum illud dictū Io.And.quia verba debent stricte capi,ne qs puniat,& maximè sine culpa,nam de facili nō hr notitia de eo,qd iudex egit in bā cho suo coram paucis;sed respū ipsius excōicati satis credo ex cōicationem esse publicam,si ipse interfuit,vel fuit ad hoc citatus,quia id,quod fit in iudicio,dr notoriū,in c.vestra, & in c.fi. de coha.cle.& muli.quinimo dr id,quod ex ꝓbatione constat, manifestū,vt in c.olim,de ver.sig.& per hoc infero.ꝙ ēt vbi agit de incurrēda pena,vt in casu illius cle.eos,respū scientiū sniam esse latā;put hic dr in hac gl.dico istū dici publice excōicatū: & sic isti incurrēt pœnas inflictas ꝛ cōicantes,vel sepelientes publice excōicatum , licet aliter , & minus bene videatur sentire ista

ADDITIONES.

a ¶Nullus.Tu vide etiam glo. in l.exceptiones autem perpetuæ, & in l.fin.ff.de exce.gl.& ibi Pau.de Cast. in c.inter eos,ff.de re iud.est etiam tex.apertior, quod exceptio,ne quis conueniatur , nisi inquantum facere potest , opponi etiam potest post sentētiam,in l.qui id quod,in prin.ff.de don.& l.Nesen. ff.de re iu.Quod limita,vt per Bal.in l.ab executione,circa fi.C.quorum ap. non reci. vt sit verum nisi iudex ante sentētiam statuisset termiouꝫ parti ad opponendum omnes exceptiones peremptorias,dilatorias, & anomalas,ꝓ ut tota die fit,tunc si istæ exceptiones , quæ diminuunt executionem, non fuerunt oppositæ ante sententiam,non poterunt etiam opponi post sentētiam,quod si est verum,multum limitat istam doctrinam ,Panor.& Bal.in l. j.C.de iu.& fac.ign. istam limitationem simpliciter sequitur D. Alexan.de Imo.in d.l.ex diuerso,§.fi.& nullus,contradicit,bene facit tex. in c.pastora. supra eod.tamen ille tex.loquitur in excep.dilatorijs teneas semper cordi , quia in practica quotidie fit.secundo limita , nisi tales exceptiones fuissent oppositæ ante sententiam per partem & reprobatæ per iudicem,tunc enim non possent opponi post sententiam in excep.Ratio est,quia ex quo fuerūt expresse reprobatæ,dicerenē tunc opponi contra sentētiam,nec essent tūc compatibiles cum sententia.gl.est ordi.in d.l. Nessen.§.fi.no. Dyn.& Bar.in d.l.ex diuerso.§.fi.& Bal.in d.l.executione. Nunquid autem in istis casib.& similib.in quib.tales exceptiones peremptoriæ possunt opponi post senten tiam possint etiam opponi post tempus quadrimestre,quod datur condemnatis ad soluendum.gl.est multum sing.quod sic,quam multum no.ad exte fionem huius doctrinæ in d.l.ab executione,in ver.excedat, circa med.quā Bar. ibi multum no.commendat.

¶Circa hoc de exceptione peremptoria,an possit opponi potest sententiā ; & infra tempus quod datur iudicatis ad soluendum , dicas quod regulariter non potest opponi post sententiam,nisi per minorem restitutum in integrū ad opponendum,vt in l.peremptorias, C. sent. rescin.non poss.de quo etiā perPau.de Cast.in l.j.C.de iur.& fac.igno.post alios;& vide gl.ordin.in l.tāsi. ff. de excep. rei iudi.& in l.post rem.in §.j.ff. de transa. & vide Spe. in tit.de excep.in §.3.vers.hoc tamen,vbi ponit septē casus, in quibus admittitur post rem iudica. Ant.Fran.

¶Adde quod cum exceptio semel est opposita,& super eo cognitum;& iudex processit ad vlteriora,quod vlterius non potest deduci ad eundem finem. Rom.consi.312.& quæ exceptiones possint opponi post sententiam , vide Anch.consi.6.

b ¶Ego dubito.Tu pondera,quia hic dicitur,quod ideo punitur reus,quia fatigauit actorem laboribus,& expensis,sed ista ratio habet locū , licet actor sciat se excommunicatum,ergo &c.Item quia mitius agitur cū actore,hoc casu,quia aliter potest excusari;sed in reo arguitur malitia. And.Barb.

c ¶Quod si iudex.Vide Fel.in c.ad probandum,in 2.col. ver.& no.ꝙ si testes. inf.de re iud.vbi dicit,ꝙ ad hoc vt gesta per excommunicatum valeant,requiritur ꝙ non solum sit occultus vni parti,sed ambabus, & ibi late attingit quod possit facere excommunicatus occultus. Seb.Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ista gl. Item quoad dispositionem huius c. vt iudex illum repellat. gl. ista optimè loquitur, vt in d. c. vestra, in fi. Credo etiam, ℘ si non fuit excõicatus in iudicio, sed extra; ex quo non fuit publicè excõicatus, sufficit. & credo, ℘ verbum, publicè, non debet hic capi pro notorio, sed pro specie distincta a notorio, iuxta notata d. c. vestra, & satis est, si probari potest excõicatus; sicut enim pars potest opponere excõicationem; licet non sit notoria, vt hic, & in d. c. pia; ita & iudex, cum hoc fiat in fauorẽ publicũ; ratione cuius potest iudex supplere ex officio, vt not.
28 in l. 4. §. hoc aũt iudicium. ff. de dam. infe. † Item iudex tenet ex officio suo inquirere de habilitate, & inhabilitate accusatoris, seu actoris, vt 2. q. 7. c. quærendũ, & l. quos prohibet, ff. de postu. l. filiusfamilias, §. milites, ff. de procu. & ad hoc potest testes accipere, & ad hoc facit quod not. Bart. in l. j. propè fi. ff. de quæst. vnde ponitur hic, publicũ, vt differat ab occulto, quia si probari non põt excõicatus, licet sit in veritate excõicatus, debet iudex silere: aliàs opponere, & repellere, ad hoc 2. q. 7. c. plerũq;.
& 7. q. 2. c. si qñ, & c. placuit. quæ iura ad hoc optimè faciũt; hoc enim prodest ipsi excõicato; cum se cõioni hoium ingerendo
a peccet, de cle. excõ. mini. c. [a] illud. ac alij, qui scienter cũ aliarum periculo ipsi cõicauerunt, facit c. cũ non ab hoĩe, & qd ibi no.
29 de sent. excõ. & quod ibi hĩ in gl. seq. † Et per hęc possunt decidi duæ quęst. quas ponit hic Inn. primo. quid si actor oblato libello repellit iudicis officio: sed reus instat, vt agat, & prosequatur. quod potest reus facere, [b] iuxta nõ. in auth. q semel. C. cũo
b & qñ iud. & c. causam, de dolo & ꝛtu. nunquid iudex debet eum repellere? Inn. dicit, ℘ non. idem vĩ ibi dicendum, si reus nõ fuerit adhuc ꝓuentus, sed timet ab eo cõueniri; vnde potest reus c
c instare, vt cõpellatur agere, iuxta formã l. diffamari. C. de ingenuan. & c. conquerente, ℑm vnam lect. de offi. ord. nam si diceremus ℑrium, sequeretur ℘ id quod statutum est in fauorẽ nõ excõicati, retorqueret in ipsius odium, ℑ l. quod fauore. C. de leg. & c. quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6. Ego per predicta dubito, an hęc sint vera; quia nõ agitur hoc casu de vtilitate partis tm̃, sed de publica. hinc est, ℘ parte non excipiente iudex supplet, & pro hoc dicto sunt duæ glos. Prima in c. quærendum. est, super verbo, a iudice, & in c. alieni, in gl. in ver. arg. ℘ iudex. 2. q. 7. ergo nõ potest sola volũtas rei impedire iudicis officiũ sed si reus potest in hoc aliquod ꝓtendere interesse, procedat tunc opi. Inno. & vĩ satis honestum, vt agat per procuratorem; aliàs procedat contra eum tãquam cõtra contumacem; quia non legitimè comparet in iudicio. & hęc sufficiant. Abb.

ADDITIONES.

a ¶Vide Pau. de Leaz. in commen. c. si celebrat. de cler. excom. min. in pen. q.
b ¶Reus facere. Qđ si reus instat, ℘ actor excõicatus agat, an iudex poterit illũ repellere? vide Io. de Fan. & Doc. 2. q. 7. c. quærendũ, & c. alieni. vbi pulchrè loquunt ℑ Inn. & pro eorũ sniã vĩ tex. in d. c. pia, in prin. de excep. li. 6. A. Barb.
¶Circa istud de excõicato, an cõpellatur agere, dicas, ℘ excõicatus vĩr nõ agit, vt plenè tradit in c. intelleximus, de iud. imò si ageret, ẽt parte nõ opponẽte, põt officio iudicis repelli, vt in c. pia, in fi. de excep. lib. 6. & per Phil. in c. cũ parati, in j. col. de app. & vide Spec. in tit. de off. iud. in §. 2. in fi. & in 4. in ver. itẽ post. & vide D. Card. in cle. 1. in 16. q. de excep. Imò potest excõicatus repelli, ẽt a tertio, cuius non interfit, si opponat ℑ eum, ℑm Phil. in d. c. cũ parati, de quo tũ ibi dubitat Io. de Imo. nec credo, ℘ possit cõpelli agere per se; nisi vel ut constituat procuratorẽ, vel nisi absoluatur, vt possit agere propter periculum participij, per ea quæ hũr in d. c. intelleximus. Ant. Franc.
¶No. sing. limitationẽ ad c. infinuãte, de off. del. & idẽ dicit D. Ant. hic in 6. col.
c ¶Põt reus. Vide Abb. & alios, in c. intelleximus, col. pen. ℑ. de iud. & Io. de Ana. in c. dura, col. 3. ver. q. d aũt. ℑ. de cri. fal. Bal. & Ang. in l. nulla. ff. de legib. S. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ, non competit reo absoluto; quia nõ possidebat, si post sententiam inceperit possidere, nc. 3. intellige, vt infra nu. 10.*
2 *Conuentus reali, si non desiit possidere, absoluitur.*
4 *Si reus fuit absolutus, quia non venerat dies vel conditio; non prodest sibi exceptio rei iudicatæ, adueniente die vel conditione.*
5 *Rei vendicatio datur etiam contra simpliciter detentorem; nisi nomina uerit dominum in iudicio.*
6 *Dolo desinens possidere habetur pro possessore.*
7 *Possessor, qui a principio fuit in dolo, vel in mala fide; tenetur re perempta, vel si sine dolo desierit possidere.*
8 *Dolus debet probari ab illo, qui ipsum allegat.*
*Possessor quomodo probabitur, dolo desiisse possidere.*
*Dolus probatur ex coniecturis.*
9 *Offerre liti quãdo quis dicatur, ad hoc, vt nõ vitet pœnã offert se se liti.*
11 *Conuentus rei vendicatione, & absolutus; an censeatur absolutus, quia non possidet, an quia nil fuit probatum contra ipsum.*
*Sententia præsumitur lata in id, quod acta sonant.*
*Sententia præsumitur lata ex leuiori causa.*
12 *Possessor qui rem, ad quam conueniebatur, desiit possidere, an condemnabitur; & ad quid, & quomodo; & an teneatur ad fructus, si rem non possidet sine culpa.*
*Fructus quo casu possunt peti, re perempta.*
13 *Exceptio rei iudicatæ obstat, si finis agendi idem est; licet modus agendi sit diuersus.*

14 *Exceptio rei iudicatæ, obstat tantum in prosecutis; licet petitio fuerit generalis.*

CAP. XIII.

2 **Aduersario.** [a] † Non competit exceptio rei iud. reo
1 absoluto; quia nõ possidebat, & nõ diuidit. Casus literalis. Aliquis ꝓuenit aduersarium suũ super aliqua re, q̃ possidebat tpe litis ꝓtest. Sed quia postea sine dolo desiit rem illã possidere, fuit absolutus; postea eandem rem cępit possidere. actor petit eandẽ rem, quæritur, an res iudicata ei obstet? Et rndet Papa, ℘ nõ obstat exceptio rei iud. B. † No. 1. ℘ in
2 actione reali, venit sniã absolutoria ferẽda, si reus sine dolo pẽdente iudicio desiit rem petitã possidere. † No. 2. exceptionem
3 rei iudicatæ non cõpetere, qñ cessat causa sniæ iam latę; licet eadẽ sit causa petendi; & idẽ corpus vel quãtitas pętaꝫ, ac eadẽ sit personarũ ꝓditio. hic. n. oĩa ista ꝓcurrebant. Sed quia absolo fuit facta, qñ reus desierat possidere sine dolo; quia cessat ratio sniæ, procedit iudiciũ, exceptione rei iud. nõ obstante, facit c.
4 Odoardus, & qđ ibi no. de sol. † Hinc dicit Goffr. hic, ℘ si reus absoluit, quia actor ante diẽ, vel ꝓditionẽ agebat; non obstat, aduenięte die, vel ꝓditionis euentu, excep. rei iud. alle. l. Græce, ff. de pig. §. fi. & ff. de ædil. edi. l. bouẽ. §. pen. & vlt. Idẽ dicit, si fuit absolutus reus; quia ineptè agebat, vt ℨ. de iud. c. examinata, &
5 l. j. ff. si men. fal. mo. dix. † Gl. j. est clara, & tu Canonista no. cã. Et in eo, ℘ dicit sufficere reũ possidere saltem tpe sniæ; dic ℘ non requirit precisè possessio, nec à principio, nec tpe snię; sed sufficit detentio, vt l. officiũ, in fi. ff. de rei vend. & not. in d. c. examinata; nisi noĩauerit dñm in iudicio, vt in c. qñ, vt li. nõ contest.
6 §. ℘ si, & l. 2. C. vbi in rem act. exerc. de. † Venio ad gl. fecũdam quã recitabo, non vt iacet, sed seruato ordine cõpetentiori. Et primo q̃ro, ponderaꝫ in tex. ℘ sine dolo iste desierat possidere? Sol. gl. ista formauit prope mediũ hanc quæstionẽ, quã cõpetentius posuisset hic in principio; & soluẽdo dicit, ℘ ideo, si dolo desiisset possidere, nõ fuisset absolutus, sed ꝓdemnatus ac si possideret; quia doloſus pro possessore hr̃, allegat multa iura; & hodie habes tex. in reg. pro possessore, de reg. iur. lib. 6. & dic ℘ ℑ possidentẽ, qui dolo desiit possidere, non cõpetit rei vẽdicatio, directa, quia verba deficiũt, vt in l. si quis id qđ, ff. de iurisd. om. iud. & plenè not. per Cy. in l. ex placito, C. de re. permut. sed cõpetit vtilis pp mentem iuris; vnde illa, quę prius, & anteq̃ do
7 lo desineret possidere, erat directa; efficit vtilis rõne doli ex iuris dispositione. ita Spe. in tit. de inter. act. §. 3. ver. antepe. † Item limita hoc dictũ, & tex. nisi a principio, dolo incepisset possidere, vt in l. si me vi dejeceris, ff. de vi & vi ar. & hoc sentit Goffr. & clarius Spec. in ꝑall. §. 3. ver. itẽ Doct. vbi dicit, ℘ si dolo, vel aliàs iniustè & malitiosè incepit possidere, teneꝫ; licet nũc sine dolo desierit possidere, vt in d. l. si me vi, & in c. cũ tu, de vsur. & in c. si cut dignũ, §. eos, de homic. facit l. qđ te ff. si cer. pet. & l. fin. ff. de cõd. fur. & his duabus vltimis ꝓcor. probaꝫ, hunc illicitum pos-
8 sessorẽ teneri, ẽt si res sit perempta. † Nunc quęro capiendo primã partẽ gl. quis habeat probare, si negat dolus? gl. arguit pro, & ℑ; & vĩ in principio inclinare, ℘ onus probandi incũbat, dolum alleganti; quia regula est, ℘ dolũ allegans, probare eum teneaꝫ, vt l. quoties, §. qui dolũ, ff. de prob. sed ℑ. in ver. vel dic, qui debebat ꝓbationi ad ꝓcedentia; aliter soluit, dicens, ℘ si tpe litis ꝓtest. possidebat, præsumit, ℘ dolo desiit possidere; si aũt tunc nõ possidebat, nõ ꝑsumitur dolus; & sic possunt reduci ad concordiã opi. de quibus in prin. gl. Doct. cõiter trãseunt cũ ista gl. Ego allego pro hac opi. tex. iũcta gl. in l. nõ ignorabit. C. ad exhib. & dicit Io. And. ℘ dolus probabiĩ ex cõiecturis, de renunc.
9 c. 2. lib. 6. & l. dolũ, C. de dolo. † Opp. vĩ enim, ℘ etiã non possidens debeat cõdemnari, ex quo litem assumplit, vt in l. is qui se obtulit, ff. de rei vend. & l. qui se liti. ff. de peti. hære. Glos. dicit ℑrium procedere, duobus concurrentibus. Primo, ℘ reus non
b possidens, obtulerit se liti; [b] quasi sentiat, ℘ iste nõ obtulerit se liti. Secundo, ℘ actor ignorauerit reũ non possidere; aliàs seipsum decipit. Aduerte, quia gl. non declarat qñ dr̃ se liti offerre: dic, ℘ tunc dr̃ se offerre, qñ in iudicio vel extra dicit se possi-
c dere; si autem vocatus [c] venit ad iudiciũ, & assumplit defensionem;

ADDITIONES.

a ¶Aduersario. De intellectu huius decr. vide D. Ant. in c. 1. in 22. col. de re iud.
b ¶Se liti. Vtrum autem acceptans libellum ab actore porrectum, videatur se offerre liti. Vide hic D. Ant. & glos. magistralem in l. is qui se obtulit. ff. de rei vend. & tex. in l. 4. in princ. & ibi Bart. & Doct. ff. de re iud.
¶Circa hoc, an acceptãs libellum videatur se offerre liti, dicas ℘ nisi libellus offerratur reo, non cogitur reus rndere; & ita dixit gl. & Bar. in l. 2. in fi. C. de hære. vel act. vend. & vide Bart. in rubr. ff. de dam. infec. vbi dixit, ℘ libellus non est de processu, nisi postquã est datus parti. & vide Bal. in addi. Spec. in tit. de censi. in ver. libelli. & adde ℘ libellus non potest dari, vel offerri iudici, parte non citata; ita Rom. l. j. ff. de in ius voc. & vide Spec. in tit. de excep. in §. 2. in ver. illud quoque, vbi dixit, ℘ iudex non debet recipere exceptionem dilatoriã, priusquã libellus recipiatur a reo. & vide Spec. ibi, vbi dixit, ℘ receptio libelli facta per reum, inducit consensum in iudicem. Ant. Fran.
c ¶Vocatus. D. Abb. in c. examinata, suprà de iud. Bal. in l. cogi, ad fin. C. de petit. hæred. Bald. in l. si à te. §. j. ff. de excep. rei iud. Seb. Sap.



nem; nec fuit interrogatus, an possideret, non dr̃ se liti offerre; sed potius se defendere; quia, ex quo fuit vocatus, renebatur venire; cum iudicium reddatur in inuitum, vt l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verb. obli. & de iudi. c. intelleximus. hoc probari vĩ in l. qui petitorio. ff. de rei ven. vbi dicit, ℘ qui petitorio iudicio vtitur, ne frustra experiatur, dẽt interrogare reũ an possideat; vel dolo desierit possidere. & hanc opi. tenet Spe. in ꝑall.
10 §. ver. sed pone, & Bar. in l. is qui se obtulit, præal. quod est notãdum. † Gl. ẽt in vltima parte quærit, q̃ & quot exigantur ad hoc vt obstet exceptio rei iudicatæ. gl. dicit ℘ tria, vt patet in ea. Et in fi. vĩ addere quartum; videlicet; ℘ ille qui fuit absolutus possideat tpe sniæ, nam si non possidebat, non ob. hæc exceptio; licet sit eadem cã petendi, idem corpus, seu quãtitas, & eadẽ personarum conditio, vt hic. Non enim intelligas hoc dictum gl. indistincte; quia procedit solũ, qñ reus fuisset absolutus; qa nõ possidebat: si aũt fuisset absolutus, quia non possidebat, & quia actor non probauit; tunc obstat postmodũ exceptio rei iudicatæ; quia non cessat secunda causa; licet cesset prima. Insti. de
11 nup. §. affinitatis. hoc notabiliter voluit gl. q̃ sequitur Bart. in l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. † Sed circa hoc, & cit
a ca tex. q̃titur, quid si reus fuit simplr̃ absolutus? [a] Sol. dicit Bar. post gl. in d. l. si quis. ℘ dẽt inspici & cõiecturari cã sniæ ex actis vt in l. non intelligitur. §. j. ff. de iur. fis. facit l. 3. C. de sen. quę sine cer. quan. vide bo. gl. in c. audita. de resti. spo. & iõ si apparet probatum in actis; ℘ iste non possidebat, præsumitur, ℘ ex hac cã fuerit absolutus. si aũt appareat ℘ actor non ꝓbauit, præsumit fumetur absolutus ex minori cã. ſ. ℘ non possidebat; & ꝓ hoc dicto allego. qa in dubio dẽmus præsumere sniam fuisse latã ex leuiori cã. vt in l. si præsides. ff. de pen. & l. hæc cãe. ff. de suspe. tut. tm̃ inpñti puncto alr̃ distinguerem; & sic; ℘ aut iudex absoluerit reum ab impetitione actoris; & vĩ absolutus; quia actor nõ probauit. nam hæc verba istud important, vt in c. cum venerabilis. ℨ. eo. tit. cum si. Aut fuit absolutus ab instantia iudicij, & tũc posset procedere opin. ℑ. pro hoc facit cõis stylus iudiciorum, qui attendendus est. arg. in c. ex literis, de const. nã vbi quis absoluit, quia non possidet; vel quia actor inepte egit, semper hoc de iud. Nũc gl. expeditis, & suppletis, inseram aliqua, quæ posuit interro. §. 2. versic. verum, cum seq. quæ veniunt ad intellectum
12 huius c. & mãæ. † Quæro igitur, quid si contingat reum euocatum a iudice, cadere a possessione, super qua agebatur, an ex eadem instantia possit condemnari, qui desiit possidere, & ad qd, & quo sit sententiandũ; sol. post Inn. dic. ℘ aut reus cadit a possessione voluntarie, cã mutandi iudicii, & tunc prodest condẽnari remedio illius tit. ff. de alie. iud. de quo in c. fi. co. tit. & hoc siue ante lit. contest. siue post. si vero non transtulit possessionẽ mõ prædicto, sed alr̃ desiit possidere; tunc si agit personaliter, non est vis, an culpa, an sine culpa de sierit possidere, quia cũ persona, & non res sit obligata, põt ad sniam procedi. facit qđ not. idem Inn. in c. cum M. de const. si vero agebatur reali, & tunc si sine culpa desiit possidere, non condemnabitur sed absoluet, vt hic, & ℨ. latius dixi. sed si cum culpa, procedetur ℑ eum, vt ad litis æstimationem, & interesse cõdemnetur. ff. de exhi. l. de eo. & l. sin aũt. §. possidere ff. de rei ven. In priori tm̃ casu, cũ sine culpa desijt possidere, dicit Inno. ℘ actor inuito reo, & reus inuito actore, poterit petere, vt procedaꝫ ad sniam diffinitiuã, pp fructus, & expensas, & interesse, & alia accessoria ad principale iudicium, & pp stipulationẽ de euictione, & idẽ in hoc vltimo casu tenet gl. in l. vtiq;. ff. de rei ven. & loquit Inno. qñ desinit possidere post lit. contest. nam si prius, non deberet peti res principalis; quia inepte peteret; cum desijsset possidere, sine culpa. de quo in l. vtiq;. ff. de rei ven. neq; posset petere fructus, & partus, qñ essent oĩno accessorij ad ipsam rem peremptã. arg. l. 4. C. de posi. & hoc vltimum voluerunt glo. & Bar. in d. l. vtiq;. secus puto, qñ non essent oĩno accessorij, sed possent peti principr̃, sicut ipsa res, vt puta, quia percepisti fructus ex re mea, iuxta not. per Bar. in l. ex diuerso. ff. de rei ven. & per Inn. in c. 2. de li. obl. & in c. tanta. de excess. prael. nam tunc puto ℘ perempta re, etiã ante lit. contest. poterunt peti fructus; quia poterũt peti iure actionis; & sic principr̃. de quo dicendũ, vt plenius no. in iurib. ꝑalle. Nunquid aũt noĩe fructuum, veniãt hoc casu actiones, q̃ute occasione rei peremptæ, vt actio l. Aquil. & similes. dic vt no. Inn. in d. c. j. vbi vĩ tenere, ℘ tales actiones, reus succumbẽs tenetur cedere actori vincenti. Qualiter iudex dẽt se habere in sniã ferenda, si reus non reperit possidere. dic quod, aut constitit reũ non possidere ante eq̃ actor fundaret intentionẽ suã, aut postea. Primo casu debet reus absolui, nec in aliquo pronũciatur pro actore, de hoc est casus in c. examinata, sup. de iud. nisi actor, vel reus instaret, vt procedatur pp fructus, & alia accessoria, vt ℨ. dixi. Si autem iam constitit de iure actoris, tunc debet pronũciari, etiam pro actore, quia pronunciabitur dominus, vt probaꝫ, ℑm vnum intellectum, in l. si a te. ff. de exce. rei iu. & not. Barto. in l. is qui se obtulit. & valebit illa pronunciatio tm̃ ℑ reum, ℘ si reperitur postea illam rem possidere, mãdabitur sniæ executioni contra reum, absq; alio iudicio nouiter inchoando, ad hoc l. 4. & quod ibi no. ff. de pet. hær. & not. Bar. in l. si a te. & vide qđ dixi in d. c. examinata. Inn. in loco præalle. ſsup rub. de iud. quę sequitur Spe. in d. §. 2. verſ. qualiter. Et dicit, ℘ si sniã est ferenda pro actore, iudex sententiabit sic. Quia inuenimus, ℘ reus erat in causa condemnationis, si possideret, ideo condemnamus eũ ad fructus & expensas; sed quia nõ possidet, nec culpa sua desijt possidere, ideo absoluimus eum, quantum ad rem petitam, dicit tm̃, quod prius dẽt iudex facere, vt præstet cautionem de restituẽda re actori, si ad eum peruenerit. ff. de rei ven. l. si vero. Si autem non est sniã ferẽda pro actore, dicit iudex. Absoluimus reum ab impetitione actoris; & condemnamus actorem ad expẽnsas. Refert tm̃ Inno. alios dicere, quod semper iudex sententiabit super re, quę petitur, non quod dicat, condemnamus reũ ad æstimationẽ rei simplr̃; sed sic, ſ. qñ eam habuerit. vel sic, qa iudicabit rem petitã esse actoris, arg pro eis. ff. iud. sol. l. si seruus. Sed primum dictum plus placet Inno. Satis iudicio meo potest retineri, quod prius dixi. dicit etiam Inno. in loco præall. quod si est spes, ℘ reus cito recuperabit rem, quod iudex poterit differre sniam, & absoluere eum simpliciter a termino assignato, & cum postea recuperauerit rem, procedetur in causa cœpta.
Potest etiam iudex, ℑm eum, aliquando absoluere non a repeti
13 ta, sed ab instantia iudicij, & tunc si postea recuperauerit rem, incipietur iudicium de nouo. hæc bene notabis. † Vltimo ad limitationem eius, quod dicitur in gl. vide no. dictũ Bart. in l. j. C. de ord. iud. vbi dicit, ℘ vbi prorsus idem est finis agendi, obst. exceptio rei iud. non obst. ℘ varietur modus agendi; ideo cõcludit non posse deduci per viam actionis, quod primo fuit deductum per viam exceptionis, si idẽ est prorsus finis agẽdi. ad hoc habes tex. no. in c. duobus. ff. de except. rei iudi. vide de hoc vlti
14 mo ℘ no. Inno. in c. 2. de ord. cog. & quod ibi dixi. † Item adde aliud notabile dictum, quod vbi petitio fuit generalis, persecutio vero specialis, obstat exceptio rei iudicatæ solum in prosecutis, & sententia gñalis refertur ad prosecuta dũtaxat, nisi scitẽter, & malitiosè fuerit facta prosecutio specialis. ad hoc hẽs tex. multum no. in l. de rebus. ff. de arb. not. Bart. in l. & an eadem. §. actiones. ff. de except. rei iudic. & vide ibi de materia glo. in l. si mater. §. eadem. eodem tit.

ADDITIONES.

a ¶Absolutus, ex qua causa in dubio præsumatur reus absolutus, vide Bar. in l. Iul. verum debitorem. ff. de cond. ind. vbi dicit, quod in dubio non præsumitur absolutus, quia innocens; sed quia actor non probauit, quod intellige, & declara, vt no. ibi per eum. cum quo etiam concordat Bar. in l. duobus §. fideiussor. ff. de iureiuran. & de hoc vide bon. glo. & Barto. in l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi. & Spec. in tit. de offi. iudi. §. de seruis. versi. quid si reus.
¶Ex qua causa quis præsumatur absolutus, vide Bar. in l. Iul. hic alle. in versi. quandoque quis absoluitur. vbi dicit, quod præsumitur absolutus ex causa, quæ apparet ex actis, & vide D. Alex. in l. admonendi. ff. de iureiu. & adde quod absolutus per sententiam iniustam, tenetur in foro cõscientiæ, ita Bal. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. & in auth. ad hoc. C. de vsuca. vbi dicit, ℘ potest talis denunciari ecclesiæ, si fateatur iniustitiam sententiæ.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest prosequi appellationẽ, licet in rescripto ad hoc impetrato non fuerit facta mentio de excommunicatione.*
2 *Excommunicatus potest appellare ab omni grauamine illato. nu. 7.*
3 *Excommunicatus in se defendendo, potest personaliter comparere; & non per procuratorem.*
4 *Procurator ad agendum, potest super hoc literas impetrare, citra aliud mandatum.*
5 *Concesso vno, censentur alia concessa, sine quibus illud non potest commode expedri.*
6 *Excommmunicatus dum litigat super ualiditate, vel inualiditate sug ex commuicationis, non auditur nisi primo petat absolutionem.*
8 *Sententia lata pro excommunicato, siue sit ante, vel post excommunicatus, non mandatur executioni ante absolutionem.*

CAP. CXI.

1 **Venerabilem.** † Valet rescriptum impetratum ab excommunicato super prosequutione appellationis; licet de excõicatione non fecerit mentionem. Primo ponit dictũ. Secũdo subiungit ipsius cãm. ibi, Quia nihil. Casus lit. Archiepiscop. Narbo. appellauit a iudicibus pp grauamen sibi illatũ, & super appellatione sua literas impetrauit coram iudicibus appellationis. obijciebatur literas non valere pro eo, quod tempore impetrati rescripti, erãt ex alijs causis excom. Iudices consuluerunt Papam, & ipse respõdet, quod licet ex alijs causis tempore impetrati rescripti excommunicationis vinculo teneretur Archiep̃s, de quibus in literis suis mẽtio non haberetur; ad prosequendam appellationem suam debet admitti, quia nihil prodesset excommunicato appellare, si

Universidad de Deusto
Biblioteca



non posset appellationem prosequi, & literas impetrare. Ber.
2 † No.primo excõicatum posse appellare, nedum a diffinitiua,
a vt ff. c. significauerunt; sed etiam a grauamine [a] illato ante sen-
3 tentiam, vt hic, & ff.eo.c.cum inter. † No.2.& tene menti, q excõicatus potest se defendẽdo, esse in iudicio per se, & impetra-
b re literas per se; nec compellitur constituere procuratorem. [b]
4 & facit hoc ad intell'm c.intelleximus, §.de iud. † No.3. regulã,
c q vbi excõicatus [c] potest esse in iudicio, potest etiã literas impetrare. Et facit iste tex.in arg.q procurator etiã generalis, potest sine alio speciali mandato literas impetrare in causis, in quibus ex suo mãdato agere potest, de quo vide quod dixi in cap.
5 nonnulli, de rescrip.§. 1. † No.4.q vno cõcesso intelligunt concessa omnia, sine quibus illud commodè expediri non potest.
6 concor.de off.deleg.c.prudentiam.& c.præterea.† Opp. ℈ tex. in eo q dicit excõicatum posse appellare, & appellationẽ posse prosequi &c. vt enim q non debeat admitti ad prosecutionem; nisi prius petat absolutionem, vt in c.per tuas, de sent.excom. Sol. dic ℈rium procedere, qñ quis appellat a sententia excõicationis, quam dicit iniustam; nam cum fateatur se ligatũ, non debet admitti ad litigandum de iniustitia; nisi prius petat absolutionem, vt in c.per tuas, de sent.excom. quia cum in omnem euentũ sit obtinenda absolutio, vt in c.cum contingat, de off.deleg. differendo absolutionem, vt contemnere excõicationem in d.c.per tuas, hic verò loquitur, cum appellat ab alio grauamine; & de excõicatione nihil ipse dicit; nec confitendo eam iniustam, neque vilam. sed aduersarius opponit de excõicatione ad finem istum repellendi; ad quod nõ debet admitti,
7 cum iste se defendat. † Quæro tex. hic loquitur, qñ appellans fuerat excõicatus ex aliis causis &c. quid si fuisset excõicatus pro eadem causa, pro qua est in iudicio? Sol. dicunt Docto. q idem, vnde satis est ipsum appellare ex grauamine legitimo, vt hic, & ff.eo.c.cum inter, & pro hoc alleg.c.1. de rescrip. lib.6. vbi indistinctè in appellationis articulo permittitur excõicato
8 rescriptum impetrare. † Quæro nunquid petenti executionẽ [d]
d sententiæ, obstabit excõicationis exceptio. Doctores hic olim instabant: sed hodie non est disputandum. per c.pia, de excepti. lib.6.vbi concluditur, q sic. quod potest dupliciter cõtingere. Aut quia fuit excõicatus post sententiam pro eo latam, nondum executioni mandatam. Aut quia fuit in iudicio agens toleratus, & non repulsus exceptionis ope; sed tunc tempore executionis excipitur, quod fieri potest, vt in d. cap. pia. Cætera clara sunt, & satis expedita in præcedentibus capitulis.

ADDITIONES.

a ¶Sed etiam a grauamine. Adde Spec.in tit.de act.ver.item q est excommunicatus.& ibi per Bald.dixi in apostil.ad istum, in c.qua fronte, infrà de app.

b ¶Procuratorem. An excommunicatus volens se defendere possit compelli constituere procuratorem; puto q sic; vt euitetur periculum participij, iuxta ea, quæ plenè traduntur in c.intelleximus, hic alle.& quas exceptiones possit facere excommunicatus, vide Archid.in c.1.4.q.1. Ant.Franc.

c ¶Vbi excommunicatus. Nunquid autem valeat comparere? excommunicatus non potest literas impetrare; ergo nec comparere, vide Ioan.de Ana.in cap. dura, infrà de crim.fal. & Felin.in c.significauerunt, vers.ad vnum aduerte, supra.eod. Seb.Sap.

d ¶Executionem. Vtrum excommunicatus possit petere executionem sententiæ, vide D.Ant.in c.significauerunt, supra eo. & quod not. D.Bar.de Bellen. in d.c.pia, eo.tit.lib.6. & inquantum D.Ant. hic dicit, q in iudicijs duplicibus siue communibus excommunicatus indistinctè habet legitimam personam standi in iudicio. Adde, q contra hæc facit tex. in l.non solum, §. si status, in fi. ff. de procur. vbi in dubio quis censetur actor; & contra hoc dictum facit rex.in c.cum desideres, de sent.excom.

¶An excommunicatus possit petere sententiæ executionem, vide Innoc. in c.exceptionem.hoc eo.tit.& Archid.in c.intelleximus, supra de iud. & vide Bal.in Margar.super Inn. in ver.excommunicatis, in ver. 24. Ant.Franc.

## *De præscriptionibus.* *Rubr.*

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio præscriptionis.*
2 *Præscriptio non dicitur contraria iuri naturali.*
3 *Præscriptio quid sit, & an comprehendat præscriptionem, vel econtra.*
4 *Per vsucapionem acquiritur dominium directum; per præscriptionem verò dic, vt hic latè.*
*Dominium an acquiratur vtile, vel directũ, vel vtrũque præscriptione.*
*Præscriptio dicitur odiosa, vsucapio verò fauorabilis.*
5 *Statutũ inducens præscriptionẽ debiti, nõ tollit naturalẽ obligationem.*
*Statuta, quæ post certum tempus non admittunt creditorem ad agendum; an valeant, quin saltem possit agi in foro ecclesiastico.* 8.
7 *Præscriptioni non potest per pactum renunciari, licet in aliquibus sit.*
*Renunciare iuri introducto in odium alterius nemo potest.*

Rubrica ista continuatur ad proximam hoc ordine. Supra visum est de exceptionib.in genere; sed quia frequenter obijcitur præscriptio, & plerũque dubitatur, an & qñ comperat; me-
1 rito post precedentem sequitur ista. † Quæro primo pro intellectu litere, quid sit præscriptio? vide bon.gl.16.q.7. in summa, quæ prosequitur quid sit præscriptio, quid vsucapio, quæ in eis exigantur, & de earum effectu, & ipsarum interruptione. Et ad quæsitum nostrũ dicit, q est exceptio, ex tpe substantiam capiens, quæ actioni personali, vel in rem opponitur. hæc profectò diffinitio non procedit; tum quia præscriptio nõ capit substantiam ex solo tpe; aliàs procederet à nã, cum tps sit quid naturale. Item non explicat causam finalem rei ad omnes partes substantiales ipsius; sicut debet facere quæuis bona diffinitio, sicut leg.& no.in l.j.§. 1.ff.de dolo, & in reg.possessor, de reg.iu. lib.6.in Merc. Ideo diffinitur sic & melius, vt no. super dicta re-
a gula, q præscriptio a est quoddã ius ex tpe congruens, authoritate legum vim capiens; pœnã negligentib. inferens, & finem li-
2 tibus imponens. † Scdo quæritur, an præscriptio [b] sit ℈ ius nã-
b le; & prima fronte vr q sic; quia est ℈ illam regulam nãlem, neminem debere locupletari cum a terius iactura, vt in reg.locupletari, de reg.iur.lib.6.& in l.nam hoc nã.ff.de cond.indeb. sed ℈rium concluditur per Io.And.& bene, in supradicta reg. pos-
c sessor. nam infert pœnã negligentibus, c & sinẽ imponit litibus, quod est rationi nãli congruum, vnde non simplr recedit ab illa regula nãli; quia non sine causa locupletatur quis ex præscriptione cũ alterius iactura; sed fit vt obseruẽtur due regulę præmissę; vnde nec ex toto recedit à iure nãli, nec ei in totum de-
3 seruit, vide plenè de mã in d.reg.possessor. † Subsequẽter quæro, quid est vsucapio? Sol. premitto, q vsucapio est nomen generale, comprehẽdit enim latè sumpto vocabulo præscriptionem, & econuerso præscriptio, comprehẽdit largo modo vsucapionem, vt probatur, ff.de vsucap. iuncto rubro cum nigro, & ff.de diuer.& temp.præscrip.per totum; sed propriè, & strictè differũt inter se. nam vsucapio est in rebus mobilibus, & se mouentibus, præscriptio verò in rebus immobilibus & iuribus incorporalibus, vt Instit.de vsucap.& Ion.temp.præscr. 1.rñso, & vide ibi gl.quæ est in verbo, vsucapiantur.& dicit Bart.in l.seruitutes, la 2.ff.de seruit.q olim nomen vsucapionis comprehendebat vsucapionem & præscriptionẽ, alle.l.2.& l.eum qui ædes. ff.de vsucap. sed postea Iustinianus vsucapionẽ attribuit rebus mobilibus, & præscriptionẽ rebus immobilibus, vt l.vna. C.de vsuc.trãfor.& quælibet solutio est bona; & in vsucapione sufficit trienniũ, vt ibi, & latius dic vt no.16.q.3.in summa. Et de tpe requisito ad præscribendum, vide bo.tex.in §.põt, ca.causa, & q. Et an vsucapio habeat locum ℈ ecclesiã, vide per Dyn.in d.reg. possessor; & plenius per Doct.in c.1.de in inte.rest.vbi tangam. Capiendo autem vsucapionem in sua specie, dicit q vsucapio est acquisitio dñij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti ita diffinit Iurist.in l.3.ff.de vsucap.& pondera bene in eo, quod dr, q est acquisitio dñij, &c. † Ex quo no.colli-
4 ge, q per vsucapionem acquiritur dñium; & idem dicit tex. in l.traditionibus, C.de pac.quod intellige sm Dyn.in reg.possessor, præall.etiam de directo. nam appellatione dñij intelligitur de directo, ff.si ager vect.vel emph.peta l.j.& 2. quod est notandum. secus autẽ est in præscriptione. nam in præscriptione decem, vel viginti annorum quæ procedit in rebus priuatorum cum titulo, acquiritur dñium, sed non directum. Illud.n.remanet apud dñm, ratione cuius sm Dyn. posset dñs in rem agere non ℈ præscribentem, sed ℈ tertium. In præscriptione verò Ion gissimi tẽporis, puta 30. vel 40. ann. non acquiritur dñium vtile, aut directum: sed est tutus præscribens exceptione ℈ dñm, vt in l.si quis emptionis, C.de præscrip, 30.ann.& in d.§.potest. Et ratio diuersitatis sm Dy.est, quia vsucapio est inducta in merum fauorem possidentis. ideo fauor facit, vt acquiratur dñium etiam directum. præscriptio vero 10.vel 20.ann. est inducta partim in fauorem possidentis, propter bonam fidem quam habet, & partim in odium negligentis; vnde fauor facit, vt transeat dñium vtile: odium verò ex parte domini inducit, vt apud eum remaneat dñium directum. præscriptio verò 30. vel 40. ann. est inducta in merum odium negligentis; quia cum procedat cum mala fide, iura volunt subuenire malæ fidei possessoribus. Et ex hac ratione dico, q in præscriptione longissimi temporis, cum bona fide, quando præscribitur contra ecclesiam. j.eo. c.de quarta, vel contra priuatum sine titulo, q acquiritur dominium vtile, sicut in præscriptione longi temporis; cum tunc cesset ratio malæ fidei, quod videtur velle tex. in d. §. potest, & in l.si quis emptionis, præalleg. & idem ibi Barto. Adueꝛte tamen in eo, quod dixi post Dyn. q per præscriptionem acqui-

ADDITIONES.

a ¶Præscriptio. Hanc diffinitionem tenet Alb.de Ros.in rubr. C.de præscr.rerum immo.in princ. & Paul.de Cast. in conf.193. incip.Visis & ponderatis omnib.secundum antiquam impressionem. Seb.Sap.

b ¶An præscriptio. An præscriptio sit contra æquitatem, vide Ang.in l.sequitur, §.si viam, ff.de vsucap.qui tenet, q sic; sed reprobat Rom.relatus per Felin. hic, & D.And.Sic.in c.ex parte, il 2.de off.deleg.& Aret.in c.dilecti, §.de iud. & in l.si seruum, §.sequitur, ff.de verb.obl. & ita etiam tenet Bal.in c.Quintauallis, col.vlt. supra de iureiur. Seb.Sap.

c ¶Pœnam negligentibus. Tu pondera gl.in Auth.vt Eccl.Rom §.habeat itaq; vbi dicitur, q est iniquissimum iuris subsidium, vt voluit Bald.in l.j.C.de præscr. 30.ann.& Ang.in l.sequitur viam, ff.de vsucap. And.Barb.



a acquiritur vtile dominium, [a] & non directũ. scias enim q in præscriptione cum mala fide, oẽs ꝑueniunt, q non acquiritur dominium; sed tñ exceptio, vt in d.l.si qs. & d.§.põt. Sed ī præscriptione cum bona fide, sunt opi. variæ. quidam.n. tenẽt illã opi. Dyn. Alij vero dñt q acquiritur dominium ẽt directũ, de quo vid ℈ per gl.in d. l. si quis emptionis, & plenius per Ioã. An.in d. reg. possessor, in ver. quartũ proponebatur, vbi ponit motiua vrgentia ad vtrãque partẽ; & tandem ꝺcludit, q quoad modum vtendi, acquirit præscribẽs omne dominium; quia põt illa re, vt vult, vti; & sicut potest quilibet dñs disponere de re sua. & sic iudicio meo posset intelligi Inn. in capitu. cæterum. ff. de iud. vbi dicit, q per præscriptionẽ quis acgrit directũ & vtile dominiũ, quod est notandum, quod vide per glo. & Cyn in auth. nisi triẽnale, C.de bo.ma. & per Bar. in l.1.§. fi.ff.de aqua plu. arcen. & l. minor.§.j.ff.de cuict. sed distingue ibi no. sm distinctionem istã. Sed capiendo dominium directum, prout descendit a iure naturali, quod inheret ossibus hominis, vt in l. 3. ff. pro soc. illud nõ præscribitur, qa nõ potest lege humana, & ciuili tolli, quod est naturali ratione acquisitũ, resistit enim ī hoc æquitas naturalis. quod satis placet. Et addo ad hoc tex.no.in c.ad aures, inf. eod. vbi dr, q præscriptio cum bona fide, omnem prorsus actio
5 nem excludit; & vide omnino quod ibi dicam. † Vide similem quæstionẽ per Bar.in l.fi.ff.rem ratã habe. vbi quærit, an per præscriptionem debiti tollatur obligatio naturalis? & cõcludit idẽ in effectu, quod ℈. q tollitur obligatio quoad omnem effectũ; tñ remanet naturalis, & vtilis apud eum, ad idem vide glo.in l. obligationẽ fere. §. placet, ff. de actio. & obli. Aduerte, hoc põt
6 satis admitti de iure canonico, vbi fuit præscriptum cum mala fide. † Et quotidie hoc ꝺtingit, hodie pp statuta, quæ post certũ tempus nõ admittunt creditorẽ ad agẽdum, nunquid valeãt talia statuta, quin saltem possit agi in foro ecclesiastico ratione peccati, vt dixi? Bartol. fuit sibi ℈rius, videtur tñ magis vt valeãt; & q tollatur omnis obligatio naturalis in effectu; sed ℈rium volu it Io. And. in c.fi. de excep. li. 6. Bar. in c.fi quis per triginta, si de feu. fine. ꝺtrouer. col. x. dicit cõsideranda esse verba statuti. Aut enim dicit, q creditor qui nõ petierit intra tñ tps, intelligat fecisse pactũ de nõ petẽdo; vel intelligat per acceptilationẽ debitorẽ liberasse; & tũc bene tolleret naturalẽ obłonem in effectu. & sic sentit, q hoc casu nõ possit recurri ad ecclesiam, facit qđ in simili not. Bart. in l. oẽs populi. ff. de iust. & iu. qñ statutum ꝑsumit fictionem, vel simulationem. Aut statutum dicit, q tollat
7 ratione negligẽtiæ obligatio naturalis; & tunc dicit se putare, q in foro statuẽtium tollatur obligatio naturalis saltẽ in effectu: secus ī foro canonico, rõne peccati; quia nõ põt directe tollere naturalẽ, & ibi vide lati[a]. Aut statutũ se refert solũ ad exercitiũ,
b vt qa dicit creditor nõ audiat [b] post tñ tps; & tunc nõ tollitur aliqua obligatio; quia solum excluditur persona agẽs, similiter in excõicato; quia tũc agit post absolutionẽ; & ideo hoc casu statutum nõ impedit, quin debeat audiri in foro ecclesiastico.
7 no. bene hæc verba, & vide q dicam inf. c. fi. † Vltimo hic quæ-
c ro, an per pactum possit impediri [c] præscriptio? vide p Bart. post Dy. in l. nemo potest, ff. de le. j. & in l. i. ff. de vsuca. vbi in effectu ꝺcludit, q vsucapio, seu præscriptio cum bona fide, nõ põt pacto directe renũciari; quia sunt inductę in fauorẽ publicum, ne dñia sint incerta, vt in d.l.j. ius autẽ publicum pacto priuatorum non remittitur. ff. de pa. l. ius publicum, & in c.si diligẽti, de fo. comp. indirecte tñ bene remittitur, propter superuenientiam
malę fidei, quę impedit cursum præscriptionis, vt in c.fi. inf. eo. præscriptio vero q̃ est inducta in odium negligentis, vt illa quę currit cũ mala fide, nõ põt remitti; qa nõ põt quis renũciare iu
ri introducto in odiũ alterius, vt no. in l.cũ filiusf. ff. ad Maced.
8 Ex † quo infert Bar. q si statuto cauet, creditorẽ nõ audiẽdum post xx. ann. nõ põt debitor tali statuto renũciare; & ex hoc sentit valere tale statutũ; & idem innuit in l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuca. sed ℈rium no. in l.oẽs populi. ff. de iust. & iur. Tu vide in hoc quod dixi in c. quod clericus, de for.cõp. Quędam est præscriptio inducta ī merum fauorẽ alicuius; & tali præscriptioni renũciari potest. exẽplum ī pscriptione inducta ℈ volẽtẽ redhibere animal morbosum, vt l. q si nolit. §. si qd ita, ff. de ædil. edi. Io. An. super rub. huius ti. in addi. post Ros. formar quęstionem de eo, cui fuit ꝺstituta seruitus; & appolitum pactum, q nõ tollatur lapsu tẽporis; & ꝺcludit idem quod ff. dixi post Dy. & Bar. vt impediatur præscriptio propter malam fidem. Item vr senti re, q etiã impediatur vi pacti; dicit. n. tale pactũ nocere emptori illius fundi, ī quo fuit cõstituta seruitus; quia pactũ nocet, & pro
dest hñti cãm a pacisc̃re. l. emptori. C. de euict. & l. quoties, ff. si fa. fur. fe. dic. sed extraneo nõ nocet, cũ fuerit psonale. l. si vnus. §. ante oĩa, ff. de pact. D. Ant. in c. cum nõ liceat, ℈. eo. vr idem vel le. f. vt ex viribus pacti impediatur præscriptio; quia hoc tangit principaliter vtilitatem priuatam; secundario publicam cui pacto potest renunciari, vt not. in cap. si diligenti, de fo. cõp. quod maxime procederet, secundum cum in præscriptione mere odiosa. nam cũ possit pacto interrumpi, vt no. Dy. in l. sicut. C. de præscri. 30. ann. multo fortius impediri, ne inchoetur, de inreiu. ca, quemadmodum. Sed mihi nõ placet, quatenus dixit D. Anton. pactũ valere in præscriptione mere odiosa. nam cum illa nõ sit inducta ī fauorem possessoris; quia iura nõ fauent malæ fidei possessoribus; nõ video qũo possit a principio p pactũ renũciari, argu. c. vigilanti, & quod ibi dicam, inf. eod. sed in mere fauorabili, vel partim odiosa, & partim fauorabili, posset procedere hæc opin. Io. And. ar. in cle. quamdiu, de appell. in auth. si tñ. C. de tempo. app. facit l. si quis emptionis, C. de præscri. 30. ann. & melius cap. ad apostolicam, de reg. cum ibi no. Bal. tñ in c.j.§. præterea, de ca. Cõra. coll. x. videtur sequi opin. Bar. simpliciter. Et hæc sufficiant ad intellectum rubricę.

ADDITIONES.

a ¶Vtile dominium. Adde quale dominium acquiratur, per Alexan. consi. 38. & Ang. consi. 162.

¶Circa hoc, quod dominium acquiratur ex præscriptione, dicas, q acquirit vtile dominium, vt per Bar. in l. minor, in §. 2. ff. de eui. & per Bal. in auth. nisi tricẽnale, C. de bo. mater. quod intellige verum, nisi statuto cautũ sit, q præscriptione quęratur dñium; quia tunc quęritur directum, vt statutũ aliquid operetur cõtra ius cõe, vt per Bar. in l. 2. in 2. q. ff. de vsuca. & vide Arch. in c. 1. de præsc. li. 6. qui tenet, q de iure canoni. acquiritur non solum vtile dominium, sed etiam directum. Ant. Fr.

¶Dominium. Vide late per Imo. in rep. c. fi. col. 24. inf. eo. Mari. Soc. in ru. de cã poss. & propr. vers. i. 18. Alex. in consi. 88. incip. eximie dñe vicarie, col. 3 in 2. vol. vide pra. Papien. in forma libelli, in actione reali, in verbo, iure dñij, & Dec. in l. fin. col. 1. & 3. C. de edic. diui Adr. tol. Seb. Sap.

b ¶Non audiatur. Adde videndum Ro. consi. 102. Per. de Anch. consi. 256. Rap. Cu. consi. 90.

c ¶Impediri præscriptio. Adde quod Ro. consi. 101. dicit, quod præscriptioni completæ quis renunciare potest; futuræ vero non.

¶Impediri. Vide Rom. in rep. rub. ff. de arb. col. 20. & in consi. 201. inci. pro decisione prędecessoris consultationis Raph. Comen. in consi. 129. incip. visa copia præcepti, in fi. & Ang. in consi. 55. incip. Gulielmus, & Fran. circa fi. Sep. Sa.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio rei ecclesiasticę immobilis, in aliquo casu potest currere, per spatium trium annorum cum mala fide, quod est fauore religionis.*
2 *Præscriptio non currit contra pupillum, etiam habentem tutorem; nec cõtra ecclesiam vacantem; licet habeat episcopum.*
3 *Præscriptio non currit contra iura Imperij vacante Imperio.* 5.
4 *Præscriptio, an currat contra bona pertinentia ad capitulum; vel ad capitulum, & episcopum.*
*Capitulum, an sede vacante exerceat iura spectantia ad prælatum solũ; vel ad prælatum & capitulum.*
6 *Præscriptio incorporalium non requirit quasi possessionem; sed scientiã & patientiam aduersarij, vel possessoris.*
7 *Præscriptio non currit contra ecclesiam excommunicatum prælatum habentem.*
8 *Præscriptio non currit contra excommunicatum.*
9 *Ecclesia restituitur aduersus præscriptionem, sicut minor.*
10 *Prælatus potest præiudicare ecclesiæ in iudicialib. sed in contractu non.*
11 *Restitutio aduersus præscriptionem datur, etiam maiori, propter ignorãtiam.* 13.
12 *Aduersus quadriennium, quod datur, ad petendam restitutionem in integ. non restituitur quis, nisi ignorauerit præscriptionem.*
*Negligentia non cadit in ignorantem.*

## CAP. PRIMVM.

PRælacuit. Episcopus, ℈ ep̃m, locum per se conuersum ad fidem, præscribit triennio. sed cum vacat ecclesia, vel est ī schismate, non præscribitur ℈ ipsam. Diuiditur. Nam primo ponit dictũ. Secũdo determinat, ibi: Si tñ, casum determinatum exponẽs ibi, Si autem. & alium addens, ibi, Itẽ si fuerit. Casus literalis. Epi, & prælati negligebãt plebes suas conuertere ad catholicã vnitatem. vñ statuit Concilium illud, vt si aliquis aliquẽ locũ ad catholicam vnitatem ꝺuerterit; si per triennium tenuerit locũ illum, nullo ipsum repetẽte; de cætero nõ repetat ab eo. hoc verũ est, si per ipsum trienniũ fuerit eps, qui potuerit illũ repetere, & tacuit. Si vero nullus fuerit episcopus, non præiudicatur ecclesiæ. Sed cum ecclesia ipsum habuerit; liceat ex ea die intra triẽnium ipsum repetere. Item si episcopus per triẽnium illud, catholicus nõ fuerit; non currit tũc præscriptio. sed si ad catholicam vnitatem conuersus fuerit, ex ea die, qua conuersus fuerit, per triẽnium habet potestatem repetendi locum
1 illum, qui pertinebat ad ecclesiam suam. Ber. † No. primo, duo singularia ex isto text. Primo in eo q habes casum, in quo ꝺtra ecclesiam in re immobili: seu in iuribus incorporalib. currit pscriptio per spatiũ triẽnij, ℈ c.de quarta, in fi. inf. eo. & auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. secundo, q currit pscriptio de iure canonico, etiam contra ecclesiam cum mala fide, contra c. vigilanti, & c.fi. inf. eod. dic ista emanasse in fauorẽ fidei, vt prælati essent ꝑmptiores in reducẽdo ad fidelitatẽ loca collapsa ī hęresim. multa. n. in fidei fauorẽ specialia inducta sunt, vt ī c. i fidei fauorẽ, de hær. li. 6. & 2. q. 7. c. si hęreticꝰ, cũ similib. Præterea authoritate

Universidad de Deusto
Biblioteca



thoritate canonũ,& p monitionẽ, q̃ dẽt acqsitionẽ p̃cedere,vt no.hic in gl.& in reg.possessor,de reg.iur.lib. 6. Et ex hoc & ex tex.colligo, qđ ex causa urgenti, & rationabili posset induci in
a certis casib,præscriptio cũ mala fide;[a] sed cum agatur de exclusione peccati, credo authoritatem canonis necessariam. Lex autem ciuilis nõ posset hoc inducere, ad hoc habes tex. cũ gl. no. in cãter hæc.33.q.2. Not. 2. p ecclesiæ matrici vacanti,vel
b inutilem prælatum ad agẽdum habenti,nõ currit præscriptio.[b] & dic p hoc tpe dormit præscriptio; si prius tempore, habilis prælati,fuissent inchoata. vnde tpe vacationis, seu inhabilitatis prælati, debent de medio præscriptiones subduci, ut in c.auditis,ẽ.eo. Ad mãm vide quod not. ẽ.eo.in c. ex transmissa,& c.illud,& per Bar.in l.naturaliter,ff.de vsuc. Gl.j. opponit & soluit, sed quia facilis est, ideo eam per te videas. Aduerte tñ in eo, quod dicit quod istud triẽnium computatur post illos sex mẽses, qui debent intercedere post admonitionem factam proprio episcopo,vt locum proprium conuertat ad fidem,nam sic intelligas,ut semper fiat continuatio triẽnij immediate post lapsum illorũ sex mensium. nam hoc triẽnium currit a die conuersionis seu possessionis; quia absq; possessione non curreret præscriptio,ut in reg.sine possessione,de reg.iur.lib.6. Idem dicũt hic Inn.& Host.& bene in ẽrijs signatis in gl. ponit tps post quod licet populum lapsum in hæresim acquirere & lucrari. hic vero ponitur tps,post quod eps populi lapsi, non potest illum repetere.Glo.fi.i.colligit duos casus,in quibus ecclesię nõ currit præscriptio.Secũdo opp. & soluit,ut patet, in ea;sed non respõdet formaliter ad c.nobis & c.Vulteranæ. 12.q.2. Gof.dicit, p hæc capitula nõ loquũtur in œconomo, sed in admi'nistratore,qui plenã habet administrationem in tpalib.Item præsupposito p arg.esset verũ. ſ.q̃ œconomus posset agere,tamen
2 non cõcluderetur.† Et patet instãtia in tutore,qui potest cõuenire,& cõueniri pro pupillo,vel pupillus eius authoritate,iuxta dist.posita in l.j.ff.de auth.tut.tñ non currit ẽ pupillum prescriptio.30.ann.C.de præsc.30.ann.l.sicut,& l.fi.C.in qui.cau. in ite.rest.non est necessfm In.Ego do aliam instantiam magis cõ-
c cludentem ad propositum.nam vacãte ecclesia c inferiore, nõ currit ẽ eam præscriptio; licet episcopus pro ea possit agere. hoc vltimũ probatur in c.fi.de successi.ab intest.& l.sanctimus.C. de sacrosc.ecc.primũ, ſ. p non currat præscriptio tunc tẽporis, notãter firmat Inn.in c.olim,il j.de rest.spol.movetur, quia tũc ecclesia caret immediato defensore, & sic non est qui illius curam utiliter agat,& pro hoc facit. p licet episcopus possit agere,nõ tñ habet, vel habere potest de facto curam, sicut immediatus administrator,arg.op.in c.fi.de of. Arch.& in c.fi.de reb.
3 ec. non alie.† Et per hoc potest defensari, & probari notabile dictum Bar.in l.naturaliter,ff.de vsuc.ubi dicit, p vacante Imperio nõ currit ẽ iura eius, præscriptio,licet Papa tũc succedat in potestate administrandi,ut in c.licet ex suscepto,de fo. compe. & sic ciuitates, vel alij principes nõ ꝑnt præscribere tunc merũ, & mixtum Imperiũ.ſm eũ,& not.hoc dictũ ratione roboratũ; quia ipse non ita bene probat, sed facit fundamentum falsum in œconomo,qui licet adsit tempore vacationis ecclesiæ;non tamen currit præscriptio secundum eum, ut hic; sed hoc argumen.est falsum; quia œconomus agere nõ potest vacante ecclesia,ut dixit gl.& hoc indubitatũ est in iurib.spectantib.ad solum prælatum;ad hoc c.j.in fi.ne sẽ.va.& in cle.procuratorẽ,de
4 proc.cũ ibi not.† Sed dubiũ magis potest esse in alijs bonis,& iuribus quæ nõ pertinent ad prælatum tñ, & profecto in bonis spectantib. ad solũ conuentum seu capitulũ, satis puto p currat præscriptio. quia nihil ad episcopum de illis, nisi forte sint talia & tanta, p capitulum nõ posset agere super illis sine consensu prælati,iuxta no.in c.edoceri de rescrip.& c.j.de procura. & tũc puto in illis hunc tex.procedere. Si aũt sunt bona cõia.ſ. prælato & ecclesiæ; tũc nõ est paruum dubium ſm me, vtrum tunc præscriptio currat vacante ecclesia: in quo sic dicerem, p si teneremus opi. p tunc ecclesia nõ possit agere, quod sentit gl.fi.in d.cle.procuratorẽ, nõ currit p̃scriptio; qa militat in illis rõ huius c. Aut teneremus ẽriã opi. quam vñr fouere Arch.& Pau.vt ibi not.& tũc vr dicẽdũ oppositũ: & facit quod no.Inn. in c.cũ dilecta.de consue. vbi dicit, p vacante monasterio per mortem abbatis,licite põt conuentus agere, & syndicum crea re,alle.l.j.ff.qđ cuiusq; vni.no.sed mihi plus placet,vt nõ currat tũc p̃scriptio;qa nõ dẽt p̃iudicare prælato,qui nõ adest, arg. in l.si cõem,ff.quẽad.ser.am.vbi patet,p pp̃ersonã pupilli,cõser uaꝫ maior læsus in prædio cõi.Preterea hoc probo per istũ tex. nã (vt dicit Inn.in c.dilecti,de ma.& obe.) hæc spiritualia & dignitates ecclesiæ sunt cõia; & cõiter tenenꝫ ab eẽo & capitulo,licet eps̃ sit caput,vt in c. cũ clerici.de ver. sig. & tñ (ut vides hic) nõ currit p̃scriptio in his iurib.sede vacãte. Plus ẽt placet mihi prima opi.vt sede vacãte nõ possit capitulũ agere super iurib.& bonis omnib.qa p̃latus est caput,vt prædixi, & patet in c. nouit,& c.quãto, de his quæ fi.à præla.vnde sine capite nõ debet licere membris,iura cõia in iudiciũ deducere;cũ possit p̃iudicari p̃lato;sed in alijs in quib.nõ timeꝫ de magno p̃iudicio, põt admitti, vt capitulũ sede vacante exerceat iura pariter spectantia ad vtrumq;,& sic intelligo c.fi.de reg. iu.li. 6.& c.vnicũ, ne sede vacante, eo.lib.& hæc bene notabis: quia per Doct.nõ
5 sunt bene discussa.† Et notabis illud dictũ Bar.q̃ vacante Impe
d rio non currit præscriptio,[d] licet ecclesia succedat in administratio.nã ipse Bar. ẽt alibi dubitauit, & dimisit qõnem indecisam,vt ipse no.in l.j.ff.de aqua plu. ar. Itẽ quatenus dicit Bart. in d.l.nãliter,q̃ vacãte Imperio nõ præscribitur merum aut mixtũ Imperium, dico idẽ, si Imperium nõ vacat,sed Imperator est in remotis;& nõ habet aliquem loco sui in prouincia,vt ho
6 die ꝛingit,in Italia.nã inferior non potest p̃scribere merum aut mixtum Imperium.† Quia in istis incorporalibus nõ ac-
e quiritur quasi possessio;nisi sciẽte aduersario seu possessore,[e] vt in l.2.C de ser.& aq.not.in c.bonæ.il 2.de postu.præl. & c. ꝙ que rente,de offi.ord.& c.2. de in integ.resti. & in multis alijs locis; & ideo si Imperator ignorat non põt quis hæc iurisdictionalia præscribere,ut ipsemet Bar.voluit in l.2. ff.de aqua plu. arc.arg. & in l.si publicanus,§.in vectigalibus, ff.de pub.quod tene mẽti.Ex prædictis habes ampliatum hoc c.vt nõ ponat casum spe-
7 cialẽ ecclesia martice vacãte;sed idem est in alia dignitate.† Extra gl.quæro,quid si prælatus est excõicatus,nunquid tunc ẽ ecclesiam currat præscriptio? gl.in c.prima actione, 16.q.1.tenet q̃ nõ;& idem hic Host.qui per hãc literam arguit.q̃ licet ecclesia habeat eẽm; si tñ non est talis q̃ possit iura ecclesiæ repetere;vt qa est excõicatus nõ currit præscriptio ecclesiæ;allegat c. quia diuersitatẽ,de cõcessꝑeb.q tex.bene facit, & c.cũ inter,ẽ. de exce.& hoc est satis rationabile in bonis ecclesiæ, quia mali
8 tia prælati non debet nocere ecclesiæ.16.q.6.c.si eẽm, & paria sunt nullũ habere prælatũ,& inutilem habere, ut in c.2.de trãsla.prẽla.† Sed ego formo qõnem,quid in iuribus,& rebus proprijs ipsius excõicati,an currat ẽ eũ præscriptio; cum nõ deberet reportare cõmodũ de malitia sua,de iud. c. intelleximus: & facit qđ dixi post Host.ẽ.ti.proxi.c.signauerunt? Sed puto idem dicendũ,ut præscriptio nõ currat.Moneor per d.c.quia diuersitatẽ,quod loquit de iurib. & præeminentijs ipsius excõicati, & per rõnẽ gl.in reg.imputari,de reg.iu.lib.6. Nã hoc impedimentum agẽdi non oritur immediate ex culpa excõicati,sed ex pena excõicationis.& ideo,cũ sit impeditus à lege, nõ debet ẽ eũ currere p̃scriptio.l.1. in fi. C.de anna.excep. cum si.& vide plures consimiles casus,in quib. nõ currit præscriptio, per glo. in d.c.prima actione;& plures adhuc no.per Doc.in d.c.transmissa.ẽ.eo.vbi dicam, & ibi etiã tangitur, an in istis & similibus impedimentis non currat præscriptio; an vero currat, sed detur
9 restitutio,& dic ut ibi dicetur.† Vlterius quæro, an ẽ præscrip-
f tionem detur ecclesiæ intra quadriennium f beneficium restitutionis in inte.Host.primo sentit hic q̃ sic.dicit.n. q̃ post triẽnium, de quo hic, nõ audietur prælatus repetẽs iure cõi;sed per beneficiũ restitutionis in integ. forsan q̃ sic, remittẽs ad no.in c.1.de rest.in inte. sed statim ab hoc dicto recedit, dicens per istũ tex.reprobari opi.Nasonis, qui dixerat ecclesiã restituendã ẽ p̃scriptionẽ,sicut pupillus.nam (vt dicit) si id verũ esset, hæc tgalis præscriptio non curreret ẽ ecclesiã,sicut nec ẽ adolescẽtem,C.in quibus cau.in integrum restitu. non est necessl. fin.& ita trãseunt hic cõiter Doct. sed ipsemet Host. tenuit ẽrium in sum.de in integ.rest.§.3.prope. fi.vbi dixit præscriptionẽ currere,

ADDITIONES.

a ¶Cum mala fide. Adde Ale.consl.182.lib.2.

b ¶ Præscriptio.Casus,in quib. dormiat præscriptio, late enumerat Practicus. Pap.in forma respõsionis rei conuenti,in ver.exceptionem præscriptionis, & Io.Fran.Balb.Taurin.in tract.præsc.in 2.par. 6. par.princ. & ibi in 4.casu meminit de isto casu, quando vacat ecclesia, vel habet prælatum inutilem. Seb.Sapia.

c ¶ ẽVacãte ecclesia.Vide Abb.in c.cum deputati,sup.de iud.& in c.qñ frequenter.§.porro,vt lit.non cont.& in consl.33.inci.quia defunctus,in j.vol. Seb.S.

d ¶Præscriptio.In quib.succedat.capitulũ sede vacante,dicas.i.quod capitulum non põt conferre beneficia, quorũ collatio spectat ad capitulum & eẽm simul.c.j.ne sede vacan.& vide Inn.in c.dilecti,vbi dicit, de ma.& obe. quod consequitur iura episalia,& vide gl.in c.is qui,& in c.cũ olim,eo.tit.& Bar.in l.vbi absunt.ff.de tu.& cur.datis ab his. vbi dr, quod capitulum vacãte sede habet iurisdictionalia,de quo vide Spe.in tit. de instr.edi.in §.nũc vero aliqua,in ver.circa legitimos,& Car.in cle.j.§.ij.de hær.& in c.ad abolendam, de hær.li.6.dicas tñ quod capitulũ,sede vacãte, non põt præsentare ad beneficia,quorũ præsentatio pertinet ad prælatũ,in Spe.in ti.ne sede vac.li.6.vbi dr,quod capitulũ mortuo prælato põt prosequi ea quæ simul sunt cœpta cum eẽo,& vide D.Ab.in c.verũ,de so.cõp.& Car.in cle.2.14.q. de sta. mo. & in cle.1.in §.2.in 9. q.de hære.ubi dicunt, quod capitulũ, sede vacante, succedit in his,quæ pertinent ad eẽm iure cõi. & vide glo.in clem. 1.de rer permu.quæ dixit,quod capitulum sede vac.potest authorari in permutationib.beneficiorum;nisi ambo beneficia vel alterum tantum spectet ad collationem episcopi,& vide ibi D.Car.in 11.q.& in cle.1.in §.2.de hær.

e Seu possessore.vide Ias.in l.Imperium,col.6.de iur.om.iud. & Alex. in consl. 16.col.7.in 5.vol.& Fel.in c.de quarta,col.14.inf.eo.Seb.Sap.

f ¶ Intra quadriennium.Vide D.Ias.in auth.quas actiones, col. 8. circa fi. C.de sacrosan.eccle.Car.in cle.1.in 8.q.de rest.in int.late Alex.in consl. 81. incipr enoratur in dubium,col.2.in 5.vol.Seb.Sap.



re,sed sibi subuenitur per beneficium restõnis.Ego aliàs in hac
2 q.consului,[a] & varias reperi opi.& profecto est elegans & subti le dubium.& primo Ber. Gl. multum variat in c. auditis, de in integ.rest.nũc in vnam,nunc in ẽriã sententiam declinãdo, sed tandem adhęsit opi.Io.& Vin. qui tenuerunt restitutionẽ dene gandam,moti,quia iura voluerũt ecclesiis per p̃scriptionẽ præiudicari, vt in c.placuit.16.q.3.& ea causa.q.4.c. volumus. Item quia,si ꝙsideretur restitutio, frustra emanasset iura de p̃scriptione loquẽtia aduersus ecclesiam. Idem tenuit Goz.in sum.de in integ.rest.in 2.col.dicẽs,q̃ nunq̃ inuenit ecclesiã restitui in vsucapione,vel p̃scriptione;licet quędã tẽpora subducãtur de medio, vt in c.auditis,inf.eod.& hic;sed in ẽctu, & præscriptionib. iudicialibus,ecclesia ęquiparatur minori.hanc eãdem opi.sentit gl.in cle.1,de in integ. rest. dicẽs illam cle. loqui de rest. aduersus lapsum tẽporis; & non aduersus præscriptionem, cõtra quam non datur restitutio, remittẽs ad no.in d.c.auditis, nihil de nouo inducens. Sed in contrariam sententiã ꝙueniunt numero plures,& ingenio elegantiores,primo Accur. Gl.iuris ciuilis in d.auth.quas actiones,& apertius in Auth.de eccl.ti.§.tẽporalib.vbi dixit hoc cõiter teneri. secundo tenuit hoc Ioã.Gl. decreti in c.placuit.il. 2.16.q.3. Idem tenuit Inno. Papa doctor subtilissimus, in c.1 de in inte.rest.hanc opi. securi sunt Pau. de Leaz.& Zenz. & Ioan.de Lig.in cle.vna,de in inte.rest.Cal.in d. c.auditis,& idẽ ibi oẽs fere moderni.Host.in d.§.j.senserũt Bar. & Bal.in d.auth.quas actiones.licet Cy.aliter(& male & ĩfideliter) recitet ibi opi.canonistarum. Pro hac opi.ego consului in quæstione facti in quodam legato facto ecclesiæ fratrũ minorũ de Senis:& probatur hæc opi.ratione. Minori currit p̃scriptio,& tñ restituit.l vna,C.si aduer.vsu.& l.fi.C.in quib.cau.rest. in integ.non est necessno.glosin l.sicut,C.de præsc.30.an.ergo idem est dicendũ in eccl. quæ fungitur iure minorum in restõnis materia.vt in c.1.& in c.auditis,de in integ. rest.& in c.1.& 2. eo.tit.lib.6.& in cle.vna,eo.tit. Nec valet,si dicatur dicta iura loqui in ẽctib.& præscriptionib.iudicialib. quia non apparet ratio sic restringẽdi.ſi.n.aduersus ẽctũ per quẽ securа traditione transferꝫ dñium;datur restitutio;ergo fortius est concedenda restõ,aduersus p̃scriptionẽ;cũ ẽctus sit de iuregẽtiũ.l.ex hoc iure.ff.de inſ.& iu. & interuenit vtriusque partis consensus,l.sicut. C.de ac.& obli.& vtrinq; nascitur obligatio.l. Labeo. ff. de ver. sig.præscriptio aũt est de iure ciui.& muẽta,& causata citra partiũ ꝙsensum. Si ergo p restõnẽ fortius vinculum dissoluit,multo fortius minus forte,auth.multo magis.C. de epis.& cle.& c. cũ in cunctis,de cle.Itẽ actus iudiciales sunt multũ fauorabiles, vt teneãt & sit litiũ finis, vt in c.fi.de do.& contu. & l. quidam
10 æstimauerũt,ff.si cer.pet.† Hinc alibi dixit glo.no.delictũ præla
b tib nocere ecclesiæ in iudicialibus;sed nõ in ẽctu,vt no.in reg. delictum p̃sonæ,de reg.iu.lib.6.Sed aduersus actus iudiciales restituitur ecclesia, ẽt aduersus sniam,vt in d. c.1. de in integ. rest. li.6.& c.auditis; ergo multo fortius aduersus p̃scriptionẽ extra iudicialem. Præterea cle.vna,de in integ.resti.loquitur indistincte,vt aduersus lapsum tẽporis restituat ecclesia; ergo aduersus præscriptionẽ,q̃ causatur ex tẽporis cursu; & pars illa profecto
11 verior ẽst, maxime vbi præscriptio processit ẽ ignorãtẽ de iure suo, vt erat in illa quæstione circa legatum ecclesiæ factũ.† Nã, vt singulariter voluit Bar.in l.1.§.si quis aũt, ff.de itin.actuq; priua.etiam maior est restituendus pp ignorantiam aduersus præscriptionem, ar.illius l.Ego adduco ad idẽ gl. no. quæ hoc sentit in l. 1. C.de p.ut.pote.& facit optimus tex in l. Pantonius, ff. de acq.hær. Non ob.iura,quæ voluerunt ecclesiæ præiudicari p præscriptionem;qa idem reperitur in minori;& tñ ꝙceditur restitutio.idem ẽt est reperire in ẽctu,qui obligat;sed tñ rescinditur p restitutionis beneficium.Nec sequitur,q̃ pp hoc iura sint frustratoria; quia hoc est falsum, cũ restitutio debeat peti intra quadrienniũ,quo elapso. alia iusta cã nõ apparente, firma manet p̃scriptio,vt in c.1.& 2.de in integ.resti.lib.6.Non obst.q̃ de hac restitutione iure nõ caueatur; quia satis est, q̃ includat sub
12 verbis generalib.iura enim generaliter volunt ecclesiæ lęsæ succurri p restitutionis beneficium, vt in iuribus præal.† Sed occu
c rit aliud pulchrũ dubiũ c circa cursum illius quadriennij,quod datur ad petendum beneficiũ restitutionis. nã cõiter tenetur, q̃ aduersus illud quadriẽniũ, non datur restitutio, ne ꝓcessus sit infinitus; cũ veniat ad firmãdam p̃scriptionem, & vr probari in d.c.1.& 2.de in integ.restitu.lib.6. Qñ incipiat currere illud quadriennium? certe dicendum q̃ à tempore læsionis,vt in dictis iuribus; & sic post cõpletam p̃scriptionem; quia tũc ecclesia incipit ledi. Sed dico vnũ dictum notabile, videlicet q̃ illud tempus est a principio vtile;vñ nõ currit ignoranti.hoc vr pro bari p tex.illius c.vbi dr: si quis negligenter omiserit &c. ignorans enim nõ negligit,vt probatur in c.2.iuncto cap.quia diuersitatem, de concess. prẽb. Ad idem habes glo.in c.quam sit, de cle.lib.6.in ver.distulerit,& Institu.de ac.§.item mixta,in ver.distulerit.Et hanc opin.sin. tenuit Io.de Lig.post Zenze. in d.cle. vna,in ver.contin uũ.Pro hoc, quia quadriennium illud succe-
dit loco anni vtilis, qui olim competebat, vt dicit tex.in l.fi: C. de temp.in integ.resti.debet ergo esse vtile a principio,vt sic sapiat naturam eius,in cuius locum subrogatur,arg.c.eccl. vt lit. pend. præterea ibi in d. c. 1. dr post quadrienniũ ecclesiam non audiendam, volẽtem petere restitutionem in integ. nisi aliqua rationabilis causa subsit, quæ moueat superiorem ad hoc bene ficiũ concedendum;sed profecto ignorantia est probabilis cã, cũ inducat restitutionẽ ẽt in maiori,vt ẽ. dixi,& sic habes hoc c.vtiliter expeditum. Alia quæ tanguntur sunt facilia. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Consului. Adde eius consl.xxxij. vbi idem dicit, & vide Rom.consl.166. & Ale.consl.165.li.2.

b ¶ Delictum prælati. Adde quod posui in apo.ad istũ in c.si diligenti, nu.24. in ver.nocet ecclesiæ.sup.de for.comp.in c. Imperatorum,nu.3.in ver.præiudicat ecclesiæ.sup.de iur.calum.

c ¶ Dubium. Vide Alex.in consl.4.in 2.vol.& in consl.89. eo.volum.Dec.in consil.42.in fi.Rom.in consl.369.inci. circa primum propositæ quæstionis articulum, col.7.in consl.123.& in consl.407.circa fi.& in consl.58.in fi.Ias.in §. rursus,col.16.inst. de act.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi non peccant ius suum prosequendo in iudicio;licet sit honestũ, vt syndicum constituant.*
2 *Peccatum an incurrat ille, qui petendo rem suam, non potest eam sine scandalo consequi?*
3 *Furem licitum est occidere, pro recuperanda re sua de iure ciuili; de iure vero canonico omnia licent præter eædem.*
4 *Prælatus,quo casu peccet,non repetendo res ecclesiæ,vel pauperum,ad hoc, vt vitet strepitum indiciorum.*
*Negligentia in prælato est peccatum mortale.*
5 *Papa loquens in literis in numero singulari, reddit illas falsas.*
6 *Delictum priuati,præiudicat ecclesiæ in omittendo.*
7 *Præscribi non potest res vitiosa vitio realiter,etiam per singularẽ successorem; quia vitium reale sequitur quemlibet successorem.*
8 *Successor vniuersalis non præscribit etiam ex persona sua, si defunctus habuit malam fidem;etiam sine violentia de nullo iure.*
*Hæres tenetur exonerare conscientiam defuncti.*
9 *Præscriptio interrumpitur ciuiliter per protestationem,vel querelam facta coram iudice,vel episcopo,notario, vel honestis viris.*
*Papa interrumpit p̃scriptionẽ,ẽt p protestationem extraiudic.& quare.*
*Interruptio vel protestatio extraiudicialis,non interrumpit vsucapionẽ inchoatam;secus si non est inchoata,vel nisi inchoauerit sine titu.12.*
10 *Præscriptio currit quadraginta annorũ, ẽtra res debitas incertis psonis,puta pauperibus,vel p captiuis redimẽdis;& ẽt ad alias pias cas.*
*Legatum factum pro anima, dicitur ad pias causas.*
11 *Præscriptio currit contra minorem,etiam curatorem habentem;item cõtra ecclesiam ex negligentia curatoris,vel prælati.*

CAP. II.

Nihil prodest, Hoc c. legitur variis modis in gl. & extra,vt inf.patebit,sed Ioan.An.sũmat duobus modis, ſm duas primas lec. quæ cliciuntur ex gl.
1 fi.& primo sic.Taciturnitas prælati non nocet ecclesiæ, donec sit præscriptum.secundo sic.In rebus inuasis non currit præscriptio.Posset summari & aliter,vt inf.patebit.sed istæ duę lec.sunt verę in se.& procedunt sine scrupulo.De alijs vero posset dubitari,vt dicã in sequentib.diuidif. nam primo repetit, quod scripserat olim.secundo ꝓtestatur,ibi:Sed illud.Casus literal. Quædam domina Patricia occupauerat partem patrimonij beati Petri.Papa Greg. scripsit ei,q̃ ipsa dimitteret patrimoniũ illud; & ipsa ei rescripsit,q̃ parata erat facere rationem;& Papa remã dauit eidem, q̃ nihil cũ scandalo, nihil cum strepitu iudicij volebat de causis pauperum diffinire. vlt.cum ipsa non dimitteret bona pauperum, reducit eidem dominæ ad memoriam,qualiter olim scripserat sibi dicens,q̃ taciturnitas, & patiẽtia sua nõ faciet præiudicium successoribus suis in rebus pauperum.Ber. Not.1.arg. q̃ pro scandalo euitando, debet quis ius suum indi-
a scussum dimittere; a & idem videtur probare tex.qñ res recuperari sine forali strepitu. i. contentioso iudicio non põt, vt potius sit contemnenda,quam in iudicio litigandum.Sed Inno.dicit,q̃ hæc fecit Papa ex superabundanti iustitia. nã & si cũ forali strepitu hoc faceret, non peccaret. Ego hoc fateor aperte
2 quo ad strepitum iudiciorum.† Nam, & religiosi non peccant si ius suum prosequuntur in iudicio; licet sit honestum, vt constituant syndicum, vt le. & no. in c. vno, de syndico, & c. cũ deputati, de iud.& 5.q.3. c.fi. & probatur apertius in omnibus,

ADDITIONES.

a ¶ Indiscussum dimittere. Pondera, quia tex.hic dicit,velle:& sic volũtarie,& non ex debito.And.Barb.

¶Dimittere.Specialia inducta ad euitandum scandalum ponit Fely. hic,quibus adde vnum,quod refert idem Fel. in c.1. col.vlt.sup.de restitu. aliud qđ ponit Io.An.post Aeg.in c.de hoc.inf.de fim.aliud quod ponit Imo.in c.omnis.inf.de pę.& remi.& Do.Abb.in c.dilecti.inf.de excef.præl.&aliud ponit Dec.in l.fi.col.2.in fi.C.de edicto di.Adr.tol. & multa de scandalo euitando scribit diuus Th.2.2.q.43.ar.2.& 5.sen.dist.23.art.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca



3 bus,in c.quod debetur.14.q.j.Sed dubito circa prædicta, & circa tex.de duobus. Primo, nunquid quis sine peccato, possit rē suam sic repetere, si sine scandalo eam consequi nō potest,seu valet?Secūdo, nunquid prælatus citra Papā possit licite rē ecclesiæ,vel pauperū nō repetere,vt euitet am fractus iudiciorū,sicut vī hic Papam fecisse? Circa primū hic dicerē,q aut timetur de scandalo circa personā,rē nostrā detinentē, & de iure ciuili
a nō est de tali scandalo curandū. a Nam si non potest res aliter recuperari,licitū est etiā occidere inuadentem, vt no. Bar.in l. furem.ff.de sica. multo fortius nō est curandū de scandalo, qđ alūnde pōt contingere in personam illius illiciti detentoris.Et idem vī de iu.can. qñ nō timetur cædes, sed quid valde sæuum & horribile, arg.c.de occidendis.23.q.5.& in c.2.de homi. lib. 6.Si autem tale quid graue & horridum timerent,nō consulerem bono viro, vt pro repetitione bonorū tpaliū, tm scandalum susciterat;ad hoc adduco bo.tex.in c.susceptmus,de hom. & vide quod ibi no.& in c.2.de nou. oper. nunc. vbi est bo.tex. ad materiam;& vide per Inno.in c.si vero, il 1.de sen.excō. fortius ergo debet abstinere pro euitando aliorū scandalo, ut in
4 d.c.2.dic vt ibi.† Quoad fm dicerem,q si prælatus verisimiliter arbitratur,quod ad ep̄s differendo, recuperabit rem suam sine litigio,nō peccat supersedendo.arg.hic,& arg.23.q.8.c.conuenior,& c.qñ. 11.q.3.hinc Apostolus: Redimentes tempus. qñ dies mali sunt. sed vbi prælatus ista verisimiliter non arbitrabi-
b tur,puto ipsum peccare: quia de negligentia cōuincitur,b quæ est peccatū mortale in prælato,vt no.gl. in c.ea.de offi. arch. & facit c.si quis Abb.18.q.2.& vī pro hac ꝯclusione tex.in c.in canonibus,16.q.j.& c.sit rector.63.dist.facit c.expedit,12.q.j.& c.
5 error,cui nō resistitur.83.dist.† Vltimo potes notare,ibi; Vobis.& ibi:Vos,post me. quod Papa loquitur vni in plurali,& de se in singulari.& hoc fecit Greg.ex magna humilitate.hodie autem propter stylum curiæ, tales literæ præsumerentur falsæ,vt
6 in c.quāgraui,de cri.fal.† Venio ad glo.& j.& 2.sunt faciles. Vltima colligit,quod taciturnitas prælati,nō præiudicat successori,ꝯ quod immediate opp. de c.præcedenti. vbi patet,quod taciturnitate prælati inducitur præscriptio.delictum. n.prælati in omittendo præiudicat ecclesiæ,ut no.in reg. delictum, de reg. iur.lib.6.& hoc ꝯrium militat ꝯ tex.istum,in quo Papa dicit, q taciturnitas sua non nocebit alijs successoribus. nam & ꝯ Papā in iuribus Romanæ ecclesiæ currit præscriptio; licet requiratur centenaria,ut j. eo. c. cum nobis,& in auth. quas actiones, C.de sacrosan. eccle. Sol.metu huius ꝯrij iste tex. legitur varijs modis.Primo, fm gl.vt intelligatur de præscriptione non completa: nam cum sola centenaria currat ꝯ ecclesiam Romanā, non poterat iste Papa tanto tpe viuere,vt taciturnitas sua ecclesiæ præiudicaret,arg.l.fi.C.de sacrosan.eccl.hæc lect est in se vera;sed non congruit literæ,quæ in plurali dicit, quod non nocebit Pontificibus futuris, & c.etiam si potuisset compleri in vita successoris. Præterea hæc le. nullam continet dubitationē; nam sola taciturnitas, etiam in rebus priuatorum, non nocet
c ante præscriptionem completam, quia quis non præsumitur c
7 consentire,vt l.filiusf.§.inuitus,ff.de fur. j. eo.per totū.† Secundo legitur in gl.ut intelligatur in rebus inualis,quas ista Patritia violenter inuaserat,in quibus non currit præscriptio,allc. 16.q. 3.c.licet in regulis. Hæc lect.est etiam in se vera,sed ad ipsius intellectū aducrte. nam respectu occupantis nulla est specialitas, saltem de iure canonico in uiolento : quia mala fides impedit præscriptionem, j.eo.c.vigilanti, & c.fi.sed respectu aliorū successorum, etiam singularium, violentia afficit rem inuasam, vt quantumcunq; habeat bonam fidem, non possit præscribere propter vnū vitium reale,quod sequitur quemlibet possessorē, vt l.vitia.C.de acq. poss.& expressius. Institu. de vsuc. §. furtiuæ, cū seq.sed ille text.loquitur de præscr.long.temp.vel 10.vel 20. an.cum titulo,quæ ꝯ priuatum currit; secus in pscriptione longissimi temporis,ut 30.vel 40.ann.nam illa procedit etiam in rebus inualis,si successor singularis fuit bonæ fidei successor,& à se vult incipere præscriptionē, ut no. gl. in d.§.furtiuę, pro hoc
8 l.sicut,& l.omnes,C.de præscr.30. an. † Successor vero vniuersalis nō præscribit de iure ciuili,si defunctus habuit malā fidem, etiam sine violentia,vt l.cum hæres,ff.de diuer. & temp.pscrip. quia censetur eadem persona cum defuncto, ut in auth.de iureiur.à morien. præsti. in princ. sed de æquitate canonica, dicit Dyn.in reg.possessor,de re.iur.lib.6.q potest pscribere, ex quo est bonæ fidei possessor; & inchoat à persona sua præscriptio, per ea quę le.& no.j.eo.in c.de quarta,& c.cura,de iur.pat. Licet posset iudicio meo dici, q illa iura loquuntur in successore,qui nō causat ius suū à defuncto, sed à superiore,q inuestiuit eū de beneficio : hic. n.non censetur eadē persona cum defuncto;merito igitur mala fides prædecessoris nō nocet successori;secus aūt vī in hærede,qui causat ius suum à defuncto, & cēsetur eadem persona cū defuncto.Et cum hoc sit expressum de iur.ciuil.vt d.l.cū hæres,nec habeamus ꝯrium de iu.can. standū est iuri ciuili,ut in c.j.de ope.no. nun. maxime quia hęres tenetur exonerare animā defuncti,qui fuit in mala fide, ut in c.fi.d
sepu.& in c.fide literis,de rap.& c.à nobis,il 2.de exc.Et ad hoc forte nō aduertit Dy. & per hęc habes declaratam hanc secun-
9 dā lect.quæ minus gñaliter ponitur hic per gl.& Doct.† Tertia intellectum sentit hic gl.& prope finem, q per hāc protestationem,quam fecit hic Papa,fuit pscriptio Patricię interrupta;nō tamen firmat pedes;sed vī recedere ab ea in eo q dicit q Papa nō seruauit id quod habetur in l.2.C.de an.excep. & 16. q.3.c. placuit,il 2.§.potest:ibi.n. dī q qui vult pscriptionem interrumpere,debet adire iudicem, & querelam exponere; & si non potest illum habere,adeat episcopum;& in ipsius defectum protestetur corā notario;& si nō est tabellionis usus,protestetur coram viris idoneis;aliàs autem nō fit ciuiliter interruptio.Inno. vero ponit hic istas tres lec. & vltimam etiam approbat,dicens speciale in Principe,ut vnus Princeps, ꝯ alium per tales protestationes interrumpat pscriptionem ,cum non sit alius, coram quo conueniatur,arg.illius l.2.& quod no.inf.c.prox.& sic e transit Io.And.& approbant eā cōiter Docto.sequentes, & c profecto lect.notabilis, & verissima in se, habito respectu no ad verba,sed ad mentem illius l.2. non . n.decet, vt Papa ade
d episcopum loci,cum ipse sit eo maior:sed non puto in alijs inferioribus procedere ; d quia si possessor non potest de facto cōueniri, debet actor adire loci ep̄m, qui est iudex in defectu
e presidis prouincię,in Auth.vt diffe.iudi.col.9.in prin.nā iste de nunciationes extraiudiciales,nō constituunt quę in mala fide
f regulariter,post vsucapionem inchoatam,vt leg.& not.in l.p. ff.pro empt.no.Bar.in l.naturaliter,ff.de vsuc.& Arch. in §.pō 16.q.3.& gl.22.q.4.c.quę magnā, secus,si fiat in prin. acquisitionis.alleg.l.fi fundus, C. de rei vend. & no. in iuribus prealleg. & sic debet intelligi gl.ꝯ.eo.in c.si diligenti.puto tn, quod in principibus superiorem nō recognoscentibus, saltem de facto po-
terit d.lect.Inno. obseruari. Hęc tn lect. iudicio meo non congruit isti literę, quæ aperte psupponit hanc Patriciam potuisse
in iudicio queniri, ut patet in tex. ibi : Nihil cum forali strepitu, &c. Item saltē erat sub Papa si nō recognoscebat aliū superiorē,ut dixi.ꝯ.c.proxi.no.Inno. in c.licet ex suscepto, de fo.
pe.qui poterit esse iudex super rebus ecclesiæ, vel pauperum.
9.q.7.c.si quis erga.& no.sup.de iud. in c. cū venissent . cum ergo remedium sit promptū,nō debet ꝯ regulas iuris denūciatio traiudicialis interrumpere pscriptionē,ꝛeu pstituere quē in ma-
10 la fide.† Quartā lect.ponit Do.Ant. & est no. intellectus fm eū ut intelligatur hęc decr.in debitis,vel rebus legatis, vel aliàs debitis pauperibus incertis,vt illis ex taciturnitate plati,vel executorum non declarantium, seu precedentium nō preiudicetur ex quo legatum vel debitū non determinatur ad certum locū quia pauperibus non potest imputari,quare nō agunt ; ex quo non sunt certi,nec certificati , ad quod inducit, l.1.C.de anna.
excep.

ADDITIONES.

a ¶Scandalo curandum.Contra istud facit dictum Inno.in c.olim, de resspo. vbi dicit,quod licitum est recuperare rem suam,vel æquivalentem,quando non potest consequi illam in iudicio,nisi esset scandalū, pro quo est gl.in c. ius militare 1.dist.Ad l.furem,responde,quia loquitur, quando sine periculo suo non poterat illud facere. Vel dic,quod loquitur in fure nocturno, & sic loquitur in casu speciali.

b ¶Conuincitur.Istud est contra istum tex.dum dicit velle. nam si ita esset,Papa daret materiam peccandi,quod esse non debet,& vt euiteturnegligentia,q o,q debet protestari, q propter scandalum non prosequitur rem ecclesiæ Et ad infra in contrarium allegata,respondę, q limitantur propter scandalum euitandum,& restringuntur,secundū distinctionem,gl.in c.si quis scandalizauerit,de reg.iu.inf.And.Barb.

c ¶ Non præsumitur.Tu pondera;quia immo nocet;quia incepta cum prælato continuantur in successorem,per id,quod habetur in l.Aemil.ff.de min.& l. cum fundus.ff.de fun.dot.And.Barb.

d ¶Procedere,quia ista erat res ecclesiastica,& poterat conueniri laicus coram ecclesiastico,vt in c.cum sit,de fo.comp.ideo potuit ista protestatio fieri pro iudicem causæ, coram quo debet conueniri,quia potest esse iudex in causa ecclesiæ, vt no.in c.ex parte, de verb.sig.istud militat in inferiori ecclesiastico,per dictum c.ex parte.And.Barb.

e ¶Denunciationes.Quomodo hoc procedat,declarat Imo.in rep.c. fi. colu.fi ver.qualiter autem probari poterit,& colum.9.in fi. inf.eo.& Cor.in cons. 52.inci.in causa vertente,col.vlt.in 2.vol.Alex.in consi. 89.incip.excellentissimi iurisconsulti,in 5.vol.

f ¶Mala fide. Tu pondera etiam,quia non fuit opus ista protestatione, vt dicimus,quoad illam.& quia erat in mala fide,non erat opus protestatione. nisi quoad successorem;nisi dicamus,q hic est casus,quo de iure canonico mala fides prædecessoris non transit in successorem.And.Barb.

¶ An mala fides prædecessoris noceat successori, dicas q nocet vniuersali successori,ut non præscribat,fm Bar.in l.Neratius.ff.de pet.hær. & in l.fi.C. commu.de vsuc.& vide Pau.de Cast.in cons. 48.& in cons. 148.& per Ale. in cons.89.in 2.par.& in cons.80.in 4.par.& 99.& plenius in l.Pomponius in §. 1.ff.de acq.poss.vbi dicit hoc esse verum in mala fide, vera; non autem præsumpta causata ab errore iuris,per gl. no. in l.tutor,ff.de adm.tu. Numquid autem noceat singulari successori,vide Bal.in l.ancillæ,C.de fur.& per Ale.in consi.4. in 2.par.& per eundem,in l.ex diuerso.ff.de rei ven.& an mala fides prædecessoris noceat successori in beneficio habenti bonam fidem, vide Abb.in c.inter,de iur.pat.& per Dy.in reg.pos.de reg.iur.lib.6.



excep. & sic dicit se aliàs dixisse in ꝯstione facti,quicquid dixerit Fed.suo cons.101.vbi dicit,quod ep̄o in venditione rerum p incertis datur ꝑdictio ex l.nulli,C.de epis.& cle. quæ tpatio trigin.anno.tollitur,C.de præscrip.trigin.annor.l.ficut.Nec obst. fm eum, quod ecclesiæ non currat præscriptio ; nisi pscriptiones.40.annor.vt inf.eo.c.de quarta;quia in casu supradicto, nō currunt ecclesijs,vel rebus ecclesiasticis,seu in debitis ecclesiis. nam hoc casu non competunt actiones episcopo vt episcopo; sed vt administratori & œconomo bonorum pauperum , vt l. nulli,& l.si quis,C.de epi.& cle.fm Fed.sed hæc non placēt Do. Anto.vt prædixi,quia fm eum,ex quo pauperes sunt incerti,negligentia episcopi, vt executoris, non dēt nocere illis agere nō valentibus ; sicut nec negligentia patris administratoris, nocet filio,vt l.1.in fin.C.de ann.excep.hæc lec.Do.Ant.si vera foret, esset notabilis,& singularis : sed minime eam verā puto ; quinimo contra eam dico esse casum in l.fin.C.de sacrosanct.eccles. vbi præscribitur ꝯ legatum factum pro redimendis captiuis ; licet captiui nō eent expressi,nec agere possent; & idem qñ legatū sit pauperibus,vt ibi no.gl.in versi.captiuorum;& hoc, quia vtroque casu competit ep̄o vendicatio, vt dicit ibi gl.& probatur in l.nulli,& l.si quis ad declinandā,C.de epi.& cle.& hoc qñ testator de executore sibi non ꝓuidit , vt in prælleg. iuribus; aliàs executor vendicat,ad idem alleg.tex.no.in Auth.de eccl. tit.§.pro temporalibus,coll.8. vbi generaliter dicitur, quòd in exactione legatorum,& hereditatum , quæ ad pias cās relinquūtur , habet locum duntaxat pscriptio quadraginta anno. Certumq; est,quod id qđ relinquitur pro anima qualitercunq; , dī relictum ad pias cās,vt in l.si quis Titio,ff.de leg.2. & ibi p glos. & Bar.Nec obst.ratio D. Anto. quod pauperes sunt incerti ; & sic agere non pñt. † Cape instantiam.minor non potest esse in iudicio sine curatore,Insti.de cur.in prin.& tamen contra eum currit præscriptio ex negligentia , vel defectu curatoris , vt in l.sicut,C.de prescr.trigin.annor. facit l.fi in fi. C.in quibus caus. in integ.restit.non est necess. Item ecclesia tanquam corpus inanimatum agere non potest ; & tamen ex negligentia rectoris currit contra eam præscriptio : ita dicendum est in proposito; licet pauperes incerti non possint agere,quia tamen habent ad
a ministratorem legitimū,scilicet episcopum, ex eius negligentia currit prescriptio, vt in d.l.fi.Nō obst.l.1.C. de anna.excep. quam pro se alleg.D.Anto.quia pater ibi possidet bona filij,nō vt administrator filij,sed per vsumfructum, quē hēt in illis bonis,vt ibi patet; & ꝛō cum filius non valeat agere;illo tēpore sibi non currit pscriptio : sicut in simili videmus in rebus dotalibus,pro quibus ꝑtāre matrimonio vxor agere nō pōt,vt l.dotce ancillam,C.de rei ven.& hoc quia maritus est quasi dñs;possidens illa bona; nō vt administrator vxoris : sed iure suo; ideo non currit ꝯ vxorem pscriptio constante matrimonio, vt in l. rebus, C. de iu.dot.Et dico, quod contra dictum Fede. de quo etiam valde admiror in eo,quod dicit, quod in istis legatis incertis , seu factis pauperibus currit ꝯ ep̄m pscriptio trigin. annor. est de directo casus rotundus in d. §.pro temporalibus,in Auth. de eccl. tit. vbi dī, quod in legatis ad pias cās non currit minor pscriptio quadragenaria,ad idē optime facit. l.fi.C.de sacrosan.eccle.ibi enim æquiparatur legatum factum ecclesiis,&
b factum pro redemptione captiuorum, b seu pauperibus, quo ad pscriptionem inducendam.nam in vtroque casu,illo tēpore statuebatur terminus 100.ann.Ex quo cuidenter colligit,quod hæc actio non regulatur fm alias actiones ; & in hoc fuit deceptus Fed.qa voluit iudicare in istis , sicut in alijs actionibus non priuilegiatis ; & nimirum hæc actio cōpetens pro legatis factis ad pias causas,est priuilegiata; nam iura non minus fauent pauperibus,quam ecclesiis, vt d.l.fi.nam & bona ecclesiarū dicunt pauperum,vt in c.fi.16.q.1. & hoc secundum intellectū glos.& pp pauperes alēdos, inbentur bona ecclesijs iam acquisita vendi,vt in c.aurum hēt ecclesia.12.q.2.Et pp pauperes alēdos prin cipaliter fuerunt bona ecclesijs collata reseruata,q olim in primitiua ecclesia distrahebant,vt in c.videntes.12.q.2.& ex ꝑdicto §.ꝑ temporalibus,& 12.q.4.c.fi.Et dico,q hodie ēr in legatis facēus ecclesijs, currit pscriptio quadragin.an. nec expectat lapsus 100.ann.& sic l.fi.C.de sacrof.ecc.ēt in legatis est correcta; licet glosi ibi videat dubitare,per auth. quas actiones.C.eod. tit. & ꝑdicta bene notabis. tene ergo alteram extribus primis lect. nā Papa iudicio meo nil noui voluit hic inducere ; sed fecit hanc denūciationē ad ꝓfusionem istius Patricię,ne crederet, quod taciturnitas Papæ sibi ,ꝑdesset in acquisitione dominij; & sic induceretur ad illa bona inuasa , vel occupata retinēda.Et q hoc sit verū,probo p tex.ibi:Sed illud vos scire credimus,&c. q̄ verba innuūt clarissime , quod hæc denunciatio nil noui inducit, sed declarat ius antiquum.Et pro tertio intellectu,quem firmat Innocen.vide in simili bo.tex.& quod ibi not.Bar.in l.de pupil
12 lo.§.si quis ipsi ꝑtori, ff.de no. oper. nunc. † Vel dic ponendo quintam lect.quod in rebus pauperum seu ecclesię,sola denunciatio, etiam post acquisitionem constituit quem in mala fide;
& ideo tex: hic non sine misterio dicit in rebus pauperum &c. & est notabilis & singularis intellectus,& multum probabilis.vi deo enim quod in petitione hereditatis,est speciale fm Doct.in c.grauis,ꝯ.de restit.spo.& j.c.proxi. vt is, qui audit sibi litē mouendam,ꝓstituatur in mala fide . & probatur in l.item veniunt, ff.de pet.hær. §. petitam, cum seq .fortius in rebus pauperū vel ecclesię,talis denūciatio debet nocere,vt hic:nam credendum est huic denūciationi.Vel saltem facit hominem vacillare,cum non faciat pro priuato commodo, sed publico. Vel possumus dicere tenēdo intellectum,quem tenet D. Ant.in c.grauis, prealleg.ad d.l. item veniūt , vbi dicit illam procedere regulariter, quandocunque quis possidet sine titulo ; vt tunc denunciatio constituat quem in mala fide:quod est bene notandum. Ita dicamus in proposito , quod cū ista Patricia possideret sine titulo;merito hęc denūciatio pscrtim iterata,habuerit interrumpere prescriptionem etiā bona fide inchoatam ; maxime cum sit per superiorē,vt hic;& hoc est iuris antiqui, ideo de nouo hæc dec.inducit;cū ratio cesset antiqua;& ideo dixit illa verba:Scire vos credimus,&c.& hæc multum notabis.Ab.

ADDITIONES.

a ¶ Currit præscriptio. Pondera glo. in l.1.C.de anna.excep.quæ dicit, q non currit præscriptio in eo,quod consistit in voluntate alterius.And.Barb.

b ¶ Pro redemptione captiuorū . Quod pauperes,& miserabiles personę quo ad præscriptionem gaudeant priuilegio ecclesiæ, tenet D.Ias. post Bal.in authen.quas actiones,circa prin.C.de sacrosanct. eccl. & in §.ex maleficijs,colum.11.Inst.de act. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia præscribit rem priuati per spatium.30.an. cum bona fide,& sine titulo;cum titulo vero per spatium.10.ann.5.*
2 *Quiete possidere quis dicitur quando non stimulatur in iudicio : sincere vero quando habet bonam fidem.*
3 *Bona fides in dubio præsumitur.*
4 *Mala fides ex quibus coniecturis probetur.*
5 *Res clericorum præscribuntur;sicut res priuatorum.*

CAP. XIIII.

1 Sanctorum. † Hoc c. hēt principaliter duos intellectus. Primus in prescriptione ecclesiæ actiue.Secūdus passiue .fm primum hoc intendit. Per quietam & sinceram possessionem triginta annorum,prescribit ecclesia rem priuati, fm aliqm .h.d. Ecclesia ꝯ ecclesiā prescribit spatio triginta annorum,quod hodie non procedit per cap.1.infra ,p xi.ꝯ tene primum.Casus literal. Olim habebat locū pscriptio triginta annorum in rebus ecclesiæ ; hodie non;vñ tene quod
2 hic dī.B.† Not.1.ibi: Quiere, & syncere,iuncta glo. pro intellectu horum verborum.quiete enim possidet, qui nō stimulat in iudicio.sincere vero, q hēt bonā fidē. ex q̄bus bene notabis, q qui patitur ꝑ trouersiam,nō dī illam rem quiete possidere;licet controuersia sit iudicialis, quod facit ad intellectum iurīs exigentium quietā possessionem, & ad no.in c. commissa , de elec. in 6.No.secundo ibi; Absq; synodali proclamatione,quod olī causæ referebantur in synodū. 6.q.3.c.1. & 2.& de iud.c.1.Ꝺppo.primo, & vī quod synodalis proclamatio, & iudicialis non sufficiunt ad pscriptionem interrumpēdam;sed requiritur litis
a cōtestatio,a vt l.pen.C.ne de sta.defun.& 16.q.3.c.placuit.§.pōr. Sol.dicit glo. a nunc text.procedere, qñ non poterat actor litē cōtestari,sed tu dic,vt dictum fuit ꝯ.c. proxi.& plenius notabit, j.eod. in c.illud.vbi dicam, qualiter præscriptio interrumpitur naturaliter & ciuiliter,de quo p Barto.in l.naturaliter, ff.de vsucap.† Quæro. quia tex.exigit hic,quod sincere,i, bona fide quis
3 possederit,qūo constabit,q bona fide? Sol.dicit gl.fi.post prin. quod in dubio præsumitur bona fides;& hoc no. & idem no. gloss. in cap. si diligenti, j.eodem . & ibi plene de hoc dicetur.
4 † Qualiter aūt ꝓbatur mala fides; no.Bar.in l.Celsus,ff.de vsuc. dicā in d. c. si diligenti. probatur enim per ꝓfessionem propriā possidentis.vt in c.2.de confes. & per c.inquisitionem, de elec. Item per famā.quæ erat in vicinia,arg.c.quosdam;& c.quanto, de pscm.vel per denūciationem factam rēpore ꝯclus.l.cum fundus,C.de rei ven. ꝯ.c.proxi. & in c.1. & per similes coniecturas, argum. in c.2.de renun.lib.6.& l.dolum,C.de dolo. Vltimo op. de c.proxi.vbi dī, quod ꝯ ecclesiam sola quadragenaria currit præscriptio,vt in authen.quas actiones, C.de sacrosanct.eccles. Solu.hoc c.dupliciter,seu duobus modis legitur,vt prædixi.Primo in glo.scilicet quod procedit de iure antiquo;secus de iure hodierno,vt in cōtrario , & hæc lec. procedit intelligendo tex. vt loquatur de præscriptione contra ecclesiam. Secundo principaliter vt intelligatur de præscriptione ecclesiæ contra priuatum,

ADDITIO.

a Litis contestatio.Nunquid ad interrumpendam præscriptionē, semper requiratur litis contestatio,late ponit Fel.in cap.illud,colum.2.infra eod.& Ias.in l.fi.in prin.col.2.& 3.ff.de eo per quem fact. erit. Io.Fran. Bal.in tra.præscr. in 3.par.6.prin.col.10.ver.2.concln.

Universidad de Deusto
Biblioteca



uatum, ſm Host. Per. & Abb. Sed dicit Io. And. falſum, & remittit ad no. ℑ. c. illud; & idem tenet in reg. qui ad agendum, de reg. iur. lib. 6. in Merc. Et reprobare videtur ea ratione, quia præſcriptio triginta an. procedit ſm ius ciuile, cum mala fide, quam p̄ſcriptionē canones nullo modo admittunt. ℑ. eo. c. fi. Sed profecto hæc ratio vī mihi ſatis debilis. nā titulo, & bona fide, res priuatorū præſcribitur ſpatio triginta anno. etiam de iure ciuili, vt l. ſi quis emptionis, C. de præſcri. trigi. an. & 16. q. 3. c. placuit. §. pōt. & iſte tex. expreſſe exigit bonā fidem per verbū, ſincere, vt prædixi; & ſic approbat illā præſcriptionē, quatenus ſit
5 cum bona fide, & ſine interruptione. † Et ideo dico tenendo principaliter hunc ſm intellectum, quod etiam hodie iſte text. procedere poteſt, qñ eccleſia præſcribit ℑ priuatum, bona fide, & ſine titulo; & ſic pōt ſaluari. gl. ℑ. eo. in c. illud. Sed ſi eccleſia hꝛet titulū, tūc p̄ſcriberet rē priuati; ſicut priuatus ℑ priuatū, ſi 10. an. inter præſens, & 20. inter abſentes, vt l. ſi. C. de præſcrip. long. temp. no. Io. An. in reg. qui ad agendum, de reg. iu. lib. 6. in Mercu. & no. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. eccl. nā quadra genatia requiritur ſolū, qñ p̄ſcribitur ℑ eccleſiam, vel ad pias cauſas, vt dixi. ℑ. c. proxi. non aūt qñ eccleſia præſcribit ℑ priuatum, ut no. in locis præalle. quod eſt notandū, & vide quod di
6 cam. ℑ. c. prox. † Tertio principaliter poteſt intelligi qñ præſcri
a buntur patrimonia clericorum; a & ita vī intelligere gl allegando hic c. poſteſſiones. 16. q. 3. & intellige, qñ præſcribitur ſine titulo: aliàs ſufficeret tp̄s 10. vel 20. ann. ſicut diſponitur in reb. priuatorū, ut no. in dicta reg. qui ad agendum, & dicam latius c. proxi. Et notabis ſingulariter gl. in d. c. poſſeſſiones. Abbas

ADDITIO.

a ¶ Patrimonia clericorum. Cum tamen contrarium ſo'eat dici per tex. iuncta gl. in c. ex literis. de pigno. & c. quamquam, de cenſib. lib. 6. & in cle. præſenti, de cenſi. & c. ſimiliter. 16. q. 1. de quo plene per D. Ant. in c. ſi diligenti. infra eo. in fi. & ibi tenet, quod res patrimoniales clericorū, præſcribuntur minori ſpatio, 40. an. quod etiam tenet Innoc. in repe. cap. de præſcr. in pen. & vlt. colum.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus portionē, quæ debetur epiſcopis de decimis, & mortuarijs, p̄ſcribit ſpatio. 40. an. ſi interim cathedralis eccleſia non vacauerit 3.*
2 *Decimæ non debentur epiſcopo; ſed decimarum quarta; decimæ vero debentur eccleſiæ parochiali.*
4 *Quarta portio decimarum, vel funeralium debita epiſcopo, poteſt per ipſum in alium transferri: & ſic alienari, & alteri concedi; an autem requiratur conſenſus capituli, vide nu. 11.*
5 *Præſcriptio contra bona epiſcopi, vt epiſcopi, non currit minor quadragenaria; idem contra bona capituli debita canonicis, vt canonicis.*
6 *Præſcriptio non currit ſede vacante, etiam circa bona communia præla to & capitulo.*
*Redditus eccleſiæ ſunt communes epiſcopo, & capitulo.*
7 *Præſcriptio contra bona eccleſiæ, vel legata pia, vel alia loca pia non currit minor quadragenaria.*
8 *Præſcriptio non currit, iacente hæreditate.*
9 *Mala fides prædeceſſoris in beneficio, non nocet ſucceſſori habenti bonā fidem.*
10 *Titulus putatiuus, quibus cauſis cauſetur.*
*Fama præſtat iuſtam cauſam credendi.*
12 *Error iuris impedit præſcriptionem; ſed non error facti.*
*Præſcribere an poſſit emens res eccleſiæ; vel à ſolo prælato; vel ſine ſolēnitatibus requiſitis.*
13 *In præſcriptione ſeruitutum diſcontinuam cauſam habentium, duplicatur tempus, in aliis præſcriptionibus determinatum; & an in hoc ſit differentia inter ius canonicum, & ciuile. vide nu. 14.*
*Ius decimandi, an habeat cauſam continuam. 21.*
15 *Præſcriptio circa bona patrimonialia clericorum, non eſt minor quadragenaria.*
16 *In præſcriptionibus fere nulla differentia eſt inter ius canonicum & ciuile. 14.*
17 *Vſucapio mobilium, an ſit triennalis contra eccleſiam; ſicut contra priuatum, vide remiſſiue.*
18 *Præſcriptio contra iura eccleſiæ, habentia cauſam diſcontinuam, currit non duplicato tempore, prout contra priuatum.*
19 *Præſcriptio contra laicū, habentē rem cōm cum eccleſia, eſt quadragenaria: niſi eſſet dare caſum, quo ius eccleſiæ remaneret illeſum.*
20 *Præſcriptio inchoata contra priuatum, cui ſuccedit eccleſia non finitur tanquam contra priuatum, ſed ſicut contra eccleſiam.*
*Præſcriptio inchoata contra aliquem, dormit, ſi cidē ſuccedat pupillus.*
21 *Seruitutes habentes cauſam continuam, vel perpetuam, præſcribuntur, prout res immobiles: licet in huiuſmodi ſeruitutibus non requiratur titulus, ſed ſcientia & patientia illius contra quem præſcribitur. 24.*
22 *Patientia illius, contra quem præſcribitur, per quem debeat probari.*
23 *Præſcriptio ſeruitutum habentium cauſam diſcontinuam, requirit tempus, de cuius initio non extet memoria.*
25 *Titulus regulariter non requiritur in præſcriptione iurium: ſed in præſcri. immobilium ſic: licet aliquo caſu à pari procedant.*
26 *In præſcriptione iurium, quando ſcilicet præſcriptio eſt contra ius com-*
*mune, requiritur titulus.*
27 *Præſcribens vſumfructum debet habere titulū; aliàs non præſcribet.*
28 *In præſcriptione iurium reſpicientium & obligātium ipſam perſonam, requiritur titulus.*
29 *In præſcriptione iurium requiritur neceſſario ſcientia, & patientia illius contra quem præſcribitur: ſecus in præſcriptione aliarum rerum, quæ vere poſſidentur.*
30 *Præſentes in materia præſcriptionum dicuntur illi, qui ſunt in eadem ciuitate, ibi domicilium habentes.*
*Ciuitas quælibet hodie habet vim vnius prouinciæ: & habetur pro vna prouincia.*
31 *Seruitutes habentes cauſam continuam vel diſcontinuam, quanto tempore perdantur: ſiue ruſticę, ſiue vrbanę.*

CAP. IIII.

1 **De quarta.** † Quarta decimarum, & funeralium præſcribitur ℑ epiſcopum, ſi 40. ann. ſpacio nō ſoluatur: & cathedralis eccleſia interim non vacauit. Primo ponit dictum. Secundo caſum exceptum, ibi: Niſi. Tertio ius antiquum reprobat ibi: Nam Romana. Caſus ſit. Quidam clericus præſcripſerat quartam decimarum, & oblationū defunctorum, quæ ad cp̄m pertinebant, quęrebatur, an poſſit ſe tueri ab impetitione epiſcopi, ſuper quarta prædicta præſcriptionē 40. an. Rñdet Papa ſe tueri poſſe; niſi interim eccleſia paſtore vacaret; qui iura ipſius exigere debuiſſet. In fine reſpondet tacꝫ qōni, quæ poſſet fieri per canones antiquos, in c. præcedente. non ne ſufficit præſc. 30. anno. ut dñt canones? Rñdet Ro.
2 eccl. tricennalē præſcriptione ℑ eccleſiā non admittit. B. † No. j. cp non decima, ſed decimarum quarta ab eccleſijs parochialibus eſt epiſcopo iure communi debita; ipſa vero decima pertinet ad eccleſiam parochialem, intra cuius parochiam prædia ſita ſunt, vt in c. cum contingat, inf. de deci. & dic ut ibi ple-
3 ne dicam, & concordat huic, ca. conquerente. de off. ord. † No 2. cp hæc quarta epiſcopo debita, eſt in totum præſcriptibilis. Idem in quarta funeralium, id eſt, eorum, quæ veniunt occaſione defunctorum; & tunc tene menti hoc vltimum, cp alibi non ita bene probatur, ſicut hic. & quotidie eſt de hoc contentio inter epiſcopos, & eccleſias inferiores. nam epiſcopi per fas & nefas nituntur hanc quartam præſcriptione non obſtante exꝰtorquere; & male faciunt. cum tex. rotundus hic ſit, & eſt gloſ. ord. in c j. de ſta. reg. Idem ibi Io. And. & Host. in ſumma, de ſepul. §. & quota ſit; licet aliqui videantur hoc reuocare in dubiū, in c. requiſiſti, de teſt. & c. certificari, de ſepul. & dic ut ibi ple-
a nius dico. Et pluries pro hac parte conſului. adico tamen, quod cum hoc ſit contra ius cōe, vt hic, & d. c. conquerente, requiritur titulus verus aut putatiuus; aut tanti temporis curſus, de cu-
4 ius initio non ſit memoria, ut in c. j. de præſcr. lib. 6. † Ad prædicta facit, quia epiſcopus hanc quartam poteſt alteri cōcedere, ut eſt text. not. in c. fin. 12. queſtio. 3. cum ergo ſit abdicabilis ab epiſcopo per conceſſionem; ita per præſcriptionē. videtur
b enim alienare, qui patitur vſucapionem b l. alienationis verbū.
5 ff. de verb. ſignifi. † No. 3. cp contra iura debita principaliter epiſcopo non currit præſcriptio minor quadragenaria: nam debitum epiſcopo, vt epiſcopo, videtur debitū eccleſiæ; ut hic apte colligitur; maxime in fi. Et per hoc infero, quod contra iura & bona capituli; vel debita canonicis, vt canonicis, non currit
6 minor præſcri. † No. 3. cp ſede vacante non currit præſcr. etiam in bonis communibus epiſcopo, & capitulo. nam de iure communi hæc quarta, & alij redditus eccleſiæ vndecunque prouenientes, ſunt communes epiſcopo, & capitulo, ut in c. requiſiti, de teſti. & 12. q. 2. c. quatuor. & c. de redditibus. & tñ vides hic, cp vacāte eccleſia nō currit præſcriptio, nec vī aliquis fuiſſe ideneus ad litigādū pro hoc facit tex. ibi: Exigere debuiſſet. & facit
7 iſte tex. ad ea quæ dixi, ℑ. c. j. † No. vltimo regulā, cp ℑ eccleſiā,
c nō currit p̄ſcriptio, niſi 40. an. idē dic in legatis ad pias cauſas, vt in Auth. de ecc. tit. §. pro tpalibus, & 16. q. 3. c. fi. idē dico in hoſpitalib. & locis pijs. nā iſta gaudēt priuilegio eccłarū, ut eſt tex. no. ℑ l. oīa priuilegia. C. de epi. & cle. & ibi p Bar. no. Io. An. in
8 2. de in inte. reſti. 6 & facit hoc, p his q̄ no. in gl. j. † Quæro, nūqd iacēte hr̄ditate, impediat p̄ſcriptio, ſicut vacāte eccłā? Spe. c. tit. §. 1. ver. itē no. dicit, cp nō; imò currit tūc p̄ſcriptio, allegat. l. fi. prædio, ff. de in diē adic. & l. fi. §. poſt mortem, ff. de vſuc. cum ſimilibus illa tamen iura aperte non probant, loquunt. n. in conuen-
tionali:

ADDITIONES.

a ¶ Conſului. Adde eundem conſi. 26. Cald. conſi. 2. hoc eo. tit. Rom. conſi. 37. l. ap. alleg. 30.
b ¶ Vſucapionē. An autē res prohibita alienari per teſtōrē extra familiā, poſſit longo tpe præſcribi, Ale. tenet quod ſic, in conſi. 59. ver. 6. præſupponitur. in 3. vol. & ſic vī, quod præſcribere non ſit alienare. cogita. Aeneas de Fa.
c ¶ Contra eccleſiam. Vide Abb. in c. accedentibus, in 2. not. infra de priuil. & in c. 1. col. pen. ſup. de reſtitu. in integ. Alex. in conſi. 120. incip. ſuper eo, quod quæritur, col. 1. in 1. vol. & in conſi. 9. incip. viſis dicto themate, col. 1. & col. 4. in 2. dubio, & in conſ. 209. inci. ſtatutis accurate perſpectis, in prin. & col. 2. in 2. volum.



tionali. ſed Do. Anto. in c. cum nō liceat. ℑ. eod. ſequitur hoc dictum Spec. alia ratione; qa cum ſit in facultate hęredis adeundi, currit p̄ſcriptio; ſi per eum ſtat quin facere poſſit, ff. de reg. iur. l. qui poteſt facere. ſed ſi aliter eſt impeditus, æquum eſt eū reſtituere ex clauſula generali, ad hoc l. ſi prius. ff. ad Carb. & quod no. in l. ventre, ff. de acq. hær. Mihi hæc ratio non multū placet. quid enim ſi ſcriptus hęres voluit interim deliberare, quo tēpore actiones exercere nō poteſtęt in l. ait prętor, ff. de iure delibe. durum eſt dicere, cp currat p̄ſcriptio, arg. hic. Itē quid ſi hæres ſcriptus repudiauit interiecto tempore; vel eſt ℑ eum præſcriptum in iure adeundi? iuxta not. in l. licet, C. de iure delib. & ſic ſuccedunt venientes ab inteſtato: durum eſt dicere, cp currat præſcriptio, cum interim in nulla mora iſti veniētes ab inteſtato deprehēdantur; & hæc p̄ſcriptio eſt inducta partim in odium negligētis. 16. q. 3. c. placuit. §. pōt. vñ ſatis poſſet ſuſtineri, ar. huius tex. quod tūc non currat p̄ſcriptio; cū tūc non ſit, qui iura hæreditatis exerceat. d. l. ait prætor. Vel ſi vis tenere ℑ rium, ar. d. l. ſi prędio, dic cp competit reſtitutio. vt no. in d. l. ſi prædio. Venio ad gl. & oppono ℑ text. cp p̄ſcriptio non debeat hic habere locū. reſiſtit enim ius cōmune, vt in c. ℑ querente, de offic. ord. & c. requiſiti, de teſta. ergo poſſeſſor p̄ſumitur in mala fide, vt in reg. qui ℑ iura, de reg. iur. lib. 6. & l. quemadmodum, C. de agr. & cen ſi. lib. 11. Sol. glo. pen. dupliciter. primo, cp pōt tex. intelligi non in eo, qui incipit poſſidere; ſed in ſucceſſore, qui reperit eccle-
9 ptio. † No. ſing. iſtam gl. & idē no. gl. in c. cura, de iure patro. Et ex hoc habes ſemper notare, cp mala fides p̄deceſſoris in bene in reg. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. & glo. in reg. cum quis in ius, eo. lib. ſecus de iure ciuili, ſaltem in hærede vniuerſali, vt in l. cū hæres, ff. de diuer. & temp. p̄ſcr. ſed vide quod dixi ℑ. c. 2. & dic vt ibi Ioan. And. hic dicit ſolutionē huius glo. eſſe ſufficientē, quo ad malam fidē excludēdam; ſed nō quoad validādam præſcriptionem in hoc caſu; niſi tāto tēpore poſſediſſet, cuius initij nō
o & idē no. Dy. in d. reg. poſſeſſor, & optime iſti loquūtur. † Dico
a tū, cp nō eſt ſemp neceſſe, cp interueniat ver⁹ titulus, ² ſed ſufficit putatiuus; vt ſi errore iuſto ductus quis credit titulū p̄ceſſiſſe; vt puta ſi procurator eccle iæ dixerat ſe emiſſe; vel ſima erat in loco quod res illa fuerat legata; vel quod Papa p̄ceſſiſſet priuilegiū, ſed fuit perditum tēpore guerr. ę, ſicut & alia his ſimilibus caſibus p̄cedit p̄ſcriptio; ęt ℑ ius; ad hoc tex. no. in l. quod vulgo, ff. pro emp. & no. ponit Bar. to. in l. Celſus, poſt prin. ff. de vſuc. quod eſt notan. tā fam. ² p̄bet iuſtam cām credēdi, vt no. glo. in c. inquiſitionis, de ſentē. excom. & c. cum ſpringat, de reſcr. per Bar. in l. 2. C. de ſſer. vel liber ad decu. offi. aſp. lib. 10. & in d. l. Celſus. Tertio ſoluit hic gloſ. quod potuit presbyter iſte hꝛe titulum ex p̄ceſſione ſolius Epi. vā occaſione illi⁹ p̄ſcri
21 p̄ſit; licet eſſet minus iuſtus † No. gl. cp Epūs ſine p̄ſenſu capi nō pōt hāc quartam donare alteri eccleſiæ; & idem dicit gloſ. 12. q. 3. c. fin. & Hoſt. hic; dicēs, quod ſi interueniſſet p̄cenſus capi-
22 li, nō foret neceſſaria p̄ſcriptio. † Sed ℑ hanc ſolutionem glo. opp. nam ſi credit p̄ceſſionem Epiſcopi ſufficere, errauit in mre; & per p̄ceptos nō potuit præſcribere; quia error iuris nocet in vſucapione, vt in l. nūquam. ff. de vſuc. & lc. & no. ſi e. dudū, de deci. & c. a poſtolicę, de do. Itē gloſ. aperte tenet ℑrium, in c. 2. de his, q̄ fi. a prętā. per rationem p̄dictam. Sol. dic has glo. concordando, quod aut habēs ſolius Epiſcopi p̄ceſſionem errauit in facto; vt quia credidit p̄ſenſum capituli interueniſſe, ar. c. ca noſcitur, eod. tit. & procedit gl. iſta ar. d. l. quod vulgo. Aut errauit in iure, vt quia credidit p̄ceſſiones ſolius Epiſcopi ſufficere; & p̄cedit gl. ℑria. Si autem ius, in quo errauit erat dubium, credo quod error excuſaret in p̄ſcribendo, pro hoc facit text. no. in c. cum dilectus, de p̄ſcr. & facit l. 2. ff. de iur. & fac. ign. Ad prętron. & gloſ. & Ioan. An. in c. 2 de reſcr. eccl. nō aliē. lib. 6. vbi videntur ſentire, quod titulus ſolius p̄lati det cām p̄ſcribēdi. & ſimilis quęſtio formari poteſt, cum res eccleſiæ ſunt alienata, nō ſeruata ſolēnitate debita, de qua aliquid vide per Io. And. in addi. Spe. ſuper rub. eo. tit. & in d. c. 2. ſed ego diſtinguerem mō p̄dicto; & ſic poteſt intelligi text. in d. c. 1. vo: reprobatur p̄ſcri-
13 ptio. † Extra gl. aſſumēdo. not. gl. Inn. hic opp. vī enim cp in prēſcribēda hac quarta decimarū requirit tps duplicatum; quia vbicūque p̄ſcribit ſeruitus habēs cauſam diſcontinuam, ſeu interuallum annorum, vel meſium, requirit tempus duplicatum, ut in l. ſi ſit. ff. quemad. ſer. amit. cum gloſ. aliās cum ℑ actiones. C. de ſacroſanct. eccle. ergo in uribus habentibus cauſam diſcontinuam debet intercedere tempus 80. an. nam decimę non habent cām continuam; ſed diſcontinuam, cum non oī die, vel ſingulis menſib. perueniāt. Sol. dicit Inno. quod ſunt qui aſſerunt hanc diſtinctionem habere ſecundum canonem,

b nam ius perceptionis decimarum, b habet magnum interuallum, ſcilicet de menſibus vnius anni, vſque ad menſes alterius; & de vindemijs vſque ad vindemias; & tamen in hoc iure præſcribendo non duplicatur tempus, vt hic. Sed ipſe Inn. videtur cōtrarium dicere, quia hoc ius nō habet interuallum aliquod etiam horarum; immo quaſi continuam cauſam habet, cum quotidie poſſint, & debeāt recipi decimæ non ſolum perſonales; ſed etiam prædiales, cum quotidie prædia aliquos fructus p ducere poſſint, & quotidie quarta Epiſcopis eſt ſoluenda. Et
c idem dicit Inno. c de iure eligendi; quia quotidie poteſt eccleſia vacare, ar. eius quod dī de ſtillicidio in l. foramen, ff. de ſerui tu. vrb. prædi. & ideo ſufficiunt 40. anni, vt hic, & no. in c. cum ec cleſia Surrina, de cau. poſ. & propr. Si autem eſſet ius, quod interuallum certum & deputatum ab homine, vel a iure reciperet; quale eſt, vt quod omni anno partem oblationis in die dedicationis, vel feſtiuitatis reciperet. 13. q. 2. c. Eleutherius; vel quod annuatim reciperet aliquod ſeruitium, ℑ. de cenſib. c. cū venerabilis; tunc dicit Inn. quod ſm eos, qui dicunt tempus eſſe duplicandum, neceſſarij ſunt 80. ann. Aduerte, quia Innoc. iō loquitur ſic dubitatiue in hoc vltimo; quia non habetur ius in hoc expreſſum. nam tex. in l. ſi ſit conſtituta, præalle. dixit duntaxat; quod ſeruitus non habens cauſam continuam amittitur per non vſum, duplicato tempore conſtituto. & gl. ponit duas opin. Quidam enim dicunt, quod requiritur tempus viginti annorum inter p̄ſentes, & abſentes: quaſi ſolum duplicetur tēpus decem annorū; non autem tempus viginti annorum, quod datur ℑ abſentes; & ideo ſm iſtos; quia nulla præſcriptio p̄ter hypothecariam extēditur ad tempus quadra. anno. l. cum notiſſimi, C. de præſcri. trigin. vel quadra. anno. Alij vero dicunt vtroque caſu tempus in hoc duplicari, & in hoc vī reſidere gl. illa, tanquam in vltima opinione, & Inno. hic in alia gloſ. & ſatis mihi placet, cum tex. in d. l. nouiſſimi, dicat duplicari tps conſtitutum. Certumq; eſt, quod inter abſentes eſt conſtitutū tempus viginti anno. l. ſi. C. de præſcrip. long. temp. Præterea ſcias, quod reſpectu iuris decimādi, Inno. hic in alia parte limitat, quod ſupra dixerat. dicit enim quod ius percipiēdi decimas de fructib. fundi, cōtinuā habet cām; ſed ius percipiendi decimas de vino, vel grano tm̄; vel de omnibus minutis tm̄, vel conſimilibus, nō habet perpetuam cauſam, quia hæc percipiuntur temporibus certis tm̄, vt no. ℑ. eod. c. ad aures, & multa alia circa ſeruitutem acquirēdam, vel amittendam, Inno. hic inculcat; ſed p intelectū clariori decreui per ſe, quęlibet articulum examinare. Hic dicit, quod gloſiſta Inno. quātū ad canones potius eſt ſubtilis, quam vtilis. ſiue enim agamus ſm cum de corporalibus, vel incorporalibus, principaliter cām habentibus; vel non, regulariter eſt tenēdū, cp ſola p̄ſcriptio quadragenaria, currit ℑ eccleſiam, & nulla minor, vt hic in fi. & ſi p̄ſcriptio eſt cōtra ius requiritur tit. ſupple, vel tempus, de cuius initio nō eſt memoria, eodem titu. c. 1. li. 6. & recitando tranſit Ioā. An. nullam opin. firmādo, more ſuo cōmuni; licet qñ apponit ſtudium, optime decidat; ſed raro hoc facit, quod ſi feciſſet, arbitror quod multis ſcribentibus ſilentium impoſuiſſet. ſed credo, quod accelerauit ſe, vt multa ſcriberet. Do. Anton. dicit hic ſe non putare, quod minus tempus exigatur a iure canonico, quā a iure ciuili, tū q. 1 nō ſunt iura in hoc correcta; tum quia plus tēdunt canones ad tollēdas, quam ampliādas p̄ſcriptiones, ℑ. eod c. fin. Sed dicit, cp illa dict. an habeat ſeruitus cām p̄tinuā, vel diſcōtinuam,
d habet locum, qñ agitur de ſeruitutibus realibus d debitis, ſcilicet à re, rei; quia, cū ibi res non habeat animū continuandi poſſeſſionem, oportet quod ipſo facto continuetur, vt currat p̄ſcriptio; quæ nō currit ſine poſſeſſiōe. Sed in iuribus perſo-
nalibus

ADDITIONES.

a ¶ Verus titulus. Vide Alexan. in conſil. 127. col. ij. in 4. vol. Fely. in cap. cum contingat, col. 2. ſupra de reſcr. & in cap. ſi diligenti, col. 3. inf. de foro compet.
b ¶ Vtrū ius percipiendi decimas dicatur habere cauſam continua, vel diſcontinuam, & an poſſit præſcribi, & quāto tēpore, de hoc inde late per Do. Ant. in c. peruenit, in repe. 10. in 20. col. de cen. Adde videndum Fran. Are. cōſi 30. & 154. Pet. de Ancha. conſi. 141.
¶ Decimæ debentur, vel ex priuilegio, vel ex præſcriptione, c. dilecti, & ſeq. de deci. c. accedentibus. de priui. & vide Car. in cle. 1. de excom. præl. & in cle. fi. §. ad religioſos, de pę. & per Io. And. & D. Ant. in cap. 1. de cenſ. & Pau. de Caſt. circa hoc in conſi. 287.
c ¶ Innocen. Et de hoc etiam vide per Do. Ant. in d. repe. c. peruenit, in 24. & 27. col. cum ſeq. de cenſi. c. Cumana, in 5. col. de elect.
d ¶ Realibus. In ſeruitutibus debitis a re perſonæ, habet locum præſcri. commu nis: ſecus, ſi deberetur a re rei, & idē dicit Do. Ant. in c. cum eccleſia. 5. fin. in 2. col. de cau. poſſ. & p̄prie, & in ſua repe. in c. peruenit, in 38. col. de cēſi. & Bal. in l. 2. C. de ſer. & aqua, in 4. col. ver. quæro ergo, ſi volo præſcribere ius eligendi, &c. Doc. poſt Imo. in c. non eſt, in fi. de conſtit. lib. 6. Dom. An. in c. cum non liceat, in vlt. col. inf. eo. tit.
¶ Realib. Quo p̄ſcriptio inducatur in ſeruitutibus realibus, vide late per Pet. de Anc. in reg. ſine poſſeſſione, col. 7. de reg. iur. in 6. & Ale. in cōſi. 108. inci. in cauſa & lite. in 2. & 3. col. in 4. vol. & in conſil. 79. inci. circa primum. col. 2. in 5. vol. & Bar. Vero. in tract. de ſer. vrb. prę l. c. 19. & 20. Io. Fab. Ang. & Taſ. in §. æque. Inſti. de ac. Sch. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nalibus debitis à re personæ, vel à persona personæ, secus est; quia ibi animus cõtinuat possessionẽ, quia possessio animo retinetur, vt est tex.in l.licet.C.de acq.poss. quasi per hoc velit innuere, quod cum ius percipiendi decimã, seu quartam decimarum, debeatur personæ, nõ est necesse, quod ibi duplicetur tps. Aduerte, quia hæc fuit originaliter opin. Cyn.in l.2.C.de ser.& aqua, & Bar.in l.si iusto. error. §.non mutat, ff.de vsuc. licet D. Ant. eos non alleget. & profectò licet hanc opi. hactenus fuerim secutus, propter authoritatem tantorum virorum; tñ nũc scribendo cogitaui illam opin. minime veram esse. Et moueor primo; quia licet seruitus sit realis,ià re, rei debita; nõ tñ est res, quæ acquirit, vel possidet; cũ sit inanimata; sed est persona. f. dominus fundi, quod patet ex eo, quia requiritur in præscribenda seruitute, quod quis credat vti iure suo, vt l.si. ff. quemadmo. ser. amit. & not. Inn. in c. bone. il 2. de postu. præla. Secũdo moueor per text. apertũ male iudicio meo in hoc ponderatum in d. l. si ſ ptituta. ff. quemad. ser. amit. vbi est clauis huius materię. ibi enim vbi disponitur de duplicatione, duplicando tps, propter causam discontinuã ponderatur factũ hominis possidentis; & non rei, cui debetur seruitus. dicit. n. ꝙ ideo requiritur tps duplicatum in amittenda seruitute; quia pp discontinuã causam non fuit vsus illa seruitute; quia nec vti semper potuit. Præterea, & melius in d.l.si sit cõstituta, non agitur, nec disponitur de seruitute acquirenda; sed de ea perdenda, & ponderatur duntaxat factum, & animus non vtentis. dr. n. quod si quis habeat aquam alternis annis, vel mensibus non perdit illam seruitutẽ; nisi duplicato tpe cõstituto; quia non semper fuit in mora non vtẽdi, cum non potuisset semper vti, si etiam voluisset, cum haberet causam discontinuã; & sic ponderatur animus, & factũ hominis. ſ. dñi fundi, & multo fortius hoc dicendũ est, vbi tractat de seruitute non habente causam continuã acquirendi, vt j. latius dicã. nam patientia dñi inducit possessionẽ in istis incorporalibus, vt in alijs, vt no. C.de ser.& aqua, & per Bar.in l.j. ſ. de aqua plu.arcen.& in d.l. seruitutem, ff. de serui. no. Inn. in d.c. bonæ. il 2.& in c. conquerẽte, de off. ord. Sed hæc patientia nõ habetur semper, vbi causa non est cõtinua; ergo possessio nõ debet vniformiter operari: quia animus possidentis non semper notus est aduersario, & possessori, & possessio habet plurimũ facti, vt no. in c. cũ nostris, de ꝓcess. præben. & forte ob ista Inn. locutus est generaliter, nec distinxit inter seruitutẽ realem & personalẽ

14 debitum, nec Cy. nec Bart. aperte probant eorũ opinionẽ. † Sed

a differentia inter ius canonicum, & ciuile, ego præmitto, quod quantum ad principalem articulũ, an sit in hoc tpe duplicãdo, regulariter inter ius canonicũ, & ciuile quantũ ad præscriptionẽ inducendam nulla est differentia, præter illam, quia ius ciuile admittit præscriptionẽ cum mala fide. l. si quis emptionis. C. de præscri. trigin. an. quam ius canonicum damnat, j. c. prex. & c. fi. Alia. n. dria iure non probatur. Nec obst. si dicatur, quod canonica iura exposcunt indifferenter tps quadragin. ann. vt hic, & j. eo. c. illud: secus de iure ciuili. l. si. C. de præscr. long. tempo. quia dico, ꝙ ius canonicũ non semper requirit illud tps; sed tũc solũ qñ præscribitur ℨ ecclesiam; & in fauorem ecclesiæ, illud fuit inductum. & idem est de iure ciuili, ut in auth. quas actiones, C. de sacrof. eccl. & quemadmodum contra ecclesiam Romanam de iure cano. non admittitur, nisi præscriptio centenaria, j. c. cum nobis, & eod. tit. c. 2. lib. 6. ita de iure ciuili. dicta authen. quas actiones. vnde ecclesia ℨ priuatum; & priuatus ℨ priuatum bene præscribit minori tempore, & sic disponitur de iure ciuili, ut no. in d. auth. quas actiones, & per Io. An. in reg. qui

15 ad agendum, de reg. iur. in Merc. † Et per gl. 16. q. 4. c. possessiones, quæ vult ꝙ in bonis patrimonialib. clericorũ exigatur tps 30. ann. & de temporibus requisitis ad præscriptionẽ, vide bo.

16 tex. in c. placuit. §. potest. 16. q. 3. † His præsuppositis ad materiam sup. tactam distinguo sic. quod aut ecclesia præscribit cõtra priuatum, aut priuatus ℨ priuatum, & indistincte habent locũ iura ciuilia, quarũ dispositio recitatur in hoc, in d. §. põt, vt distinguatur, an quis præscribat cũ titulo, aut sine titulo; & an iura habeant causam ꝓtinuã, discontinuã, facit quod no. 13. q. 2. in summa. aut priuatus præscribit ℨ ecclesiam, vel ecclesia ℨ ecclesiam; & immobilibus, vel iuribus, habẽtibus causam continuam nõ est dubiũ, quin requiratur tps 40. ann. vt hic, & in c.

17 j. eo. tit. lib. 6. † Sed dubiũ est primo in mobilibus, vtrũ ℨ ecclesiã habeat locum vsucapio triennii, sicut de iure ciuili, & de hoc

18 remitto ad plene not. in c. j. de in integ. restit. † Secundo est dubium in iuribus habentibus causam discontinuã; in quo sic dicerem, ꝙ vbi de iure ciuili requiritur ℨ priuatum, tps: de cuius initio non est memoria; multo fortius requireretur, cum præscribitur ℨ ecclesiam. c. j. eo. tit. lib. 6. & quia id, quod est statutum in fauorem ecclesiæ de præscriptione quadragenaria, non debet retorqueri in ipsis læsionem, ut in reg. quod ob gratiam, lib. 6. & l. quod fauore. C. de legi. & optime facit d. authen. quas actiones vbi paret, ꝙ præscriptio quadragenaria, fuit statuta in f. auorem ecclesię illis casibus, quibus contra priuatum præscribebat minori tempore; secus ergo in illis, in quibus requiritur tps, de cuius initio nõ est memoria, de quibus j. dicetur. nam inducta ad augmentum non debent operari diminutionẽ, arg. c. fi. de verb. sign. aut non requiritur tñ tempus; sed tempus duplicatum, sicut qñ agitur de seruitute habente causam discontinuam amittenda; & tunc puto, ꝙ nõ duplicabitur tempus 40. ann. quia cum ius statuerit pro alijs priuatis, tps prolixius quę in ecclesijs, vt hic, & in d. auth. quas actiones, & hoc fecerit pure, simpliciter, & indistincte, vt hic, & in d. auth. quas actiones; tempus debet esse vniforme; non duplicatum. priuilegium. n. non debet excedere proprios terminos, j. de priu. c. sane, & c. porro, & 7. quæst. 2. c. petisti. ius. n. ciuiles ideo fortasse requisiuit tempus duplicatum, quia prius prouiderat de breui tempore; vnde cum ecclesiæ fuerit concessum tempus satis prolixum, & longissimũ. ſ. 40. ann. non debet duplicari; sed debet esse suo priuilegio contenta; & hoc est satis de mente gl. in d. l. si sit cõstituta, quæ dubitauit, vtrum quid tempus. 20. ann. deberet duplicari; ne regrederet cursus 40. an. fortius ergo nõ est dicendũ, ꝙ duplicet tps. 40. ann. & hoc casu põt saluari opi. Host. & hæc puto verissima. † Sed circa prædicta qro, quid si laicus hẽt rem cõem, & in-

19 diuisibilẽ cũ ecclesia, an ℨ laicum pscribatur spatio à iure cõstatuto ℨ laicũ? dic ꝙ nõ; sed pseruatur ius suum pp ecclesiam; ex quo dat iuris indiuisibilitas, arg. optimũ, & quasi expressium, in l. si communem. ff. quemadmod. ser. amit. & vide bo. gl. in c. uno, de iur. pat. li 6. & ibi Ioan. An. in nouella firmat istam partem; dicit tamen (& bene) quod vbi posset præscribi contra laicum. iure ecclesiæ manente illæso, quod sufficeret præscriptio communis facit quod not. j. eo. c. audientiam, & 16. quæ-

20 stio. 4. c. volumus. † Sed quæritur, quid si ecclesia successit laico, contra quem erat inchoata præscriptio, nunquid vtetur iure priuati, an priuilegio ecclesiæ? hanc q. tetigit gl. in authen. quas actiones, C. de sacrof. eccle. & non firmat pedes. tangit Io. An. in c. vno, de iur. pat. lib. 6. referendo quod in d. auth. tangit etiã ibi Bar. & Bal. & opi. communior, & verior videtur ampliãdo terminos quæstionis, quod aut priuilegium, quod habet succedens, præscriptionem extinguit, aut præscriptionem differt, aut illam mutat. Primo casu, succedens non vtitur priuilegio suo. exemplum, in l. si fundum, ff. de fun. do. vbi dicitur, ꝙ si quis incipit præscribere certum fundum, licet postea mulier illum assignaverit in dotem, nõ minus currit præscriptio; licet à principio, si fuisset dotalis, nõ potuisset inchoari præscriptio, & est ratio, quia priuilegium unius non debet absorbere ius alterius quæsitum, quod faceret isto casu, si mulier posset vti priuilegio suo. Secundo casu, quando differt, tunc vtitur suo priuilegio exemplum in pupillo alteri succedente, contra quem non currit præscriptio, durante pupillari ætate, l. sicut, C. de præscri. 30. vel 40. anno. Tertio casu, quando mutat præscriptionem, ut in casu q. nostræ. nam præscriptio contra ecclesiam currit, sicut contra priuatum; sed alio modo, quia contra priuatum currit præscriptio 10. vel 20. ann. cum tit. sed contra ecclesiã currit quadragenaria duntaxat; & hoc casu dicendum est, quod pro tempore præterito vtitur ecclesia iure priuati; pro futuro vtitur priuilegio suo, arg. in l. fiscus, ff. de iur. fiscideo si contra priuatum præsentem currerent quinque anni; & sic medietas præscriptionis; satis est contra ecclesiam succedentem complere aliam medietatem; habito tamen respectu ad priuilegium suum & sic requiruntur ad complendam præscri. 20. an. qui sunt medietas tẽporis respectu ecclesię, & idẽ dic in similibus facit authen. si quis, C. de præscrip. long. temp. quod not. quia clare, &

21 vtiliter est expeditum. † Expediendo & ampliando reliqua dicta Innoc. quæro principaliter de duobus. Primo, qualiter acquirantur seruitutes, & iura consimilia. Secundo qualiter perdantur, & quanto tempore. Venio ad primum, ad quod dicit Inno. ꝙ si ius, de quo agitur, habet causam continuam, & perpetuam, sicut est seruitus aquæ ductus, quæ sine intermissione ducitur, vel habet causam quasi perpetuam, vt in electione de iure eligẽdi & in iure percipiendi decimas ex agro, acquirit seruitus per pscriptionẽ 10. ann. & inter præsentes, & 20. inter absentes, ad similitudinẽ rerũ immobiliũ, C. de pscri. long. temp. l. fin. Sed hæc est differentia secundum eum inter hæc incorporalia, & alia corporalia immobilia, quia in rebus immobilibus requiritur titulus, vt in d. l. si. & in d. c. placuit. §. põt. 16. quæ-

3. sed in seruitutibus siue iuribus non requiritur; immo sufficit solus vsus, vt pater. ff. si ser. vend. l. si quis diuturno; & in eo quod not. infra eodem, cap. si diligenti, & incipit hoc tempus currere secundum eum, ex quo quis cœpit vti illo iure, non vi, aut clam, nec precario; sciente videlicet illo, cui fiebat præscri-

22 cium, & non contradicente. † Et hoc ipsum probare debet secundum quosdam, & sic intelligunt, & quemadmod. ser. amit. l. si.

ADDITIO.

a ¶Et ciuile. Hæc verba refert, & sequitur D. Barth. Ver. in tract. de ser. vrb. pag. 24. circa fi. & Card. in consi. 38. incip. primo rationes, col. 1.



l. fin. ff. de itin. actuque pri. l. j. §. Iulianus. & hæc pondera, quæ j.

23 latius reassumam. † Si autem non habeant causam perpetuam & continuam, vt seruitus viæ, & seruitiorum extraordinariorum præstatio; & hæc similia, non præscribuntur, nisi tanto tẽpore percipiantur, cuius initij memoria nõ existit. 10. q. 3. c. qa cognouimus. 100. dist. c. ℨ morem; & ex eo, quod leg. & no. j. de verb. signi. c. super quibusdam. §. 3. ver. fi. & ff. de aqu. plu. ar. l. j. §. 2. & l. 2. & antepe. ff. de aqua quoti. & est. l. hoc iure. §. ductus

24 aquæ. † Hæc sunt Inn. dicta ad primã qõnem, & vide [a] tu bonam

a glo. iuris ciuilis, quæ in effectu dicit l. seruitutes, la 2. ff. de ser. ali quid in l. j. ff. de aq. plu. ar. & per Bald. ibi, & in d. l. seruitutes, per

25 Cy. in l. j. & 2. C. de ser. & aqua. † Et circa prædictorum declarationem, ego primo quæro, nunquid sit verum; quod in istis iuribus præscribendis, non requiratur titulus? Doct. cõiter transeunt cum opi. Inno. vt titulus non requiratur. Idem vult gl. in c. cum ecclesia Sutrina. de causa poss. & propr. & gl. & Bar. in d. l. seruitutes & vr probari in d. l. si quis diuturno, & Dy. in reg. possessor, lib. 6. sed Doct. non reddunt rõnem diuersitatis inter hæc iura, & bona immobilia. Dyn. in d. reg. possessor, & Bar. in d. l. seruitutes, dñt quod in præscribendo rei dominio, agitur de ma-

b gno præiudicio, [b] cum dñs prorsus ipsam rem amittit, ideo cautius fuit ad agendum, vt sine titulo non præscribatur longo tẽ. sed longissimo sic, vt in d. l. si quis emptionis, C. de pscr. 30. ann. Sed qñ agitur de seruitute acquirenda, non agitur de tanto præiudicio, cum dñs non perdat ipsam rem, sed patiatur duntaxat

26 seruitutem. Et hanc rõnem no. † Ego vero hoc dictũ. ſ. qn nõ requiratur titulus, limito multipliciter. Primo, vt non procedat,

c qñ præscriptio est ℨ ius; [c] per c. j. eo. tit. lib. 6. & quanq̃ hoc non reperiatur specifice cautum de iure ciuili, tñ idem credo esse illo iure, qa ius canonicum exigit titulum hoc casu, qa est pscriptio malæ fidei ℨ possidentem, pp resistentiam iuris cõis, facit optime l. qdam. C. de agri. & censi. lib. 11. & quod ibi no. Bar. stãt dum est in hoc dispositioni iuris canonici, pp pactum, vt in reg.

27 possessor, & qđ ibi no. pãlle. & ℨ. c. fi. & per Bar. in l. priuilegia. C. de sacrof. eccl. † Secundo limito id dictum in vsufr. præscribendo licet. n. sit ius incorporale. l. j. in fi. ff. ad l. Fal. & quædam seruitus in rebus alienis. l. j. ff. de vsuf. acce. tñ in eo præscribẽdo, re quiritur ti. aliàs non præscriberetur spatio 10. vel 20. ann. vt probatur in l. fi. C. de præsc. long. temp. & de hoc per Dyn. in d. reg. possessor. de reg. iu. lib. 6. & per Bar. in l. iusto errore. §. non mutat. ff. de vsuc. & est rõ, quia vsusf. est pars dominij. l. 4. ff. de vsuf. ideo requiritur titulus, sicut in pscribendo dñio, vt no. Dyn. in d. reg. possessor, & dicit gl. satis no. in l. corruptionẽ, C. de vsufr. ꝙ ẽt si vsusfructus constitat in re mobili, tñ actio personalis ad

28 sitione. & hoc ideo qa vsusfructus, rei immobili comparat, ita no. dicit gl. præall. qñ notabis, dico tñ, ꝙ fructus, q percipiunt ex agro alieno bona fide, vsucapiunt triennio, tex. est nor. in l. seq-

d tur. §. fructus, ff. de vsuc. & ibi per Bart. & hoc iõ, qa ibi non agit de præscribendo iure, sed de vsucapiendis rebus mobilibus. qđ ergo dr, ꝙ qs teneꝛ restituere fructus extantes, vt Inst. de offi. au. in prin. & no. in c. grauis. de rest. spol. hoc est verum, vt prædixi, nisi possessor illos possederit bona fide, & iusto titulo per trien-

d vel distinguenda persona [d] ad aliquod seruitium. nam tunc pp grauitatem, saltem est necesse, ꝙ allegetur titulus, & probetur præsumptiue per lapsum longi temporis: & sic põt intelligi l. cum de in rem verso, ff. de vsur. no. Dy. in d. reg. possessor. Quar

29 to limito, vt non procedat, cum præscribitur ℨ ecclesiam. nam tunc licet non requiratur titulus, regritur tñ tps 40. ann. vt hic, & in d. auth. quas actiones, C. de sacrof. eccl. † Secundo circa dicta Inn. reuoco in dubium, an regratur scientia aduersarij in pscriptione istorum iuriũ. Inn. (vt patet ex prædictis) dicit ꝙ sic, & tenet in multis locis, in c. bonæ. il 2. de postu. præla. plenius in c. conquerente. de of. ord. & in c. 2. C. de in integ. rest. cũ ſi. Quidam tamen, vt not. in l. 2. de ſerui. & aqua in l. j. de aqua plu. arc. tenuerunt ℨ rium, ga pscriptio currit ℨ ignoranteꝫ, vt l. fi. C. de pscr. lon. tem. sed primum dictum cõiter tenetur per legistas & canonistas, vt no. in locis prẽal. dicentes (& bene) aliud esse in pscriptione rerum mobilium, aliud in præscriptione iurũ & seruitutum. Rõ est, quia primo casu quis possidet ipsam rem, quæ sibi debet sufficere, ideo nõ curatur de aduersarij scia: sed secundo casu non possidet ipse illam rem, sed dominus, ideo requritur illius scientia. Reddit ur alia ratio, quæ plus placet Bar. in l. j. de aqua plu. arcẽ. & d. l. seruitutes. nam in istis seruitutibus, &

e iuribus cum non possint vere possideri, non potest acqri quaprobari in d. l. 2. C. de ſerui. tenet Inno. in locis prælleg. & sine

30 possessione non proce dit pscriptio, ideo requiritur scientia. Tertio † ad declarationem prædictorũ quæro, quia dixi, quod inter præsentes requiritur tempus 10. an. & 20. inter absentes, qui dicantur præsentes, & qui absentes? Sol. dico ꝙ quis dicitur præsens varijs modis, secundum materiam subiectam, de quo vide gl. no. in auth. de fideiuſ. in vers. præsentes. sed quantum ad propositum nostrum est tex. sin. in l. fi. C. de præscr. lon. tem. vbi dicitur, ꝙ præsentes, dicuntur, si possidens, & aduersarius habẽt domicilium in eadem prouincia: vnde non spectatur, vbi res ista est, sed vbi habent domicilium, & si alter haberet alibi domicilium, non dicuntur præsentes, & spectatur prouincia, quãdo tota regitur eodem præside, vt olim erat, hodie vero quælibet ciuitas habet regimina sua, sicut olim prouincia: vnde existẽtes in ciuitate dicuntur præsentes, vt est gl. fin. ab omnibus cõmu-

31 niter approbata. in d. l. fi. † Nunc venio ad secundam quæstionẽ Inn. qualiter. ſ. seruitutes perdantur. Solu. dicit Inn. quod secundum leges seruitus rustica, q̃ non habet interuallum, vel habet, sed modicum, puta aliquorum dierum vel horarum, perditur spacio 10. ann. inter præsentes, & 20. inter absentes. si autem habeat interuallum annorum, vel mensium; tunc duplicatur tempus, videlicet vt inter presentes, necessarij sint 20. anni, & inter absentes 40. arg. in d. l. si sit constituta, ff. quemad. ser. ami. Idem est dicendum, ſm eum, si habet interualla septimanarum. sunt enim odia restringenda, ff. de lib. & posth. l. cum quidam, & reg. odia, lib. 6. & in hoc vltimo, ꝙ idem sit in interuallo septimanarum. no. gl. in d. l. si sit constituta, dicit tñ Inno. alios dicere, ꝙ licet habeat interuallum, non sunt necessarij inter absentes nisi 20. anno. quasi istud tempus non debeat duplicari, quod dixi, ſ. primum tamen puto verius. Dicit Inno. ꝙ etiam seruitutes vrb. præd. tpe amittunt. Sed est differentia inter seruitutẽ rusticã, & vrbanam, ꝙ rustica perit certo tempore non vtendo. vrbana vero per solum non vsum, non perit omnino, sed ita demum, si vicinus simul vsucapit libertatem, veluti si ędes tuæ ędibus meis seruiant; ne tuę altius tollantur, ne luminibus mearũ officiant. In hoc. n. casu, si ego per statutum tempus fenestras meas presixas habuero vel obstruxero, ita demum ius meum amitto, si tu per idem tempus altius sublatas habueris ædes tuas; alioquin si nihil noui feceris, retineo seruitutem: hęc probantur in l. hoc autem, ff. de ser. vrb. præd. Et aduerte, quia licet Inno. dicat prædicta procedere secundum leges, idem dic secundũ canones; quia in hoc canones non reperiuntur cõtrarium disponere, ni si respectu ecclesię; vnde in foro canonico seruabuntur prędicta ad vnguem, per ea quę superius dixi. ideo insti ci circa prędicta tanquam canonistas pernecessaria.

ADDITIONES.

a ¶ Vide etiam de hoc, quanto ſ. tempore præscribuntur iura & seruitutes D. Ant. in c. peruenit, in 1 r. col. cum seq. in repet. de censi. & ibi etiã vide Inno. in c. accedentibus, de priuile. glo. in c. cum accessissent. de consti. in cap. neque. 16. q. 7.

b ¶ Agitur de magno præiudicio. Adde Bal. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. & Ale. consi. 185. inci. viso tit. quæstionis, col. 12. ver. venio ad secundum dubium, vol. 2. & consi. 34. inci. viso processu. in 1. col. vo Iu. 3. Zach.

c ¶ Contra ius. Vide Car. in consi. 114. inci. dico Petrum non audiendum, circa fi. vbi vult, quod quando præscriptio est contra ius, requiritur tempus, cuius initij memoria nõ existit, quod habetur loco tituli, quod late prosequitur Fel. in c. si diligenti, col. 7. in 1. restrictione. infra eod. Seb. Sap.

d ¶ Distinguenda persona. Quando ad præscribendum sit necessarius titulus, vide late per Inn. in repe. c. fi. col. 7. & seq. infra eo. & Dec. in consi. 134. inci. viso puncto, col. pe 1. & Fel. in d. c. si diligenti. infra eod. Seb. Sap.

e ¶ Quasi possessio. Vide Bal. in Imperium. col. 12. ff. de iur. om. iud. Ale. in consi. 16. inc. in causa lit. col. 4. versi. posset etiam declinari, in 5. Vol. & Barth. Veron. in trac. de ſer. vrb. prædi. c. 10. col. 2. Seb. Sap.

SVMMARIVM.

1 *Malæ fidei possessor dicitur ille, qui habet scientiam rei alienæ.*
2 *Præscriptioni valida non potest quis renunciare.*
3 *Præscriptio si habet alia subſtantialia, currit cõtra ignorantem, & absentem, nisi ignorans vel absens, retineat ciuilem possessionem illius rei, quam quis vult præscribere.*
*Ignorans an restituatur aduersus præscriptionem.*
4 *Possessio ciuilis perditur spacio 10. annor puta, quia eam neglexi per decennium, vel quia scio alium ingressum, & suspicor me posse repelli.*
5 *Mala fides an indistincte vitiet, vel impediat præscriptionem.*
6 *Præscribens si finita præscriptione nouerit rem fuisse alienam, non tenetur in foro conscientiæ, nec alij restituere.*

CAP. V.

Vigilanti, Possessor malæfidei nõ præscribit. Primo ponit dictũ. secundo, ibi, Ephesinus, rõnẽ legis ℨtię. tertio, corrigit, ibi, nobis. Casus literal. secũdum leges, male fidei possessor præscribit rem alterius: vnde dubitauit quidã Episcopus, an idem esset secundum canones. super hoc scribit Papa dicens, ꝙ valde cauendũ est, ne simus male fidei possessores, in ꝑdijs alienis, ga nulla antiqua dierum possessio iuuat malę fidei possessorem, nisi rẽ restituerit, postq̃ eã nouerit alienã; cum postea bonę fidei poss. dici non possit, oſtẽdens quare alſm leges: Ephesinus enim legislator hãc legem inuenit, vt locũ haberet præsc. 30. vel 40. an. in malæ fidei poss. sõlummõ pp vitandam negligentiam miserorum, & longi temporis errorem,

6 nobis. † No. ibi: Causarum matrimonialium, iuncta glos. 3. in fi. habes enim hic tex. expressum, quod cognitio causarum matrimonialium, potest præscribi per inferiorem prelatum [b] ep̄o, etiā regularem. Abbas enim hic præscripsisset, nisi interruptio obstitisset, cuius ꝺrium (& minus bene) tenuit Host. in c. literas, de restit. spol. & satis vr̄ concordare huic tex. c. accedentibus, iuncta gl. fin. de excess. prælat. & c. 1. iuncta glos. 4. de consang. & affin. tenet Io. And. in d. c. literas, & c. accedentibus. Ex quo not. quod nedum ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis, possunt per inferiorem præscribi, sed etiam si sint dignitatis episcopalis. nam cognitio causarum matrimonialium est dignitatis episcopalis, vt in d. c. accedentibus. Ex quo infero, quod institutio, etiam authorizabilis, potest per inferiorem prælatum præscribi, cum hoc non sit ordinis episcopalis; & sic cessat cōtrarium, c. quanto, de consuet. & c. quamuis, 68. dist. cuius contrarium voluit hic Host. & in c. cum satis, de offic. archidiac. sed minus

ADDITIONES.

a ¶Libellantis. Vide quod decidit D. Abb. in c. ex parte, supra de rescrip. & in c. fedes, in 1. not. supra de testa. & multa accumulat Felin. hic, & Mod. in l. fed & si possessori. §. item si iurauero. ff. de iureiur. quid autem si in libello, esset clausula, omni meliori modo, an libellus contiuens repugnantiam, saluari possit? vide Alex. in cons. 110. in 5. vol. vbi videtur contrariari his, quæ dicit Fel. hic, col. 3. Seb. Sap.

b ¶Inferiorem prelatum. Adde Cald. latè cons. 2. hoc eo. tit. Bal. cons. 93. 5. lib.



minus bene iudicio meo; & ꝺ hunc tex. locutus est: quia sub cura ecclesiarum istarum erat tota illa vallis de Heuescā. hinc est, quod ēt præscripserat abbas iurisdictionem Episcopalē, respectu populi, vt patet in cognitione causarum matrimonialium; circa quam facta fuit interruptio, & sic abbas acquisiuit plenū ius episcopale in istis ecclesijs, & in tota illa valle, præterq̄ in exceptuatis, hic, in quibus facta fuit interruptio per Ep̄m: alias p̄cessisset in totum præscriptio. ergo competebat huic abbati in stitutio, ēt authorizabilis; respū curæ populi, & no. singulariter, quia nemo ad hoc ponderauit istum text. Et quod hæc institutio quæsibilis sit per inferiorem ep̄o, sentit hic Inn. & clarius, ꝺ.
a eo. c. cum olim. a vbi vr̄ tex. iudicio meo, non cauillando literā, & tenet gl. in d. c. cum satis, & Io. An. aperte sentit in c. cum venerabilis, de censi. & Pa. de Leaz. in cle. j. de excess. præl. in cle. ne in agro. §. cæterum, de statu reg. facit quod no. Io. An. post Arch. in c. cum ep̄s, de off. ord. lib. 6. & Archid. 16. q. 2. in fum. & D.
7 de Ro. dec. 231. † Ex prædictis & ex tex. no. aliud singulare dictū [b]
b quod alibi ita bene non probatur, ꝙ inferior ꝑlatus potest pręscribere certam partem diœcesis cum territorio, excludendo prorsus ep̄m in illo loco ab exercitio iuris ep̄alis, cuius contrarium, & non bene, sensit Host. in c. cum contingat. de fo. cōpe. sed primum dictum tenet Archi. & Io. And. in d. c. cum ep̄s, & vide in hoc, quod plene dixi in d. c. cum contingat. Aliud etiā singulare colligo ex hoc text. ꝙ exercens iurisdictionem in aliquo loco vr̄, vel in certis articulis, vr̄ illam præscribere, excludendo illum, ad quem pertinebat iurisdictio, non aūt, vt in exercitio cum illo concurrat, licet gl. & quidam alij sentiant ꝺrium in c. pastoralis, in prin. de offi. ord. sed hic est tex. prorsus in ꝺriū hic. n. df, quod ep̄s fuit aliqñ prohibitus exercere iura ep̄alia, sed abbas exercendo pręscripsit ꝺ ep̄m negligentem, & imponitur silentium episcopo, & abbati adiudicatur ius episcopale, & ad idem, ꝺ. e. c. cum olim, & facit quod no. Inn. in c. dilectus, de capel. mo.
8 † No. ꝙ priuilegium incertū, & dubium, vt erat hic, priuilegium Cęlestini, quod referebat se ad priuilegium illorum regum. dat tīmam causam præscribendi certa iura, ad idē vide
9 bonum tex. in c. cum dilectus de consue. † No. ex fine tex. ꝙ in-
c terruptione facta in certis capitulis alio possidente iurisdictionē vr̄, non operatur effectum suum respectu iurisdictionis vniuersalis, sed solum respectu aliorū articulorū, in quibus facta fuit: simile in possidente, seu exercente iurisdictionem respectu certorum articulorum alio possidente vr̄. non. n. extenditur possessio ad alios articulos ēt consimiles, sed tn̄ præscribitur quā tum possidetur. vt est tex. bo. in c. cum olim, & ca. cum contingat, ꝺ. de deci. no. ponit Inn. in d. c. cum dilectus. de capel. mon.
10 † Vltimo. no. in ver. Si autem ꝙ interruptio, post completam præscriptionem non habet ledere ius ex præscriptione iā quæ situ. oportet ergo, ad hoc, vt valeat, ꝙ fiat intra tps præscriptio-
11 nis. Ex quo infero, † ꝙ præscriptio seu consuetudo iam cōpleta, non tollitur, licet bis vel semel fiat ꝺrium, quod tenet Spe. eo. tit. §. j. versi. quid si post completum, allegat l. si vnus. §. fi. pactum. ff. de pac. sed iudicio meo hic magis clare probatur, & ad hoc facit clarius l. temporalis, iuncta glo. de reg. iur. alias est §. l. præcedentis, quæ incipit, nemo alieno. no. Io. And. in c. fi. de cō fir. requiritur ergo ad tollendam præscriptionem. vel consuetudinem, ꝺria præscriptio, vel consuetudo, vt no. in iuribus proxi
12 me allegatis, facit c. j. ꝛ. de reg. iur. † Et no. ꝙ ex sola præscriptione pñt se tueri etiam religioli, licet expresse, & ex post facto cōstet titulum, qui cedit causam præscribendi, non sufficere ad ius transferendum, simile in c. cum dilectus, de consu. Sed ante quā descendam ad gl. quia text. facit mentionem de interruptione,
13 & non dicit, qualiter fiat ista interruptio. † Quæro, qualiter fiat interruptio p̄scriptionis in incorporalibus? Sol. hanc mām satis examinaui. ꝛ. eo. in c. illud. Sed pp aliqua dicta Inn. hic. q̄ mihi non placent, nec illa in totū ibi recitaui, dicam hic dicit ēm ꝙ interruptio fit in iuribus, & in alijs incorporalibus, eodē mō, quo in corporalibus. s. per litis contesta. & alijs modis no. in d. c. illud fit etiam in his specialis interruptio, si ep̄s saltem vna vice fuisset vsus his iuribus ante completam præscriptionem abbatis, arg. C. de præsc. 30. ann. l. cum notissimi. Idem dicit, si prohibuisset ep̄s per violentiam abbatem volentem exercere iurisdictionem, q̄ præscribebat, ita, ꝙ timore episcopi dimiserit illā exercere; quia cum possessio perdatur solo animo. multo fortius interrumpitur, ff. de acq. poss. l. possidere, §. in amittenda, & l. quemadmodum. & quia deiectus videtur, qui non vtitur: quia
14 suspicat se posse repelli. ff. de acq. pos. l. si id quod. §. fi. hoc dictū
d satis placet, & tenet Bar. in l. naturaliter, ff. de vsuc. † Sed ꝺ prædicedens dictum in eo, ꝙ voluit, ꝙ ep̄s [d] exercendo, & vtendo illis iuribus saltem vna vice, ante completam præscriptionem, videatur interrumpere pręscriptionem, op̄, quia licet episcopus exercuerit episcopalia, non minus poterit abbas illa exercere, cum visitatio, excōicatio, & similia possint in solidum apud plures, sicut sunt apud Archipresbyterum, Archidiaconum, Ep̄m, & Archiepiscopū, qui in proprios subditos exercent prędicta. ꝺ
c. proxi. no. de offi. archidia. c. j. & c. cum satis, de offi. archipres. c. 2. & 3. sic & abbas poterit cū p̄dictis hæc iura exercere, nec p̄scribet sibi ius alterius, sed p̄scribet sibi ius consimile. fol. hoc ꝺrium formauit ipsemet Inn. sed iudicio meo minus bñ soluit. dicit. n. ꝙ Abbas pręscribit ꝺ singulos; & contra omnes: nā quicunque fuerit ille, qui habet ius cōicandi, vel visitandi, vel qđcunque, siue Archiepiscopus, siue Episcopus, siue quis alius, etiā si ex præscriptione habeat, ꝺ eum, vel oēs pręscriberet abbas. & si aliqs ipsorum interrumpat aliquo modorum supradictorum, ꝺ eum non perficietur pręscriptio; & hoc dicit bñ probari ex hoc c. & ꝺ. eo. c. cum olim. Certe hic, & in c. cum olim, nō probatur, quod episcopus exercendo per se interrumpat præscriptionem abbatis. solum enim hic fit mentio de interruptione: sed non dicit, qualiter fuit facta. nec puto id dictum Inn. verum. & ꝺrium ipsemet sensit in d. c. cum olim, in prin. vbi dicit, quod si episcopus vidit alium iura episcopalia exercere, & populum obedire, vel illius sententiam obseruare, & passus est in tīm, quod parochianos alteri obedientes non puniuit, nec exercuit, animo pusillanimi, deseruisse vr̄ suam possessionem; & sic est in alium translata, arg. ff. si ser. vend. l. & si forte. §. j. Sed si ep̄s non est passus suum populum alterius ep̄i vel prælati sentētias seruare, puta qa vel temporaliter, puniuit parochianos, qui seruabant sententias alterius, intantum, quod eos vilipenderet, vel saltem excommunicauit eos, licet non posit facere quod alterius sententias non seruauerint, vel alio modo processisset cōtra eos; ita, ꝙ bene appareat, quod possessionē non dimisit: Dicit Inno. quod non amittit possessionem, quę non amittit nisi animo, & iste nullo modo videtur habere animum possessionem amittendi. Et idem dicit Inno. si aliter cōtra parochianos huiusmodi processisset, puta mulctando vel eorum bona occupando. Ex his enim satis arguo, quod Ep̄s nō impedit, nec interrumpit possessionem alterius illa iura exercendo: sed oportet ꝙ ipse prohibeat illum exercere, vel subiectos sibi obedire, vel litem contestetur, vel aliqm actū exerceat, per quem interrū pat p̄scriptio, de quo in d. c. illud, facit optime l. vt perfectius, C. de anna. exce. & ēt 16. q. 3. c. placuit. §. pōt. vbi ponit modus interrumpendi p̄scriptionem, nec numerat p̄dictus modus. Bar. etiam in d. l. nāliter, ponit dicta Inn. hic: sed omisit hunc modū, quia forte sibi non placuit. Præterea, si hoc dictum Inn. esset verum, sequeretur, quod nunq̄ quis p̄scriberet iurisdictionem, accumulatiue ad ep̄m. si ambo exercent, vt sit locus præuentioni cuius ꝺrium sentit glo. & clarius Io. And. in c. pastoralis de offi. ordin. Dico ergo concludendo, qđ aut solus præscribens vsus fuit illis iuribus, & vr̄ præscripsisse, excluso Episcopo, & hoc tenet Inno. in d. c. cum olim, aut ēt Episcopus fuit vsus, & tunc p̄scripsit accumulatiue ad ep̄m. Episcopus. n. non vtendo, & patiendo alium vti, videtur consensisse vt ambo vtantur; & sic intelligo no. in d. c. pastoralis, & pro hoc facit totus fere titulus, de offic. arch. nam pro maiori parte illa spectant ad archidiaconum de consuetudine, & nihilo minus episcopus illa exercet, & hæc notabis, quia non bene per alios sunt declarata. Ex p̄dictis infero ad aliam qōnem, q̄ posuit Inn. quod si testes p ep̄m producū d.t, quod exercuit iura ep̄alia, & testes abbatis deponunt pro abbate, quorum dicto stabitur? Sol. dicit Inno. quod si testes ep̄i, & testes abbatis omnino sunt pares, vt quia testes episcopi dīt eum exercuisse iura episcopalia, & testes abbatis
15 illud idem dicunt de abbate. † Data in alijs testium paritate, pre-
e feruntur testes, qui cōcordant iuri cōi, & sic dīt verisimiliora. arg. ꝛ. de prob. c. licet, ver. ex præmissis. Si vero testes abbatis dicant generaliter abbatē exercuisse iura episcopalia, & testes ep̄i probant solum ecclesiam sitā in diœcesi; & ꝙ ep̄s exercuit ibi ep̄alia, non tn̄ dicunt, ꝙ omnia episcopalia adiudicabuntur abbati, illis exceptis, de quibus probauit ep̄s, & exceptis his, de quibus probauerit interruptionem interuenisse, quod forte iusticit probare per duos testes, f̄m eum; licet abbas generaliter p̄bauerit per plures, arg. ꝛ. eod. c. illud. dicit tn̄ Inno ꝙ prudenter faciet examinator, si de singulis capitulis, iuris ep̄alis, sigillatim interroget testes abbatis, Hostiē. dicit, ꝙ hęc debet esse cautela aduo-

ADDITIONES.

a Olim. Et ibidem de hoc vide per D. Ant. in 2. col.

b Singulare dictum. Vide Fel. in c. irrefragabili, circa prin. ꝛ. de offic. or. Abb. in c. auditis, in 4. no. ꝛ. de in int. rest. & in c. cum venerabilis. ꝺ. de censi. Seb. Sap.

c † Interruptio. Vtrum per interruptio. præscriptionis, vel acquisitionem possessionis quoad vnum articulum intelligatur interrupta præscriptio, vel acquisita possessio quoad alios, vide omnino Pet. de Anc. in rep. c. beneficium, in vlti. char. ver. 10. quęro, de reg. iur. in 6. Adde Ro. consi. 381. Abbatem cō si. 57. 2. lib.

d ¶Quod episcopus. Vide Io. Fr. Balbum in tract. præscriptionum, in 3. parte sextæ partis principalis, in prima q. vbi refert verba Abb. hic. Seb. Sap.

e ¶Verisimiliora. Vtrum indistincte præferantur testes diſponentes verisimiliora, vide hoc per D. Ant. in d. c. licet causam, in 16. col. & quod ibi no.

† Adde dictis Panor. Qldr. consi. 274.

Universidad de Deusto
Biblioteca



aduocati episcopi, ℑ quem testes producuntur, ad hoc de te-
stib.c.2.lib.6.& tunc ſm Inno. non proderit præscriptio abba-
16 tis, nisi in capitulis probatis, vt ℑ.eo.c.cum olim. † Mihi nō pla-
cet hoc secundū membrum Inn. quia licet indefinita, in multis
æquipolleat vñi, iuxta not. in c.vt circa, de elec. lib.6. & bene fa-
a cit tex. in l.fi.ff.de vi.trit.& oleo leg. tñ aliud [a] dicendum in testi
b bus; [b] cum eorū dictum debeat concludere necessario, & non
pſumptiue, vt in c.in pūtia, de prob. nam indefinita posset veri-
ficari in duobus capitulis, seu iuribus eſpalibus, & in hoc no. di-
17 ctum Inno. † Sed primū membrum Inn. nō mihi placet in eo,
quod dicit, ꝙ si testes vtriusque sunt æquales, præferendi sunt
testes episcopi: quia concordant iuri cōi. nam possibile est, ꝙ
vtriusque testes verum dicant, ſ. ꝙ eps & abbas exercuerunt,
iuxta ea, quæ dixi in præced. q. Saluando tñ certo casu dictum
Inno. distinguo sic, ꝙ aut eps, & abbas dicunt se illa iura insoli-
dum possediſſe; & tunc cum impossibile sit, ꝙ duo illa eadem
iura possederint insolidum; sententiandū est pro eo, qui habet
præſumptionē iuris pro ſe, & iste est proprius casus, d.c.licet,
ver. ex præmissis, de prob. Aut dicit abbas, ꝙ exercuit, & posse-
dit illa iura, eſpo tñ excluſo; ſed ꝺ currente in exercitio, ita ꝙ lo
cus erat ꝓuentioni; & tunc ſniabit pro vtroque, cum vtrūque
sit possibile; quia distinctum, arg. c.cum tu, de testib. & eorum
18 quæ not. in d.c. pastoralis. † Facit optimè quod not. Bart. in l.si
duo.ff.vti possiꝺ. vbi dicit, ſi duo probāt æqualiter possediſſe ean-
dem rem, adiudicāda est eadē res vtrique, & de hoc vltimo dixi
19 plenè in d.c.licet. Nunc venio ad gl.& opp. ℑ tex. in eo, ꝙ epi-
scopus egerit super ecclesiis sitis in valle de Euescham, ℑ abba-
tem. vſ.n. quod debuisset agere ℑ capellanos, seu rectores illa-
rum ecclesiarum, vt in c.querelam, de elect. Sol. gl.2. hic ℑrium
sensit. & in effectu voluit sic soluere, quod aut agit de subiectio-
ne; & tunc non illi, qui possederunt iure subiectionis; sed ille,
qui dicit illos sibi subiectos, conueniri debet, quasi istius prin-
cipaliter interſit, & ita loquitur hic. Aut agitur de facto subie-
cti, vel rectoris; vt quia dī ipsum etiam ecclesiam occupasse; &
petitur deinde remoueri, & conuenitur ipse subiectus. & ita lo-
quitur d.c.querelā. Aut agitur de aliis iuribus, puta quia quis pe
tit censum, vel procurationem a capellanis; & tunc illos cōue-
nit; quasi principaliter interſit capellanorum, & non illius, qui
possiꝺet subiectionem. & hoc est meus huius gl. Extra gl. multa
dicunt. Vinc. sentit, ꝙ ℑ vtrūque potest agi; licet agatur de su-
biectione; & obtinendo ℑ vnum, alteri non fit præiudicium,
ℑ. de re ind. c.cum super, & c. suborta. no. bene hoc dictū Vinc.
& idē tenet Tanc. sed Phil. hoc limitauit; nisi is, qui dicit eos si-
bi subditos, sciuerit causam suā agi, & tacuerit, per c. ℑuis, ℑ.eo.
Inno. in hoc multa scribit hic, & in c. inter quatuor, de maior.
& obed. & in c.cū deputati, de iud. & c.cum super, & c.pen. ℑ. de
re iudic. Ego aliqua tetigi, in d.c. deputati & intra remitto. Sed
hic annectam, quæ dicit Inn. hic, qui primo dicit, ꝙ tunc nocet
taciturnitas hoc casu, qū lata est ſnia ℑ illum, ad quem primo
loco pertinet defensio; sciente illo, ad quē pertinet ſcḋo loco,
per preall. decr. ℑuis, & l. sæpe, ff. de re iudic. secus dicit eℑ, alleg.
d.c.cum super. & dicit quoſdā dicere, ꝙ primo loco spectat ad
prælatū defensio ecclesiæ, de cuius subiectione ag, ī, qui subie-
ctionem possiꝺet. secundo ad ministrū illius ecclesiæ, siue ad re
ctorē: secus, ſi ageret de possessionibus eccl. quasi per hoc sen-
c tiat Inn. ꝙ ſnia lata [c] super subiectione ℑ superiorē ipsam possi-
dentem, nocet subiectis sciēti. illam causam agi; quibus com-
petit ſcḋo loco defensio: secus, ſi est lata ℑ subiectos; quia tunc
non nocet superiori, licet sciuerit causam agi. Sed Host. ait, ꝙ p
illa iura c. ℑuis, & l. sæpe, potius esset dicendum oppositum. q.d.
Host. ꝙ magis esset imputandū ei, cui primo loco competebat
defensio: & permisit sequentem agere; quia poterat illū repel-
lere; & causam in se assūmere, quam ecōtra. Et forte melius di-
cit, ſi illa iura rectè pōderentur: sed dic, vt ℑ. Postea no. dicit In-
no. alios dicere, & forte melius ſm eum, ꝙ hoc casu non dī per
tinere primo ad vnū, secundo ad aliū; sed plenè & æqualr de-
fensio pertinet ad vtrūque. C. de libe. cau. l. principaliter. Et no.
20 quia hoc dictū satis mihi placet. † Nam (vt dicit Inn. & bene) si-
cut interest dñi, nō perdere subiectos; ita interest subiectorum
non mutare dñm, ad hoc alle. quod leg. & not. in c. humilis, de
maio. & obed. & in l. Imperialem, §. præterea Ducatus, de prohi.
feu. alie. coll. 10, & l. j. §. ex eadē, de cap. Conr. ea. coll. vbi dī non
posse dñm alienare feudū sine ꝺsensu vasalli, ne cōpellatur ha-
bere dñm, quem nolit; vel sibi nō expediat habere, in d.c. humi
lis. citantur plati inferiores, cum agitur de iure primatiæ: quasi
eorū interſit non habere nouum dñm, & superiorem, dicit ēt
Inno. ꝙ ſnia ℑ vnum ex prædictis lata, nō præiudicat alteri igno
ranti; sed scienti sic, per iura palle. sed certè iudicio meo hoc di
ctum se nō compatitur cum præcedenti. nam si ad vtrūq; per-
tinet defensio æque principaliter; ergo ſnia lata ℑ vnum, non
debet præiudicare alteri, etiam scienti, per iura, quæ ad suā opi.
adducit Inno. c. quamuis, & l. sæpe, loquuntur, qñ sententia fuit
lata ℑ cum, cui secundo loco competebat defensio; quia tunc
est quid imputandum tacenti, & scienti, cui competebat primo
loco defensio, quare permisit sequentem agere. nam vī litigaſſe
de suo consensu, ex quo potuit illū remouere, & non remo-
uit; & super hac ratione sunt fundata illa iura: sed qñ defensio
pertinet simul ad vtrūque, cessat hæc ratio; cū non sit quid im-
putetur tacenti in iudiciū non vocato; cum nō possit remoue-
re illū, cui principaliter sicut sibi, competebat defensio, cū exe-
queretur seu defenderet ius suum. vnde pp par interesse, negо-
tium agitatū cum vno, dī respectu alterius res inter alios acta,
ad hoc, ꝙ alteri non præiudicet, & ad hoc allego tex. apertū in
d.c.cum super, qui est singularis iudicio meo in hac materia, &
ibi latius hunc articulū examinabo; & sic intelligendo pōt sa-
21 luari dictum Vinc. & Tan. quod ſ. recitaui. † In compositione,
seu transactione fatetur Inn. ꝙ facta ab vno alteri, ēt scienti, nō
præiudicat, arg. in eo, quod leg. & no. in c. contingit, de transac.
quod est bene notandū: si ergo superior cōponit, & trāsigit su-
per subiectione, nō præiudicat subiectis etiā scientibus & tacē-
d tibus; nec ecōtra; [d] & hoc puto procedere respectu superiori-
tatis ecclesiasticæ. In ſecularibus verò dicerem, vt in Comita-
tibus, Ducatibus, & ſimilibus, de iure vendicare non posse;
cum sint publici iuris, nisi consuetudo aliud habeat. quo ca-
su poterunt vendi ad libitum, nō obstante contradictione su-
biectorum, & ſentit Bald. in cap. 1. §. ex eadem, de lege Conra.
collat. 10. & hoc casu puto, ꝙ dominus poterit solus in iudi-
cium subiectionem deducere, componere, & transigere; &
e præiudicabit subiectis [e] etiam ignorantibus: quia qui potest so-
lus vendere, potest fortius in iudicio experiri, & componere,
argum. in l. ait prætor, ff. de iure delibe. idem dico in feudo, vt

possit

ADDITIONES.

a ¶ Tamen aliud. Idem tenet Alex. in conſ. 110. inci. Visis acutiſſimis, in 3. col. in 1. vol. & Dec. in c. cum omnes, in 1. lec. in 1. col. §. de const. cum multis alleg. per Fel. hic, col. 14. Alex. in conſ. 68. in 2. vol. & in conſ. 39. in eo. vol.

b ¶ In testibus. No. limitationem ad regulam, quæ habet, ꝙ indefinita æquipol-
let vniuerſali. nam ista regula fallit in dicto testis; quia cum debeat necessa-
rio concludere indefinita prolata a teste, non æquipollet vniuerſali, puta ꝙ
testes deponunt qualiter canonici talis ecclesiæ conſenſerunt in electione
talis ſyndici: pars aduerſa dicit, est bene verum, ꝙ duo vel tres cōſenſerunt:
ſed in illa ecclesia sunt decem canonici. profectò illa indefinita prolata a te-
ste non æquipollet vniuerſali; nec probat, ꝙ omnes canonici conſenſerint:
immo nihil releuat, & idem quod Pan. hic, tenent Pet. de Anch. & Inno. in
c. quanto, de his quæ ſi. a præla. fine conſen. cap. & istam decisionem ſequi-
tur D. Alex. in multis conſilijs, in conſ. 110. incip. Visis acutiſſimis dubitatio-
nib. in 2. col. & conſ. 210. incip. Viſo & bene diſcuſſo proceſſu. in 2. col. & in
conſ. 250. incip. In causa & lite vertente inter Dños, pen. col. & in conſ. 476.
quod incipit, Viſo ſuperiore themate, in 4. col. & in conſ. 415. inci. Viſo pro-
ceſſu cauſæ vertentis inter Dominum Franc. ad fin. alibi tamen neſcio quo
ſpiritu D. Alex. tenuit contrarium, & male, in conſ. 118. in 2. col. Seb. Sap.

¶ An & quando indefinita æquipolleat vniuerſali, vide Bart. & Doct. in l. j.
ff. de reg. iur. & eundem Bart. in l. ſi plures, ff. de leg. 3. & in l. ſi quis ita, de te-
ſta. tut. & in l. ſi ſeruitus, ff. de ſer. vrb. præd. & Oldr. in conſ. 172. & per Paul.
de Caſt. conſ. 148. & vide Bart. in l. qui ædificium, ff. de ſer. vrb. præd. & ad
illud quod iſte dicit, ꝙ ſi ſunt plures canonici in eccleſia, & fiat mentio de
canonicis ſimpliciter, non intelligitur vniuerſaliter, vt eſt tex. & ibi per
D. Abb. & Moder. in c. cum acceſſiſſent, de conſtit. vbi fit mentio de canoni-
cis ſimpliciter; & quando fit mentio de canonicis vniuerſaliter, fit ibi men-
tio de capitulo. & habetur in c. cum M. eo. tit. de conſti. And. Sic.

c ¶ Sententia lata. Vide Io. de Imo. in l. a ſententia, col. 12. ff. de appell. cum mul-
tis alleg. per Alex. in repet. l. ſæpe, col. 86. ff. de re iud. Seb. Sap.

d ¶ Nec econtra. Vide Fel. in c. dilecti, ſupra de maior. & obed. in c. ad audien-
tiam, col. 2. ſupra eo. & Ial. in prælud. feud. char. 8. col. 3. Seb. Sap.

e ¶ Subiectis. Adde eundem conſ. 3.

¶ Adde ꝙ iſtam deciſionem ſequitur hic D. Ant. in 4. col. & D. Alex. conſ. 108.
incip. In cauſa, & lite vertente inter Peregrinum, in vlt. col. & in conſ. ſeq.
quod incipit, Viſo proceſſu, in 4. col. Et ex prædictis infero, ꝙ in rebus præ-
ſumitur pluralitas, & ſic habes colligere limitationem ad regulam, quę ha-
bet, ꝙ pluralitas in dubio præſumitur, niſi probetur. l. omnia, iuncta glo. in
ver. comprobat, C. de teſt. l. ſi. vbi no. Bar. C. ſi cer. pet. bon. tex. in c. in præſen-
tia. §. verum, 2. & ibi expreſsè not. D. Ant. de But. & alij, de prob. idem tenet
Bal. in l. 2. C. de erro. aduoc. vbi dicit, ꝙ in dubio non præſumitur pluralitas
ſententiarum, & ibidem Sal. no. ꝙ in dubio non præſumitur pluralitas teſta-
mentorum; & ꝙ non præſumatur pluralitas in actibus hominū, nec in per-
ſonis, niſi probetur, dicit Bal. in l. neque natales, in 2. col. C. de prob. ſic nec
præſumitur pluralitas in nomine proprio, ſm Bart. in l. ſi in rem. ff. de rei
vend. & Bart. in pulchra q. in l. ſi quis ſeruos, §. inter duos, in fi. ff. de leg. 2. ad
literam D. Ant. de But. in 2. a. in 2. col. in fi. de lib. obl. iſta regula multum re-
ſtringit contra dicta hic per la. An. Pa. & ſequaces, niſi dicamus, ꝙ prædicta
regula fallit in rebus, ita loquūtur hic Io. And. & Pau. vt ſup. colleg. & iſtam
limitationem expreſsè ponit D. Alex. nullam tamen mentionem faciens de
prædictis in conſ. 275. incip. In cauſa & lite vertente inter Alber. de Mainar-
in 2. col. vbi expreſsè conſuluit, ꝙ in rebus præſumitur pluralitas, niſi iden-
titas probetur, alle. no. per Iac. Butr. & Bal. in d. l. 2. C. de erro. aduo. Seb. Sap.

¶ Circa hoc an pluralitas præſumatur, dicas ꝙ in perſonis, & in actibus homi
num non præſumitur, vt per Bald. in locis hic alleg. & in l. edita, C. de eden.
& per Paul. de Caſt. in conſ. 35. nec etiam præſumitur in delictis, ſecundum
Bald. in l. ſi duo. in §. 1. ff. de arbit. & habetur per gl. in l. vulgaris q. ff. de furt.
& per Alexan. in l. is, qui reus, ff. de publ. iud. nec etiam præſumitur in teſti-
bus, vt hic per Bal. in l. fin. C. de reb. cred. & per Alex. in l. diuus, ff. de cuſt. reo. &
per Bald. in l. conuenticula, C. de epiſc. & cler. in rebus autem præſumitur
pluralitas, vt per D. Ant. in c. in præſentia, de prob. & in c. cum Io. de fide in-
ſtrum. & per Bald. in l. conuenticula, præalleg.



possit dominus cum vniuersitate illud in alium transferre & ex
periri in præiudiciū vasallorum, seu sine consensu eorum, vt in
d.§. ex eadem. Poterit etiam sine vniuersitate, si cōsuetudo hēt,
vt solus possit alienare, de quo in d.c.j.§. ex eadem, & in c. impe
rialem, §. præterea Ducatus, de prohi. feud. alie. Finaliter Inno.
hic circa ordinem agendi distinguit; ꝙ aliqñ possidet quis iura
aliqua: aliqñ non possidet, sed tm in eo possidentur, inter quæ
duo scilicet est differentia notanda. ponit exemplum, qñq; est
aliquis in possessione, ꝙ non teneatur ire ad concilium; vel ꝙ
possit ordinari, & benedici a quo maluerit epo, & consimilia. ℑ.
eo.c.veniens. quandoque vero non possidet hæc iura, sed ab a-
lio possidentur in eo, sicut monasterium (de quo hic agitur) di
cebat se possidere, quædam iura in quibusdam ecclesijs: quę tñ
ecclesiæ non possidebant, neque possidere poterant in seipsis,
quia nullus potest in seipso ius vel seruitutem habere: nec mi-
rum, quia nec in re propria quis potest habere seruitutē. l. in re
cōi, ff. de ser. vrb. præd. hoc vltimo casu potest agi. ſ. ℑ vtrūque,
scilicet ℑ detinentem subditos, & ℑ subditos, qui non obediūt.
ℑ detinentem vero agi potest. quia sua interest, cum sit in pos-
sessione subiectionis, vt hic, & c. inter quatuor, de maio. & obe.
contra subditos vero agi potest, quia actorem non patiuntur
vti iure suo, sibi non obediendo. Item sicut interest prælatorū
non perdere iura sua, quæ habent in subditos; ita quandoq; in-
terest subditorum non mutare dominos, vt ℑ. dixi. Et ex hac rō
ne dicit Inno. ꝙ subditi possessi admittuntur ad defendendam
litem, & ad assistendum defendenti, & appellandum, vt no. ℑ. tit.
proxi. c.cum super, & hoc membrum satis placet Io. An. & ere
do verissimum per ea, quæ superius dixi, & ꝙ possit agi ℑ pos-
sessium, allego c.cum inter, & d.c.cum super, j. tit. proxi. facit c.
cum dilectam. de confir. vti. In præcedenti vero membro, cum
quis possidet aliqua iura, non aūt possidentur in eo, dicit Inno.
ꝙ prælatus talis possessoris, siue sit reus, siue actor, nō potest su
sistere conuenienti, vel conuento, nec appellare, cum eius non
intersit. 2. q. 6. c. non solent. quid enim ſm eum interest epi dice
cesani, si clericus suus vadat ad cōcilium, vel synodum alterius
epi, dummodo episcopo nihil detrahatur? hæc dicta non pla-
cent Host. dicenti se non posse capere ista verba. non enim con
cipiebat, qūo possit esse, ꝙ meus subditus teneatur ire ad alte-
rius synodum, vel ꝙ possit ab alio benedici, vel ordinari, vel ꝙ
alius possit habere in eo aliquam seruitutem, quin & mihi ali-
quod præiudicium generaretur. D. Ant. concordando dicit, ꝙ
dictum Host. posset procedere, qñ esset aliàs respectu horū iu-
rium subiectus; sed qñ in illis prætendit se liberum, procedit di
ctum Inno. nisi dicatur ſm eum, ꝙ tunc interest episcopi, vt li-
ber sit potius, quam habeat alium dominum pp faciliorem vē
ditionem, ad hoc ꝙ no. in cap. veniens, 2. de testi. putat tamen,
quòd licet hoc casu possit superior assistere defensioni, libel-
lus tamen esset dictandus contra prætendentem se liberum.
Ego puto dictum Inno. verius indistincte, ꝙ ex quo conueni
rior istius non est admittendus, ēt vt assistat in lite; sicut pōt
subditus, acceptando beneficiū, ab alio illi se obligare sine prio
ris præiudicio. iuxta no. per Inn. in c.cum iam dudum, de preb.
facit c.3. de temp. ord. lib.6. & vasallus vnius, pōt recipiendo feu
dū ab alio illi se obligare, sine prioris ꝓiudicio. vt in c. 2. de ph.
feu. alie. per Lotha. colla. 10. ita pōt, & debet iste solus de illis iu
22 rib. litigare, facit quod no. Inno, in c. conquerētes, de offic. ord.
& in c. dilectus, de appel. Opp. secundo, & vī. † ꝙ abbas nequiue
rit ℑ epm præscribere iura epalia, per c. cū non liceat, ℑ. eo. Sol.
dicit gl. 4. ꝙ aut queritur, nunquid abbas possit præscribere suā
propriā libertatem, vt ſamplius non ſubſit epo, & dicendum ꝙ
non: alius tñ bene potuisset subiectionem in eo ℑ epm præscri
bere, concurrente titulo, cum hæc præscriptio sit ℑ ius cōe, vt
in d.c.cum non liceat, iuncto c. j. proxi. Aut quæritur nunquid
abbas possit præscribere ecclesias epo subiectas, vt ibi pleno
iure subsint, & non epo: & dicēdum est ꝙ sic, vt hic. Gl. vero red
dit diuersitatis rōnem inter hunc casum, & præcedentem; & di
cit rōnem esse, quia abbas, vel quis alius seipsum possidere nō
pōt, sicut nec imperare sibi pōt. l. ij. ff. de arb. merito non pōt ꝑ-
scribere seipsum ℑ epm, cum sine possessione ꝑscriptio non ꝓ-
cedat, vt in reg. sine possessione, de reg. iur. lib.6. sed alias eccle-
sias bene pñt possidere, merito illas præscribunt, vt hic, & j. ea.
prox. & pondera bene, quia gl. aperte sentit, ꝙ abbas ēt epo sub
iectus potest præscribere iura epalia in ecclesijs subiectis epo;
licet ipse abbas remaneat sub episcopi obedientia, & hoc in ef
fectu voluit hic Inn. & clarius ℑ. eo. c. cum olim, in fi. & vide cir
23 ca hoc, quod plene dixi in d.c.cum non liceat. † Contra hoc gl.
ista in secunda parte oppo. de c.quamuis. 68. dist. Sol. in effectu
bene, ꝙ ea, quę sunt ordinis epalis, per inferiorem præscribi nō
pñt; & probatur clarius in c.quanto, de cōsue. Sed alia, quę sunt
iurisdictionis, siue ſpectent ad legem dicœcesanam siue ad legē
iurisdictionis, præscribi pñt, vt hic, & ℑ. e. c. cū olim, & intellige,

ꝙ requiritur titulus putatiuus, cum ius cōe resistat, vel tm̄ tps,
de cuius initio, memoria hominum non existat, vt in c. j. eo. tit.
lib.6. hic aūt ſuberat illud priuilegium Celestini, licet aūt incer
tū, tñ putabat Abbas; ꝙ verificaret in illis ecclesijs. ſufficit, n. in
24 hoc error probabilis, vt l. ꝙ vulgo. ff. pro empto. † Opp. 3. in eo,
ꝙ hic Abbas proposuit ℑrias defensiones, ſ. priuilegiū, & ꝑscri-
ptionem. nam ꝙ meū est, ex alia cā meum fieri non pōt, nisi de
fierit esse meū. c. inter dilectos, §. cæterum, de fid. instr. tanḡ er-
go proponens ℑria, non erat audiendus, in c. ſolicitudinē, j. de
app. & l. vbi repugnantia. ff. de re. iu. glo. in ver. præceſsiſſe, ſoluit
duo. mo. Primo, ꝙ has exceptiones nō proposuit Abbas simul,
ſed de vna transiuit ad aliam, secundo, ꝙ eas proposuit disiun-
ctiue, vt ſi vna non sufficeret, alia iuuaretur. Ego remitto ad gl.
in reg. nullus pluribus, de reg. iu. lib.6. & no. in c. veniens. ℑ. e. ple
ne per Bar. in l. nemo. ff. de exce. & vide quod dixit post Io. An.
Io. de Lig. in c. imputari, de fid. instr. & dic vt ibi. Et dicit hic Inn.
vnum menti comendandum, ꝙ proponens exceptiones ℑrias
intelligit proponere sub disiunctione, quasi ſi vnū nō poterit ꝓ
bare, aliud probet, arg. d.l. nemo. & ff. de inoff. teſt. l. veterani. §.
ſed nec impuberis. Opp. quarto ℑ tex. in eo, ꝙ Papa mādat ad ꝓ-
bationē libertatis eccleſiarū inſpici priuilegiū regū ſecularṁ,
nā principes ſeculares ſuper huiuſcemodi, nō valent priuilegia
concedere, vt in c. dudum, de deci. & 96. diſt. bñ quidē. Sol. dic,
vt no. in gl. in verſ. ſi per illa. non. n. reges cōceſſiſſent libertatē
ſuper ſpūalibus; ſed ſuper temporalib. Papa vero Celeſtinus (vt
in ſra dī.) eximit in ſpūalibus, referendo ſe ad priuilegia illorū
regum, puta dicendo ꝙ illa loca q̄ illi reges exemerūt in tpalib.
& ꝺtulerūt monaſterio, ipſe eximebat a ptāte eporū, & aliorū
ordinariorū, & pleno iure illa tribuebat monaſterio. aduocatus
monaſterij incaute ꝓduxit ſolū priuilegiū Celeſtini, per qđ nō
potuit ꝓstare an illa vallis de Eueſchā eſſet ille locus, cū Papa re
tuliſſet ſe ad priuilegiū illorū regū. iō ad verificationē, & liqda-
tionē priuilegij Celeſtini, Papa mādat nūc inſpici priuilegia re-
gū. debuit ergo aduocatus eſſe cautus, vt ꝓbō ꝓcluderet neceſ
ſario: facit in ſimili qđ no. in Spe. de loc. §. nunc aliqua, verſ. 58.
in fi. & ver. ſeq. Et dicit hic Ioan. And. ſe aliter praticaſſe ſimi-
25 les caſus. † Quidam bidellus conduxit equum ad certum lo-
cum qui mortuus eſt in via, nāliter, vt dicebatur. locator pete-
bat emendam equi, cōductor probauit in genere equum mor-
tuum nāliter, probauit enim per illos, qui ſecum erant, ꝙ equus
quem eqtauit die tali mortuus erat naturaliter. dicebat dictus
locator probaſti vnum equum mortuum, ſed non illum, quē
a tibi locaui, quare probatio te non iuuat, a & bene dicebat, vt pa
tet ſm eum. debuerat ergo formaſſe articulos ſuper ſignis eq,
26 & probare illum equum mortuum. † Similiter dicit ſe vidiſſe in
quodam infortiato, ꝙ ſcholaris debitor petebat poſt annum à
creditore vniuerſitatis mercatore, qui dicebat ſe vendidiſſe. qđ
licebat ex pacto, & probauit, ꝙ vendiderat vnum infortiatū, ſed
probatio non proſuit; quia non probauit de illo, cuius interſi-
gnia debuiſſet capitulis expreſsiſſe, vt ſ. dictum eſt de equo.
27 † Et hæc ſunt vtilia ad inſtructionem nouitiorum aduocatorū
quos ēt inſtruit hæc decre. in alio, ſ. ꝙ non arctent ſe, vel clien-
b tulos habentes probare præſcriptionem [b] ſolum ad tps. preſcri-
ptioni neceſſarium. puta 40. an. ℑ eccleſiam: quia ſi ſic ſe arctāt,
facile inuenietur aliquid interim occurriſſe, ꝙ fecit dormire ꝑ
ſcriptionē, puta vacationem, ſchiſma, vel hoſtilitatem, vel his ſi
mile, quo ꝓbato, inutilis erit hæc ꝓbō. vñ aduocati moderni ſic
formāt articulos. intēdit ꝓbare, ꝙ poſſedit rē talē 40. vel 50.
an. vel plus, tanto tpe, cuius initij vel ℑrij nō eſt memoria, & ſic
teſtes deponat de q̄ remoto tpe nouerint, ſm Io. An. no. in prā-
28 ctica. † Ego vero adduco ad proxime ꝑcedentia quæ no. Bart.
poſt gl. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. oper. nun. vbi
gl. dicit, ꝙ ad deſtructionem operis, non ſufficit probare opus
nouum fuiſſe nūciatum, niſi probetur, ꝙ poſtea fuit ædificatū,
quia probatio actoris debet eſſe clara: & optime facit c. in ꝑsen
tia, de prob. vbi nō ſufficit probare in genere, ꝙ ille erat minor
annis, cum intrauit religionem, quia poterat eſſe minor 25. tñ
29 maior 14. † Et per gl. prælle. dicit Bar. ſe diuiſſe in qōne facti, ſta
tuto cauebatur, ꝙ in talib. pratis non pñt tenere homines be-
ſtias ad paſcēdum intra terminos deſignatos, & ſic in certa par
te prati poterant paſcere, ſed in certa non: fuit quidam accuſa-
tus eo, ꝙ tenuerat beſtias in dictis pratis, non tñ fuit dictū intra
terminos aſſignatos, & ſic ſimplr fuit probatū, ꝙ dēbat ſeq ab-
ſolutio, & non condemnatio, alle. ēt d.l. de pupillo. §. q nūciat.

ff. de

ADDITIONES.

a ¶ Non iuuat. Idem tenet Alex. in conſi. 128. incip. in cauſa vertente inter Pere
grinum, in vlt. col. in 1. vol. & in cōſi. 119. inci. viſo proceſſu, ſuper cauſa ver-
tente, in 2. col. in 1. vol. ſed de veritate dubitat D. Ial. in l. non hoc, col. 3. ver.
9. ad iſtam regulam, C. vnde legiti.

b ¶ Præſcritionem. No. formam articulandi, quando quis intendit probare
præſcriptionem. & vide D. Ant. hic, in 11. col. & in c. licet cauſam, de prob.
in 7. col. & quod ibi late no.

Universidad de Deusto
Biblioteca



ff.de no.oper. nunc. per quæ dicit, ꝙ qñ vnum & idem factum non est punibile in qualiber parte loci, debet exprimi, & probari illa pars loci, in qua factum est punibile, pro hoc vī tex. in l.j.in fi.cū l.seq.ff.de incen.rui.nauf. & idē dicit in diuersitate tēporis. pone licitū est vigore statuti post mediū mensis Martij pasturare in certis pratis; nō ante. accuso Titiū, ꝙ pasturauerit de mense Martij, & ita gñaℓr probo; est ne ꝺdemnandus? certè nō: quia factū in parte dicti mensis est punibile, in parte non. ad hoc ergo ꝙ sequatur ꝺdēnatio, oportet ꝙ exprimat & probe-
a tur illa pars loci in qua factū est punibile; [a] pro hoc facit, quod no.ff.de neg.gest.l.eum actū, in fi. vbi est quasi expressum, facit gl.not.in clem.fi.de rescrip. Prędicta procedunt, qñ actor clarè suam intentionem non probauit, pro quibus vī casus in d.c.in
30 præsentia. † Sed qñque ꝺtingit, ꝙ probatio redditur dubia pp exceptionem rei; & ipsa probatio exceptionis, est etiam dubia pp probationem actoris. pone exemplum, accusatur Titius, ꝙ vulnerauit Semproniū de mense Maij, Titius verò probat ad sui defensionem, ꝙ ille potuit offendi de iure municipali: quia erat bānitus, & producit bannimentum factum in medio mensis Maij, & sic per exceptionē aduersarij est dubiū, an talis percussio fuerit delictū, vel non; est hoc est an fuerit percussus ante bannimētum, vel post. Pone aliud exemplum: statutum est, ꝙ nobiles nō possunt intrare palatium, nisi tpe consilij. quidā nobilis accusatur, ꝙ intrauit palatium de mense Maij. ipse verò probat ad sui defensionē, ꝙ fuit factum ꝺsiliū de illo mense. an aūt intrauerit tpe consilij permisso, vel tpe prohibito, dubitat; quæro, an absolto, an cōdemnatio sequi debeat? & primo vī ꝙ nō sit absoluendus; quia sicut actor debet intentionē suā clarè probare, vt in iuribus ī.alleg. ita & reus suam exceptionē: quia in excipiendo fit actor. l.j.ff.de excepr. & in l.in exceptionibus. ff.de prob. & vī expressum in l.matrem, C.de prob. Bart. notāter dicit, ꝙ in delictis. [b] in dubio debemus præsumere actū factum tpe quo licet, vt sic delictū viretur. l.merito.ff.pro soc. & l.interpretatione.ff.de pę. facit quod dicimus in testibus, vt per
b presumptionem actus multiplicati, seu geminati, reducant ad ꝺcordiam, ne periurio notentur, vt in c.cum tu.de testi. Ad idē est optimus tex. iuncta gl. in l.2. C.de per.here. ibi. n. fundata intentione actoris, excipiebat reus de titulo suæ emptionis: sed dubitabatur, an dicta emptio præcesserit litem, vel fuerit secuta; & dicit ibi gl. ꝙ in dubio ꝑsumitur præcessisse: quia alia præsumptio faceret delictū, ꝉ ꝺctum litigiosum. Si autem sumus in aliis nō delictis, tunc si excipiens clarè nō probat suā intentionē, debet in dubio succubere, vt hic, & in d.l.matrem, not. gl. in cle. fi. de rescr. & facit l. Titiæ textores, de leg.j. In causa tñ liberali dicit Bar. ꝙ staret pro libertate, nisi alius esset in possessione seruitutis; & hoc, si ꝺueniatur: si autē ageret, dicens se liberā vel liberū, credit idem quod supra, ſ. vt habeat plenè probare; & p
31 hoc d.l. matrē. † Item prędicta faciunt, ꝙ ille, qui petit centum occasione mutui, debet probare mutuū factum ante libellum datū; aliàs succumberet, vt in c. Abbate sanè, de re iud. lib. 6. circa fi. no. in l. & an eadē, §. actiones, ff. de excep. rei iud. & hęc sin-
32 gulr notabis, quia aperiunt intellm ad multa. † Sed ꝺ ꝑdicta in co, quod dictū est, ꝙ in delictis exceptio dubia releuat, nō ꝓsumat delictū: fortiter facit quod ipse Bart. no. in l. Aurelius, §. idē quæsiit. ff. de lib. leg. vbi dicit, ꝙ si accusatus de homicidio exci-
c pit, quod hominē illum interfecit ad sui defensionem, [c] potest ex sua cōfessione damnari; quia licet confessio sit sub vno constructu, & qualificarè prolata: tñ quia præsumptio orta ex homicidio, est ꝺ contitentem, potest recipi confessio, quatenus est ꝺ confitentem; & respui, quatenus est pro eo; & facit quod in simili not. in cap. cum accessissent, de constit. sed saluando prędictum dictum, posset dici, quod procedit, qñ exceptio est probata; sed probatio est dubia: secus, qñ non constat, nisi per confessionem, quia cōfessio non releuat confitentē, vbi præsumptio est ꝺ eum, vt no. in c. cum accessissent. 14. q. 2. in princ. puto tñ quod ex illa sola confessione non debeat damnari, saltem capitaliter: quia in tali pœna inferenda, probationes debēt esse luce meridiana clariores. l. sciant cuncti, C. de prob. canonizata, 2. quæst. 7. c. sciant, & l. qui sententiā. C. de pęn. & optimè facit, quod not. est hic, cum illa confessio non emanauerit purè, sed qualificatè: nec ex præsumptione, licet vehementi, debet quis de tanto crimine ꝺdemnari, vt in c. literas, de præsump. facit quod no. Inno. in c. quia verisimile, de præsump. vbi dicit nō tanter, ꝙ qñ iudex procedit super delicto ex præsumptione, debet multum temperare suam suam, maximè ne condemnet, nisi rarò & modicè ad pœnam corporalem, vel ad pęnam pecuniariam. vide ad prędicta quę dixi in c. tertio loco, de pro
33 bat. & in c. in præsentia, eo. tit. † Oppo. quinto, quia interruptio facta in vno articulo iurisdictionali, debet prodesse quoad totam iurisdictionem; quia qui aurem hominis tetigit, totum tetigisse vī, vt in l. vulgaris, ff. de furt. canonizata, de pœnit. dist. 1. c. vulgaris. Sol. glos. in ver. interruptionem, tangit, sed formaliter non soluit: dicit tñ & bene, ꝙ licet præscribatur in vno capitulo, non tñ præscribitur in alio, sic interruptio facta in vno, non prodest in alio. & no. gl. & limita præcedens dictum glos. vt no. Inno. in c. dilectus, de capel. mon. & ī. aliquid retigi, Host.
d verò soluit ꝺrium de d.l. vulgaris. dicens ꝙ illud ius, [d] & similia loquuntur de indiuisibilibus, & cōtiguis, ad hoc l. eum actum, ff. de neg. gest. & ff. de vsuca. l. rerū mixtura; facit de pręb. c. quia sæpe, & c. antepen. lib. 6. de consec. eccl. vel alta. c. vno, eod. lib. de sent. excom. c. si ciuitas, in fi. eo. lib. Hoc verò cap. & similia procedunt in diuisibilibus, & separatis. cum verò abbas possideret vt iurisdictionem episcopalem, interruptio nō prodest, nisi in articulis, in quibus facta sunt interruptio. ita exercitium in vno articulo, non extenditur ad totam iurisdictionem, alio
34 illam vt possidente, vt not. Inno. in d.c. dilectus. † Glos. vltima diuiditur in tres partes. In prima colligit, quod taciturnitas prę lati ecclesiæ nocet in præscribendo. In ꝺrium oppo. de cap. nihil. ī. eo. & remittit ad ibi nōr. & dic vt ibi. Tenetur tñ prælatus de suō satisfacere ecclesiæ in eo, quod ecclesiam lęsit, permittendo præscriptionem ꝺ eam currere, vt dicit glō. sing. in c. placuit, cl 2. 16. q. 3. In secunda parte glos. quærit, an non valenti agere currat præscriptio, & no. eam, & dic, vt plenius dixi ī. eo.
35 in c. ex transmissa. † In tertia parte quærit, intra quantum tempus debeat læsus ex prescriptione petere restitut. in integrum. & sic tacitè præsupponit, ꝙ ꝺ præscriptionem potest peti restitutio, quod est verum ex clausula generali, iuxta ea quæ dixi, ī. eo. in c. vigilanti, sed iure speciali, puta quia ecclesia, dic vt dixi
36 plenè ī. eo. c. 1. † Extra glos. quæro, quid si singulis annis debes mihi decem: & cessaui petere, tolleturne debitum præscriptione? de hoc plenè not. in l. eum notissimi. C. de præscr. trig. ann. Io. And. post Goffr. distinguit, ꝙ aut debetur ex stipulatione, aut ex legato. Primo casu, quia stipulatio vnica est; & vnicam obligationem inducit, vna præscriptione tolletur, ad hoc l. senatus, §. fin. ff. de don. cau. mor. Sed o casu, quia legata sunt plura, cū tot sint quot sunt annuæ prestationes, d.l. senatus, in fi. tot sunt necessariæ præscriptiones, quot sunt petitiones, quæ competunt ad ipsa legata; & sic tale legatum non perit non vtendo, sed currat præscriptio a principio singulorū annorum, d.l. eum notissimi. hæc fuit opin. glos. in d.l. eum notissimi. Vide plenius de materia in Spec. de loc. §. nunc aliqua, ver. 41. Sed Docto. Vltramon. tenuerunt ꝺrium, vt not. Cyn. in d.l. eum notissimi. dicentes, ꝙ tam in legato, ꝙ in stipulationibus præscriptio incipit quolibet anno per istum tex. quiī illa æquiparare. Sed Bart. ibi nititur sustinere opin. illius gl. dicens, ꝙ vbi obligatio est orta de præsenti; licet exactio sit dilata in diem, incipit vniformiter præscriptio ꝺ debitum annuum: sed vbi obligatio non est orta de præsenti, sed oritur quolibet anno, vt in legato simpliciter annuo, procedit ꝺria opinio; quia cum obligatio sit in diem, non currit præscriptio, nisi a tpe extantis obligationis, & sic intelligit d.l. eum notissimi, ſ. illud. Ex hoc concludit, ꝙ non est ꝺria inter legatum, & stipulationē, sed debemus in vtroque animaduertere, an obligatio sit nata de præsenti, licet dilata sit exactio; an verò obligatio sit in diē. non autem ponit exemplum, qñ in legato annuo esse potest orta obło de pñti; sed potest sic poni iudicio

ADDITIONES.

a ¶ Punibile. Facit quod refert Paul. de Cast. in l.j. §. in eum. ff. ne quis eum, qui in ius voca. vbi refert Mar. Sil. determinasse, ꝙ stante statuto, ꝙ villa teneatur pro homicidio commisso in suo territorio, si reperitur homo occisus in illo territorio; & non fuit probatum, ꝙ super illo territorio fuisset occisus, defendit villam a tali condemnatione, quia potuisset esse occisus in alio territorio, & delatus seu portatus super illo territorio. Vide etiam ad prędicta, ꝙ pulchrè decidit Io. And. in c.1. de homic. in 6. in Nouella. vbi refert se euasisse quendam prælatum a pœna imposita de iure prælato facienti assassinari Christianum, vbi est rex. nam bene probatum est, ꝙ prælatus fecerat assassinari quendam hominem; sed quia non fuerat capitulatum, nec probatum ꝙ ille homo esset Christianus, defendit illum prælatum a pœna. & idem dicit Bal. in l. si quis non dicam rapere, in 3. col. C. de epis. & cler. & illam decisionem refert, & sequitur in multis locis D. Alex. in cons. 213. incip. Visis & opportunè discussis, in 2. col. & in cons. 365. incip. Visо processu inquisitionis contra Peregrinum, & in cons. seq. quod incipit, Visо processu inquisitionis formatæ contra Ant. in 9. col. & in cons. 347. incip. Visо processu causæ vertentis inter vniuersitatem, in 6. col.

b ¶ In delictis. Quomodo hoc procedat, vide Aret. in c. cum dilecti, in 7. no. infra de accus. Fel. in c. nonnulli, §. sunt & alij, col. 6. supra de rescrip. & in c. 1. col. 4. supra de re iudic. & late per Doct. in c. in præsentia, in 12. not. supra de prob. Seb. Sap.

c ¶ Defensionem. Adde Lud. Rom. sing. suo 28. incip. Accusatus de homic. & ibi in apost. ad ipsum Hipp. de Marsi. sing. 125. incip. Confessio inquisiti. plenissimè per Lanfr. in c. quoniam contra falsam, §. confessionem, nu. 12. ver. quæro iuxta præmissa. & ibi diffusè & remissiuè in apostil. Cel. in ver. defensionem, supra de prob. de quo vide Bal. cons. 225. incip. Dauanti di voi. vol. 2. & quod dixi in apost. ad ipsum, in c. bonæ, il 2. num. 13. in apostil. in ver. ad sui defensionem, ī. de postul. prælat. Zach.

d ¶ Illud ius. Vide D. Ias. in l. de quibus, col. 7. de legib. vers. no. tu diligenter. vbi dicit, ꝙ illa regula, quæ habet, & tantum intelligitur præscriptum, quantum possessum, & non plus; fallit quando aliquis venit accessorie, vt puta præscripto fundo, intelligitur etiam præscripta seruitus fundo debita, quod multum extollit, vt ibi per eum. Seb. Sap.



ni iudicio meo. Dixit testator lego mille nepoti meo; & volo ꝙ tradantur sibi decem annuatim. solum enim hoc casu est dilata exactio, argu. l. ex his. C. qñ di. leg. ce. Et pro primo mēbro Bar. ego adduco c. de quarta, supra eo. vbi patet ꝙ vnica præscriptione quadragenaria, tollitur quarta decimarum debita epo, quæ communiter soluitur quolibet anno: quia obligatio est orta de præsenti, licet exactio sit dilata ad tempus debitum.

SVMMARIVM.

1 *Procurationes, quæ debentur prælatis visitantibus, nō possunt præscribi etiam per tempus, de quo non sit memoria in contrarium. 4. rationes ponuntur inf. nu. 11.*
2 *Archiepiscopus potest visitare etiam diœceses suorum suffraganeorum, & audire confessiones & absolutiones facere.*
*Archiepiscopus habet aliquo casu, iurisdictionem in subditos suffraganeorum. 11*
3 *Archiepiscopus potest visitare monasteria, & alia loca pia suę prouincię.*
4 *Bona fides non sufficit ad vsucapiendum, quando lex prohibet vsucapionem.*
5 *Præscribi si non potest principale, nec accessorium est præscriptibile.*
6 *Procurationes quis potest præscribere petendo, non negando.*
*Quędam iura episcopalia præscriptibilia.*
7 *Prędicatores licite possunt petere temporalia, pro sustentatione.*
8 *Militare nemo cogitur stipendiis suis.*
9 *Procurationes quare sunt debitę prælatis; cum habeant redditus suorū beneficiorum, ad hoc vt visitent diœcesim.*
10 *Redditus episcopatuum, non omnes integri debentur prælatis.*
11 *Archiepiscopus an iure possit excommunicare subditos suffraganei denegantes sibi, aut procurationes, aut hospitalitatem.*
12 *Procuratio an aliquo respectu sit præscriptibilis, aut in totum aut in partem.*
13 *Consuetudo si est rationabilis, tollit ius publicum, etiam quod non interueniat consensus Papę.*
14 *Procuratio an possit remitti per prælatos, aut in totum, aut in partem sine expresse, siue tacite.*
15 *Procuratio an possit commutari in aliud; puta quod clerici sint obligati pro procuratione aliud dare, siue volentes, siue inuiti.*
16 *Archiepiscopus concurrit cum suffraganeo, siue negligente, siue non, in visitatione diœcesium, & præfertur Archiepiscopus.*
17 *Illud, quod debetur ratione consuetudinis, potest contraria consuetudine tolli: sed si aliter deberetur, non posset tolli consuetudine.*
18 *Ordinarius si est delegatus Papę, potest procedere vtraque authoritate. 19. & tunc ab eius sententia appellatur ad Papam. 25.*
*A sententia episcopi, appellatur ad Patriarcham.*
*Ordinarius & idem delegatus potest in eadem causa, partim ordinaria, & partim delegata iurisdictione procedere.*
19 *Ordinaria iurisdictio, non censetur renouata per delegatam. numero 20. 21. 23.*
21 *Inquisitor hęreticę prauitatis, nō perdit officiū, per mortē committentis.*
22 *Iurisdictio ordinaria censetur tunc renouata per delegatam, quando princeps delegat ex certa scientia.*
23 *Papa licet mādet episcopo, vt prouideat alicui de prębenda: tamen si ip se prouidet alteri, valet collatio; licet veniat puniendus.*
24 *Exceptio litis pendentiæ si non opponatur, non vitiat plures processus coram pluribus super eadem causa agitatos.*
*Duę potestates delegatę diuersæ possunt in eadem persona.*
26 *Processus factus coram ordinario, qui processit tanquam delegatus, an valeat. 32.*
27 *Protestatio si est contraria facto, factum prędalet.*
28 *Iudex vel tutor, qui in veritate habet officium, si ipse ignoret, & procedat circa aliquem actum explicandum, annullat illum.*
29 *Sententia lata super aliquo iure, quod non faciat ad propositum, non est nulla; maxime si potest alio iure sustineri.*
1 **Si diligenti.** † Qui alieno nomine possidet, nō præscribit: nec etiam is, qui proprio, nisi habeat bonam fidem, & iustū titulum. ita summat Io. And. & satis conuenit literæ quoad corticem. Sed ad intellectū adde, si præsumptio est ℨ eum: Hoc dico, quia titulus non requiritur in præscriptione quadragenaria ℨ ecclesiam, nisi cum ius cōe, vel præsumptio est ℨ præscribentem, ut in c.j.eo.tit.lib.6. Diuditur. nam primo inducit vnā rationem ℨ Archiep̄m; & secundo reprobat excusationem ipsius per locum à diuisione. Secūda, ibi. Nos igitur. Casus literalis. Archiepiscopus Pisanus fecit sibi prestari iusm fidelitatis nomine suo, & ecclesiæ Pisanæ à Marchione Massæ iudice Calaritano pro ipso iudicatu; cū tñ iudicatus ille pertineat ad Roma. ecclesiā. Papa hoc intelligēs mandauit Archiepo Pisano, ut illum absolueret ab illo iudice, pro ecclesia Rom. & hoc idem fecit antecessor ipsius; Papa audita responsione Archiepiscopi, & alijs, quæ nuncij proponere voluerunt, rescripsit eidem Archiepiscopo in hūc modū dicens, q̄ iudicatus Calaritanus ad ius & proprietatē Romanæ ecclesiæ pertinet, sicut tota Sardinia, nullo mediante. vnde nō licuit ei pro se vel ecclesia sua, prædictum exigere iurm; & intelIectis, quæ nuncius ipsius proposuit corā Papa, non intellexit ipsum, vel ecclesiam suam aliquo iure iuuari, cum authoritate apost. si super hoc non ostendat per quem iusm illud aliqñ sit exactū; nec præscriptione aliqua muniatur: imo fm confessionē Archiepi, non ecclesia Pisana, vel ipse Archiepiscopus fuit in quasi possessione exigendi hmōi iusm, quod ab ipsis iudicibus pro se. Apost. confitentur fuisse receptum. per quod constat, q̄ eccl. Rom. semper fuit in quasi possessione: quia ministrio illius, & antecessorum suorum pro Roma. eccl. exactū fuit, & præstitum hmōi iusm. ille. n. possidet cuius nomine possidetur. si vero dicat Archieps, q̄ nomine suo, & non nomine Ro. ecclesiæ iusm fuit exactum, posset ei inferri. q̄ ipse violauit iuramentū præstitum pro conseruando iure, & honore Ro. ecclesiæ; vñ licite retineri non posset, quod ℨ iusm huiusmodi fuerit scienter obtentum; quia etiam fm hoc, locum præscriptio habere non posset, cum in præscriptione rerum ecclesiasticarum, bona fides & iustus titulus exigantur, etsi præscriptio locum posset habere; non tñ posset centenariam præscriptionem probare, quæ sola currit ℨ Romanam ecclesiam. Ber. No. j. q̄ tota Sardinia pertinet ad ecclesiam Romanam nullo mediante, & sic habet ecclesia Romana iura Imperij ibidem, sicut habet in toto patrimonio ecclesiæ, ut in c. per uenerabilē. qui fil. sint leg. & habuit Papa illam insulam Sard iniæ ex donatione Constantini, & aliorum Imperatorum, una cum aliis prouincijs, ut in c. tibi dño; & in c. ego Ludouicus 66. dist. 69. dist. c. Constantinus. & de Sicilia, qualiter pertineat ad ecclesiam Romanā, vide in c. mandat a. de præsump. & melius in cle. pastoralis. de re iudi. & c. ad Apost olicæ. co. tit. lib. 6. de Roma, vide in
2 c. fundamenta, de ele. lib 6. † No. 2. q̄ valet arg. de toto ad partē: habens. n. ius in toto, fundat intentionem in qualibet eius parte. & est arg. fm Host. q̄ Comites, & dñi tpales fundant intentionem suam de iure cōi, quoad res sitas intra limites sinæ terræ, de quo vide quod no. Io. And. in c. fi. de of. Arch. q̄ intelligo respectu iurisdictionis, non aūt respectu proprietatis rerū, & bo-
a norum intra limites existentium, sicut de Imperatore[a] respectu totius orbis no. in l. bene a Zenone, C. de quadri. præscri. Et idem dico in Papa, quoad patrimoniū ecclesiæ. fundat. n. intentum suum, quoad iura Imperialia, nō autem in proprietate bonorum, arg. in d.c. per venerabilē, in l. traditio, ff. de acqui. rer. domi. & c. nuper, de dote post diuor. resti. & arguit hic Papa de toto ad partem, hoc modo. ducatus Calaritanus est in Sardi-
3 nia, sed tota Sardinia pertinet ad eccl. Rom. immediate, ergo & ducatus Calaritanus, simile de rel. do. c. cum venerabilis. † Not. tertio, ibi. Ad ius & proprietatem, q̄ dñium rei feudalis est penes dñm feudi; & intelligit Inn. in dominio directo, vtile. n. est penes vasallum, fm eum, ad quod allegat Host d.c. nuper. Illud c. solum probat, q̄ concedens feudum dr dñs, & hoc est clarissi mū: sed difficultas stat in videndo, quale ius habeat vasallus. Inno. n. (vt hic vides) dicit, q̄ vtile dñium, qđ no. sed nihil allego. ego allego tibi tex. in c. j. in quib. cau. feud. amit. coll. 10. vbi dr q̄ proprietas remanet apud dñm, vsusfructus vero transit in vasallum, sed Bal. ibi dicit, quod vsusfructus ponit ibi pro vtili dominio; quod dicit ibi notandū: & alibi post glos. assumit disputationem, super hoc. s. in c. j. de ca. Conrad. coll. 10. & tandē dicit pro firma conclusione tenendum, q̄ vtile dñium competit vasallo, q̄ probatur ex eo, quia sibi datur vendicatio, facit quod
4 leg. & not. in l. 1. ff. si ager vecti. & p Inn. in c. ceterū. de iud. † No. ibi. Cū fm confessionem tuam & c. q̄ confessio solius prelati nocet ecclesiæ; concord. c. 2. de capel. mon. sed in ℨ rium facit quod le. & no. in c. 2. de testi. lib. 6. & in c. de Constantinopolitana. 22. dist. vbi patet, q̄ in ecclesia collegiata confessio solius p̄lati non obest. & credo hunc tex. procedere, cum præsumptio seu ius cōe, est ℨ ecclesiam, ut hic erat: nam tota Sardinia pertinebat ad Papam vt in tex. aliàs secus, ut in ℨ rijs, & no. hanc limi
5 tationem ad illa iura. † No. ibi: In quasi possessionem, q̄ est dare quasi possessionem iuris exigendi iura fidelitatis; & sic posset quis petere restitutionē, si vasallus denegaret tale iusm fidelitatis exhibere. Et not. q̄ iura incorporalia quasi possidentur. & ideo dicit quasi; quia vere non possidentur; cū tangi nō possint. Insti. de re. corpora. & incorp. §. j. & l. j. in princ. ff. de acqui.
6 posi. † No. quod detinens nomine alieno, non dr possidere, sed nudū p̄bere ministerium: is autem possidet, & per ℨ ñs p̄scribit, cuius nomine possidetur, vt hic, & in c. cum venissent, de restispol. & not. qđ etiam incorporalia potest quis per alium possidere. † Nota ibi: quod ℨ iusm &c. & tene menti, quod tenetur
7 quis restituere quod ℨ iusm propriū acquisiuit, quod no. hic Host. alleg. c. ad audientiam, quod me. causa. idem dicit de aliis cum peccato acquisitis. ℨ. de iudæ. c. cum sit. Ego pro hoc vltimo alle. & remitto ad melius. & ad plenius no. in c. ex transmissa. de deci. & 14. q. 5. in summ. & j. q. j. c. cito turpē, & c. non est putanda, & per Io. And. in reg. qui semel, de reg. iur. lib. 6. in Mer. Sed
b ex primo dicto not. quod iuramentum[b] impedit validitatem actus: licet attentans sit periurius; de quo per Inn. & alios, in ca.
8 dilecto, de præb. & per Ioan. And. in d. regula. qui semel. † Notvlti. q̄ in rebus feudalibus currit prescriptio, etiam contra dominum, vnde potest etiam tertius prescribere directum dominum, quod erat penes dominum vtili remanente penes vasallum, vide quod dixi. sup. eo. c. ad audientiam. † Item not. quod
9 contra ecclesiam Roma. potest prescribi in rebus, ciuitatibus, & regnis ad eam pertinentibus pleno iure, sed requiritur præscriptio non minor centenaria, vide quod dixi s. c. c. cum no-
10 bis. † Opp. ℨ finem text. in eo quod dicit: q̄ posito q̄ hoc casū locum habuisset præscri. tñ cēntenaria prescriptio, quę sola currit ℨ ecclesiam Roma. probari non poterit. Et sic videtur. q̄ lex seu canon requirens hanc præscriptionem, sit imposita verbis, & non rebus, contra c. commissa, de ele. lib. 6. Item tex. in c. cū dilecta, de confirm. vti. uel inuti. tenet eam posse probari. ad idē quod plene dixi sup. eo. in c. cum nobis. Sol. dicit Io. And. q̄ Papa ponderat hic factum speciale, quoad hunc casum, & nō ius. q. d. q̄ de iure bene possibilis est probatio: sed Papa credebat hic, q̄ non possedisset Archiepiscopus Pisanus tanto tempore, ut posset probari præscriptio centenaria. vel fm Host. Papa not. hic probationem testium, per quos non credit hoc posse probari. aliàs tñ probari posset p instra de fidelitatib. facta. p
ducētos annos & plus. Prima sol. plus mihi placet, cū Archiep̄s
nō allegasset hic ꝓbationē testiū; & vide qđ dixi in d.c. cū no-
11 bis. † Ex p̄dictis & tex. no. q̄ ecc. inferior pōt p̄scribere iura, & bona ad Papā spectātia: suprema tñ ptās p̄scribi nō pōt, vt dixi in d.c.cū nobis. Venio ad gl. in verbo, Bona fide, ga alię sūt facies, q̄ multa facit. Primo. n. format duas qōnes, & soluit. Sed o
vnā oppositionē, & ñ rñdet. Tertio, iterū format duas qōnes, & nō soluit. Quarto, opponit, & soluit. Quinto ponit duas qō-
12 nes, & sol. † Primo igit q̄rit, an sp sit fm canones necessaria bona fides? & rñdet q̄ sic, siue agat de iure spuali, siue ciuili. ℨ. c. c. fi. Aduerte tñ, q̄ vbicuq; p̄scriptio causat ex possessione p̄scribētis, cōiter tenet, qđ necessario regrat bona fides. ut s. c. c. vigilāti, & c. fi. ℨ. c. & in hoc iuri canonico stādū est hodie, ēt in foro ciuili rōne peccati, ut no. Bar. in l. priuilegia. C. de sacrosc. ec. & gl. in reg. possessor, de reg. iur. li. 6. Qñq; procedit p̄scriptio sine possessione p̄scribētis, ut in actionib. & similib. & tūc Bart.
13 in l. sequit. §. si uiā. ff. de vsuc. dixit, q̄ nō requirit ibi bona fides quia p̄scriptio causatur ex negligētia non petentis. Ego hunc
c articulum plene examinabo. j. cod. c. fi. † Secundo glo. quæritur qñ præscribens dicitur esse in bona fide? c respondet q̄ cū credit

ADDITIONES.

a ¶ De Imperatore. Vide Bar. in l. 1. §. per hanc, ff. de rei vend. vbi declarat qualiter Imperator sit dominus totius mundi. Seb. Sap.

b ¶ Iuramentum. Vide Ale. in l. stipulatio hoc modo concepta, in 2. col. ff. de ver. ob. & in consi. 16. in 3. vol. & remiss. per Fel. hic, col. 2. Seb. Sap.

c ¶ Bona fide. Quis dicatur habere bonam fidem, vide Inn. in rep. c. fi. inf. eo. in 10. col. vers. quis autē dicatur habere. & de quæstione hic posita, vide per Pet. de Anch. in c. 1. in 8. col. de præscr. lib. 6. & per D. Ant. in c. peruenit, in 14. col. de censib.



dit tradentem esse dñm, vel habere ius distrahendi, licet erret in facto. Ego generaliter dico, q̄ bonæ fidei est, cum nō hēt notitiam rei alienæ; sicut ille dicitur malæ fidei, qui habet notitiam rei alienæ, vt in c. si virgo. 34. q. 2. ita per ℨ rium dī bonæ fidei, qui possidet cogitatione dñi, ita, vt non erret in iure; quia
14 error iuris non excusat in prescriptione, vt l. nunq̄. ff. de vsuc. &
a c. dudū. de deci. no. glo. in c. apostolicæ, de don. † Tertio quærit, an bona fides præsumatur[a] ? gl. respon. q̄ sic: quia præsumitur ignorantia; nisi probetur scientia. Idem not. in c. sanctorū, s. eo. Excipit glo. 4. casus. Primus, si facta fuit denunciatio acquirenti, q̄ res esset alterius. C. de rei ven. l. fundū. Secūs, si rem acquisiuit ℨ ius. l. quēadmodum. C. de agri. & censi. lib. 10. Tertius, si emit a procuratore meo per collusionem. Quartus, si emit a prodigo, vel luxurioso, cui bonis interdictū est; cum sciret illum pro-
15 tinus cōsumpturum pecuniam; iura allegātur in gl. † Examinemus nūc regulā, & casus exceptos, dicit. n. primo gl. q̄ regulariter bona fides præsumitur, glo. in c. dilecti. 16. q. 3. dicit, q̄ parti, quæ allegat titulū, & bonā fidem; si non pōt ꝓbare; permittendum est iurare, q̄ bona fide possederit rē illam, & iusto titulo eā acquisierit. glo. in §. aliæ. Instit. de act. & in l. pe. C. de euict. simꝑ dicunt, qđ bona fides p̄sumitur. Aduerte, aut queritur ī reb. corporalib. aut ī corporalib. Primo casu dicit Bar. in l. Celsus. ff. de vsuc. q̄ aut p̄cessit titulus, ēt errore iniusto, & p̄sumit bona fides, vt in d.l. pe. C. de euic. facit l. igitur. §. pōt. ff. de lib. cau. Idem dicit de quolibet possidente; nisi alius possessor antiquior appa-
16 reat. Ille. n. pōt bene facere illam allegationē, q̄ tuum nō erat, Bartol. & aliud Inn. † Bar. enim in l. fi. in fi. C. vnde vi, videtur di-
b ctum suum præcedens limitare, vt mala fides[b] possit allegari per antiquiorem possessorem. s. intra spatiū 30. ann. sed postea nō, p tex. illius l. fi. nam p̄sumptio malę fidei ℨ ingredientē possessionem sine titulo, tollitur per curſum 30. annorū: & ex tūc præsumitur illum retro fuisse bonæ fidei: quod est singulare dictum semp mēti tenendū, ad cuius cōfirmationē, & ampliatio nē allego singulare dictū In. in c. 2. de in int. rest. vbi dt eē notan dū, q̄ licet quilibet p̄sumatur esse bonus, nisi ꝓbetur malus, de p̄sum. c. fi. sup. de scru. in or. facien. c. vno; non tñ sic est in bona fide, quia oportet ad hoc, vt p̄sumatur bona fides, q̄ habeat iustū titulum. vel q̄ probabilibus rationibus quæsiuerit possessio nē. ff. de li. cā. l. igitur. §. 2. & l. liberis. §. fi. & q̄ lōgo tempore fuerit ī possessione. l. possideri. §. si seruus. ff. de acq. pos. & q̄ dicatur longū tps, arbitrio boni iudicis relinquitur. ff. de iure delibe. l. j. hic dicit, q̄ si alius q̄ capitulū maioris ecclesiæ sit in possessione eligendi, & petit confirmari suam electionem, succumbit in petitione sua; quia non p̄sumit bona fide esse in hac possessione; q̄a ℨ ius, & idē est in consimilibus. Aduertendū tñ, q̄ Innoc. vī se restringere ad casum, cum possessio est ℨ ius, licet. n. Bar. simpliciter dixit, q̄ possidens ℨ ius non præsumitur bonæ fid. Inn. limitat, nisi sit possessio longi temporis, vel pluribus rationibus
* fuerit acquisita. pro hoc adduco tex. c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. & c. ad decimas, de resti. s. po. lib. 6. in verbo, Aliquandiu; Ex quo infero ad dictū Bar. nā si possidens, lōgo tē pore iure resistēte, p̄sumitur bonę fidei; fortius dēt p̄sumi bona fides ex diuturnitate tēporis ℨ antiquiorem possessorē; cū hoc vltimū cōsistat in facto, & ꝓbabiliter ignorari pōt: p̄cedens ve-
17 ro cōsistit in iure, cuius ignorantia de facili non præsumitur, q̄ hoc reg. ignoranti, & reg. præsumitur, de reg. iur. li. 6. † Nunquid autē antiquiori possessori sit proditum aliquod remedii ℨ fm possessorem? dic, q̄ sic, ēt si præsumatur bona fide possidere; potest enim implorare iudicis officiū, vel intērare cōditionē ex l. si coloni. C. de agr. & cēl. li. xj. ita notanter voluit Inn. in c. sæpe. prope fi. de rest. spol. quod dicit notandū, q̄ possessoribus prioribus ecclesiarū, qui amittunt earum possessionem; nec pōt q̄ rere suā canonicā institutionē. fiet. n. restitutio, probata antiqo quæst. j. c. reintegrāda. & idē voluit Bar. in d. l. si coloni, & 3. git tñ hoc cotra malę fidei possessorē, sed glo. in l. inciuilem. C. de fur. videtur sentire simpliciter cum Inn. Sed Bart. ibi remittit ad no. per eum in l. fi. co. ti. ibi enim, & in l. rem q̄. ff. de acqui. pos. distinguit, q̄ aut secundus habuit ab authore vitioso; & potest agi ℨ eum, vt sic mala fides authoris istum aliqualiter afficiat. argu. in authen. malæfidei. C. de præscri. long. temp. idem & fortius, quando iste secundus est in mala fide. & sic intelligit d. l. si coloni. secus dicit, vbi secūdus est in bona fide, & habuit ab authore nō vitioso. tunc enim tenet, q̄ prius nō agat contra fm, rem a diuersis, quos putabāt dominos, si cuiq; tradita fuit suo tempore possessio, potior nunc est possessor; & non ille qui prius dominum habuerit. Sed mihi plus placet dictū Inn. & gl. in d. l. inciuilē. per l. si coloni. quæ loquitur indistincte, & ar. co-
rū quę not. in d. c. reintegranda, & per Inn. in c. post electionē. de concess. prēben. in fi. Et ad l. si duobus, rñdeo q̄ loqtur, cum liquet de defectu ꝓprietatis vtriusq;, ideo in pari causa potior est conditio possidentis, ut in reg. in pari causa. li. 6. sed nos loquimur, qñ simpliciter quis fundat se super possessione, quam dicit se habuisse, & sine iusta cā perdidisse; & ante omnia petit illam sibi restitui per officiū iudicis, vel per ꝺdictionem ex l. si coloni. vel c. reintegranda, secūdum vnam opi. & vide quæ dixi in d. c. se
18 pe, & c. cum ad sedē. eod. tit. & hæc notabis. † Venio ad secūdū membrum principale, an. s. in reb. incorporalibus præsumatur quis bonæ fidei. de hoc per gl. & Bar. in l. j. §. 2. ff. de iti. act. pri. per Cyn. & alios in l. j. C. de ser. Cōmunis opi. est q̄ aut agitur de p̄scribēda seruitute, aut libertate. Primo casu non p̄sumitur bona fides; quia quælibet res p̄sumitur libera; & sic est præsumptio
19 ℨ possidētem, arg. in l. fi. C. vnde vi. † Dicunt tñ Cyn. & Bar. q̄ ad p̄sumendam bonā fidē non exigitur, vt probetur titulus; quia in istis incorporalibus nō est necesse vt ꝓbetur titulus, vt in l. si quis diuturno. ff. si ser. vend. sed satis est aliquid probare, ꝑ qđ iste motus sit ad credēdum seruitutē sibi competere. alleg. l. j. §. sed & si. ff. de aqua quotid. & esti, & sufficit fm Bart. probare, q̄ de hoc erat fama in uicinia. facit q̄ no. in c. inquisitioni. de sent. excom. & l. 2. C. si ser. vel lib. ad decu. a spi. lib. 11. idem si erant ibi signa, vię, vel alia verisimilia, quæ possunt deducere animum ad credulitatem istam. Ego dico hanc opi. limitandam, vt præcedētem, scilicet cum possessio est recens; sed si per longa tempora possederit, præsumitur bona fides, arg. c. j. eod. ti. lib. 6. nā si pos-
c sessio, c habita iure resistente, præsumitur in ea ex diuturnitate tēporis, vt s. dixi. secundum Inno. fortius præsumenda est iusta in casu nostro, hoc probo p c. cum ecclesia Sutrina, de cau. pos. & proprie. nam ibi loqtur de possessione incorporaliū, & de acquirenda quadā seruitute in iure eligendi ℨ canonicos ecclesiæ cathedralis, iure etiam resistente; & tamen non fuit opus probare bonam fidē. hoc etiam sentit hic Inn. dicens, q̄ propter præsumptionem, quæ est ℨ præscribentem seruitutē, sufficit allegare titulū; sed non est necesse probare; sed sufficit q̄ per longū tempus. s. per x. annos inter presentes, & 20. inter absentes, & ℨ ecclesiam per 40. annos, fuit vsus seruitute illa, dño sciente & non contradicente. p̄sumitur enim debitum hic ius, seu seruit? ex ea causa, quæ prenditur p̄cessisse. ff. de vsu. l. cum de in rē ver.
20 & ff. de aqua pluu. arcen. l. j. §. vlt. † Aduerte tñ, quia iure nostro non sufficit bona fides, sed requiritur titulus, cum ius cōe vel præsumptio est contra p̄scribentē, vt in c. j. c. tit. lib. 6. Sed intelligo hoc procedere in præsumptione urgenti; non autem in qualibet præsumptione, vt puta, quia ep̄s exiuit grauamina seruilia a subditis, præsumitur enim, q̄ timore subditi præstiterint, vt no. hic Inn. & Io. An. in d. c. j. ꝓbatur. 19. q. 3. qa cognouimus. & j. q. j. cap. nullus. vel si charitatiue quis fuit receptus lōgo tēpore ad domum

ADDITIONES.

a ¶ An bona fides præsumatur. Et de hoc vide per Old. in consi. 214. & plene per Inno. in c. fi. in 3. col. inf. e. & qualiter probetur bona vel mala fides per Pe. de Anc. in c. 1. in pe. co. de præs. lib. 6. & Imo. in repe. c. fi. in 8. col. ver. redeo ad gl. j. e. ti. & de hoc quod hic dicit D. Ant. vide per Bal. late, in §. sed ille, in pe. col. init. de ac. & de q̄stione hic posita, vide in terminis per Bal. in l. 1. in antep. co. C. de ter. & quod no. Bar. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de iti. actuq; pri. & in l. 1. §. Arif. ff. de aqua quoti. & ēsti. & quod not. Inno. & gl. in c. bonæ, de postu. præl. & de isto artic. an & quando præsumatur bona fides, vide elegātissime per Ant. in l. eum qui. §. in publica. ff. de pub. qui habuit dicta sua pro maiori parte. Bar. in l. 1. §. si a pupillo, in fi. ff. ꝑ emp. & in l. qui Romę. §. duo fratres, in sua rep. ff. de ver. ob. & vide tex. sing. fm Bal. ibi, in c. 1. §. si duo, de pace ten. Bar. in l. cum in test. ff. pro emp. & Bar. in l. 2. ff. de re milit. Bal. in l. iii, in vlt. co. C. de rei ven. & in c. 1. §. si quis per 30. si de feu. fue. có. tex. & singu. quem ponderat ibi Bar. aliàs Bal. in l. fi. in fi. ff. pro suo. Bar. in l. qui fundum. §. qui procurator, vltimis verbis, ff. pro em. & videas Bar. in l. inter omnes, §. recte, ff. de fur. ex quib. omnib. iurib. suprædictis reperies varias, & sing. doctrinas in hac materia, quæ prædicta omnia allegando, & in voce legendo prosequutus ordinate fuit in hac decret. D. meus Francis. de Are.

¶ Adde an in dubio præsumatur mala fides vel bona. Ale. consi. 21. & 35. 4. li.

¶ An & quādo præsumatur bona vel mala fides, dicas q̄ regulariter præsumitur in eo, qui tacit acta in præsentia iudicis, vel propinquorum pupilli, ita Bar. in l. frater à fratre. in vl. char. ff. de condi. inde. & habetur per Bal. in l. j. in pe. col. C. de fur. & in l. fi. §. cum igitur. C. de iur. del. vbi dicit q̄ bona fides p̄sumptiue probatur per instrumentum., & multos effectus qui inducuntur ex iudicis authoritate, vide per Baldum in ca. 2. in 5. colum. qui feudum da. post. in vsib. feud. & per nouiss. in l. pacta nouissima, C. de pac. & vide Inn. in c. cum venissent. in ver. item no. q̄ licet, de in int. rest. vbi dicit, q̄ ex titulo & longa possessione præsumitur bona fides, licet Bar. in l. fi. C. vnde vi, in 6. co. in ver. sed contra. videatur tenere, q̄ ex possessione 30. ann. etiam sine titulo præsumatur bona fides, de quo per Io. an. de Imo. in l. Celsus, ff. de vsuc. & c. fi. de præsc. Ant. Fran.

b ¶ Mala fides. Vide Abb. in c. p̄sultationib. ℨ. de iure pa. Ale. in consi. 75. inci. visis & pōderatis, col. pe. in 4. vo. & in consi. 76. inc. i cā & lite, circa fi. & in cōsi. 94. inci. in cā, & lite, co. vlt. in consi. 200. inc. viso & discusso, col. 1. in 2. volu. vbi late, ex quibus bona fides præsumatur, Do. Fran. Cur. in consi. 82. inc. Deus plus, col. 2. Seb. Sap.

c ¶ Possessio. Hoc dictū etiam sequitur Abb. in c. consultationib. vltra med. ver. ex prædictis infertur, de iu. pat. & Alex. in consi. 110. inci. visis acutissimis. in 1. vo. reprobat Imo. in rep. c. fi. inf. eo. Seb. Sapia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



domum amici, iuxta no. in c. cum ecclesia Sutrina. de cā pos. & propr. Secus aut qñ concurrit modica præsumptio, ut puta qa res præsumitur libera. hoc. n. faciliter tollitur ex alijs cōiecturis vel ex cursu longi temporis, arg. in d. l. cum de in rem verso. & in d. l. si quis diuturno, & hoc bene notabis pro intellectu illius
31 c. j. † Secūdo casu principali cum agitur de prēscribēda libertate, cōiter tenetur, q̄ præsumatur bona fides; quia habet fundamentū prēsumptionis iuris pro se. debuit. n. credere rem talem esse qualis naturaliter esse debet, ut not. Cy. in d. l. j. potest tñ ex aduerso probari mala fides, vel ex fama, vel quia dixit extra iudiciū, vel quid simile, vt no. Bar. in l. Celsus. ff. de vsucap. nam bona fides. & mala, cum consistant in animo, nō possimt probari, nisi per coniecturas, ut c. 2. de reg. iu. lib. 6. & l. dolum. C. de dolo.
32 † Expedita rā, venio ad casus exceptos. a & primo gl. excipit
a casum, cum interuenit denunciatio. l. si fundum. C. de rei vend. dic quod aut interuenit denunciatio ab initio ꝺctus; vt quia dū quis vellet rem emere, fuit sibi denūciatū, qđ nō erat vēdentis, sed alterius; & ex hac denunciatione cōstituitur in mala fide. sic loquitur d. l. fundū. aut denūciatio fuit facta ex post facto; &
29 tūc secus; nisi fiat in defectū, pro ut hīr in l. vt impefectius. C. de ann. exce. & 16. q. 3. c. placuit. §. pōt. vide in hoc q̄ dixi in c. nihil. & c. sanctorum, supra eodem, & cap. gtauius, de restitu. spolia.
23 † Secundus casus si res fuit acquisita ꝺ ius, pro hoc reg. qui ꝺ iura mercatur. de reg. iur. lib. 6. hoc verum, nisi longo tpe possedisset, vt s. dixi. Ex quo infertur, q̄ emens rem ecclesiæ non seruata iuris solennitate, præsumitur in mala fide. ad hoc quod le. & no. in c. 2. de reb. eccl. non alien. li. 6. & vide quod dixi. d. c. de
24 quarta. † Item scias quod in vsucapione, seu in prescriptione iuris, error nocet l. nunquā, ff. de vsucapio; sed in acquisitione fructuum non nocet. ut in l. sed & si, §. scire. ff. de petitio. hære. no. Dy. in reg. possessor. de reg. iur. lib. 6. & gl in l. si furti. ff. de vsuca. dicit tñ Bar. in d. §. scire, q̄ iste, qui allegat iuris errorem, debet hoc probare; quia scia rī præsumitur, ut in l. leges. C. de legib. quod est notandū. facit quod l. & not. in l. late culpe. ff. de verb. signi. & Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. Hoc tñ subtiliter limitat ibi Bar. qñ quis possidet iure resistēre, ut quia aliquid prohibet vel precipit fieri. tunc. n. qs præsumitur in mala fide. & sic intelligit dictam l. quemadmodū. de agri. & censit, & regu. qui ꝺ iura. sed qñ possidet quis iure non assistente, vtputa, vt testū fiat coram septem testibus; aliàs non valeat: & tunc non presumitur malæ fidei, in d. §. scire. Ego dubito, an hęc restrictio sit vera si. n. ex eo solo, q̄ possidet seruitutē presumitur malę fidei, quia res præsumitur libera, vt voluit ipsemet Bar. in d. l. j. fortius debet presumi malæ fidei, si possidet iure sibi non assistente. Præterea quis presumitur scire iura, vt in iurib. prealle. ergo presumitur scire q̄ sibi ius non assistit. Nec ob. tex. in §. scire: quia nō dicit, q̄ talis non præsumatur malę fidei, sed solum dicit, q̄ ille qui errat in iure, non est prædo; quia dolo caret: & sic præsupponit errorem qui non est præsumendus; nisi probetur ex coniecturis; quia ignorantia iuris non præsumitur, ut in reg. ignorantia, de re. iur. lib. 6. & l. reg. ff. de iur. & facti. igno. vī autē ꝓiectura probabilis, si erat possessor simplex persona, vel mulier, arg. in l. cum de indebito. ff. de prob. vel error iuris erat probabilis, vt in l. fr̄r, alleg. & c. cum dilectus, de consue. no. Ioan. An. in c. j. de priu. lib. 6. facit quod not. Inn. in c. per tuas. 2. de simo.
25 † Et si quæras; quare in vsucapione nocet iuris error, & nō in acquisitione fructuū? rñdet Bar. in d. §. scire. q̄ in vsucapione requiritur verus titulus, vel iustus error iuris, vt in d. l. Celsus. de vsucap. sed error iuris non est iustus, ergo ad vsucapionem non sufficiunt; sed quo ad acquisitionē fructuum non requiritur titulus; sed sufficit, q̄ absit mala fides, quæ abest, vbi est iuris error, ut in d. §. scire. & intellige de acquisitione fructuū faciēda; vt à bonæ fidei possessore. talis. n. errans, æquiparatur in hoc bonæ fidei possessori; secus aūt si ageretur de vsucapiendis fructibus: quia tunc exiguntur necessaria ad vsucapionē, iuxta not. in l. sequīr. §. fructus. ff. de vsuc. & in l. ex diuerso. ff. de rei ven. in d. §. scire. Tertius casus exceptus est, cū quis emit à procuratore per collusionem, & hic casus est clarus. nam collusio deregit
26 malam fidem. ꝺ. de colla. per totū. † Quartus casus, si emit à pro
b digo, vel luxurioso, b & c. Conclude in hoc latius, & melius post Bar. in l. si quis cum sciret, ff. pro emp. q̄ aut qs emit ab eo, cui bonis fuerat interdictū; & non valet ꝺctus, nec transfertur vsucapiendi ꝺditio, vt in l. qui fundū, §. qui sciens, ff. pro empt. Aut emit ab eo, cui non erat bonis interdictū; & tunc aut sciebat eū consumpturū, sed ignorabat in quem vsum, & valet, & potest vsucapere, quia est bonæ fi. vt d. l. si quis cū sciret: Aut sciebat, q̄ in aliquem malum vsum volebat expendere pretium; & nō valet, in d. l. si quis, in fi. maxime si ille erat minor, ut l. si vero non
27 remunerandi, §. si adolescens luxuriosus, ff. mand. † Ex prædictis deciditur qō de eo qui emit ab existente in ludo, & concludo q̄ aut vendidit collusori, & nō valet ꝺctus, nec tenetur victo vēdit ōr de euictione, cum similiter delinquant, vt in l. fi. §. j. ff. quarū rerum acti. non da. & per consequens, cū sit in mala fide, & ꝺctus sit à iure prohibitus, nō poterit præscribere: Aut vendidit alteri, & valet ꝺctus. l. fi. ff. de aleat, & est rō; ga is qui soluit ludenti, soluit nō omnino consumpturo; quia forte potest vincere
28 fm Bar. in d. l. si quis, quod no. & per consequens si res erat alie
na, & bona fide quis emit, poterit præscribere. † Secundo principaliter opp. ꝺ tex. & ꝺ proxime dicta in eo, quod in prescriptione requiritur bona fides de l. gñaliter, ff. de nox. vbi dī q̄ egi actione noxali ꝺ te nomine alieni serui, qui bona fide tñ seruiebat, tuq; mihi illum tradidisti pro noxa, possum ego illi seruum vscapere, licet sciam qđ alienus sit. Ad idem op pone de capi. placuit, vt quicunq;. 16. q. 3. vbi loca conuersa ad fidem fm dispositionem c. j. s. eo. quis scienter præscribit. Gl. non solu it, sed dic ad l. gñaliter, q̄ quia dñs tenebatur ad estimationem
30 damni, vel ad dandum seruum pro noxa, videor ab eo habere causam, si id à possessore bonæ fidei consecutus sum. poterit n. dominus vendicare, offerendo æstimationem litis; quod cum non fecerit, vī consensisse, vt seruus datus esset pro noxa. arg. in l. alienationis uerbū. ff. de verb. sign. Ad c. placuit, dic vt dicta
29 fuit in d. c. j. † Tertio principaliter gl. quærit, an mala fides c re
c dentis noceat accipienti cum bona fide? glo. primo dicit, quod non, per l. an vitium. ff. de diuer. & temp. præscrip. In ꝺrium adducit, auth. malæ fidei, C. de præscrip. 30. anno. glo. rñdet distinguendo, quod in præscriptione longi temporis, vt 10. vel 20 annorum, noceat mala fides tradentis, vt in d. authen. malę fidei; sed in præscriptione longissimi temporis, vt 30. vel 40. annorum secus, vt in d. l. an vitium. Dic latius, quod quædam sunt vitia realia, quędam personalia. Realia sunt quę ipsam rem comitantur, vt si res est furtiua, vel violenter possessa; & hoc vitium transit in possessorem successorem, etiam de iure ciuili quoad prescriptionem longi temporis, id est 10. vel 20. annorum; vt Instit. de vsuc. §. furtiuæ, cum seq. & l. vitia. & ibi bon. glo. C. de acqui. poss. sed in præscriptione 30. vel 40. ann. subdistinguendum est, quod aut loquimur in successore singulari, & de iure ciuili iste præscribit, vt no. in d. §. furtiuæ, per l. omnes, & sicut. C. de præscriptio. 30. vel 40. annorum, etiam si successit malæ fidei, vt ibi; secus in successore vniuersali, vt in hærede, quia censetur eadem persona cum defuncto, vt in Authen. iureiuran. à moriente præ. versi. cum vtique. collatio. 5. vt sicut ipse defunctus non potuisset præscribere, ita nec eius hæres, l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præscriptio. sed de iure canonico est dubium, de quo uide quod dixi in c. de quarta, supra eod. & dic ut ibi. Si autem loquimur de vitijs personalibus vt est mala fides possidentis, de iure ciuili distingue, ut hic
30 glo. & plenius, vt no. d. l. vitia, & d. authen. male fidei, de iure canonico, uide quod dixi in d. cap. de quarta. † Sed circa prædicta mouet Domi. Anto. dubium quotidianum, pone, quod sumus in casu, in quo de iure ciuili procedit præscriptio cum mala fide; quo casu certum est, quod illo iure mala fides defuncti non nocet hæredi; cum nec propria nocet, nunquid de iure canonico poterit hæres cum bona fide à se præscriptionem inchoare? dubium facit, quia de iure canoni. defunctus non poterat præscribere propter malam fidem; ergo nec hęres, cum censeatur eadem persona cum defuncto, ut in d. l. cum hæres. contrarium concludit hic Dom. Ant. quòd licet mala fides actoris in aliquo casu noceat successori, vbi exigitur bona fides; tamen hæc mala fides est successoris, ficta, non vera: vnde non apparet

ratio

ADDITIONES.

a ¶ Ad casus exceptos. Vide ad hoc quæ scribit Iason. l. quoties, in noua limitatio. C. de rei vend. & quo talis denunciatio cōstituat in mala fide, vide Cor. in cons. 50. inc. in causa cōpetente, in 2. vol. Ale. l. de pupillo. §. fi is cui circa medium. ver. quærit vlt. Bar. ff. de oper. nou. nunc. Seb. Sab.

b ¶ Luxurioso. Et vide per Inn. & in rep. c. cum contingat. de iureiu. vbi ponit an ille contractus factus cum illo, qui statim erat consumpturus, firmetur iuramento. Adde Fran. Are. consi. 81.

¶ Accipienti. An, & quando mala fides authoris noceat successori in præscriptione, vide gl. in c. de quarta, sup. e. & de hoc late per Ro. & post gl. in l. Ponius. §. cum quis adminiculo. ff. de acq. poss. vbi ponit quamplures limitationes ad d. auth. malæ fidei possessor, C. de præsc. long. temp. & vide not. in §. diutina. inst. de vsuca. & de hoc per Pet. de Anc. in c. j. ver. quo etiam malæ fid. de præsc. lib. 6. & vide Imo. in rep. c. fi. circa prin. inf. e. tit. & latè D. Ant. in c. cura. & de iure patr. qñ autem fiat accessio temporū in præscriptione complenda, distingue vt per Bar. omnino in d. l. Pomponius. §. fi. qui sine alia singulariter dicit, q̄ possessio iniusta authoris violenti, iungitur cum possessione successoris ad causandum ipsi successori præscriptionem ꝺ anni licet ipse author præscribere non potuisset, quod dicit procedere de iure ciuili, secus autem dicit de iure canonico, quod bene no. quia est pulchra limitatio. ad d. l. Pomp. §. fi. sed pro hoc dicto allego opt. gl. in c. placuit. s. hoc, de præscriptionibus, in ver. continuare, 16. q. 3.

c ¶ An mala fides noceat successori, dicas q̄ illa nocet hæredi; non autem singulari successori in fructib. quærendis, vt per Bal. in l. 2. C. de pe. hæ. & in vitia. C. de acq. poss. & per Ale. post Bar. in l. & ex diuerso, ad fi. ff. de rei vend. & per eundem Bal. in l. 1. C. eod. tit. & in l. sequitur, in §. fructus. ff. de vsuca. & vide per Io. And. in add. Spe. in tit. de præscr. in §. fi. in addi. magna. & vide Inn. & D. Ant. & istum in c. fi diligenti. de præscr. & per Alex. in cons. 4. in 3. parte. & in cons. 39. in 4. parte cons. 52. & cons. 80. in eadem parte, in cons. 34. in j. parte. Ant. Fran.



ratio quare nō ꝑscribat, ex quo vere nō est in mala fide, nisi dicatur fm eū. q̄ aliter cōscientia, a defuncti exonerari nō possit
a peccato, & hæres teneaſ exonerare conscientiā defuncti, de sepul. c. fin. & aliter exonerare non pōt, nisi rem restituat, quia per hoc, q̄ acquisiuit nō purgaſ peccatū defuncti, & ad hoc, dic reducendū q̄ no. Old. suo cōs. 91. & sic dicit intelligendū, q̄ not. Dy. in reg. possessor, de reg. iu. lib. 6. vbi dicit q̄ de rigore hæres nō ꝑscribit, sed de ęqtate canonica secus, vt patet ex prę dictis. Ex hoc vltimo vī sentire, q̄ ēt de æquitate canonica, hæres non ꝑscribit, cum teneatur ad exonerandum aīam defuncti, & sic vī recedere a primo dicto. Ego vero b simpliciter puto etiā cessante illa rōne de exoneranda aīa defuncti, q̄ hæres vtroq; iure nō poterit præscribere, eo casu, quo defunctus nō poterat, quia cū succedat in ius defuncti, & omne ius suū causaſ a defuncto, censeſ eodem iure cū illo, d. l. cum hæres, nec hē mus contrarium de iure cano. vt plene dixi in d. cap. de quarta. Ex quo infero, q̄ sicut defunctus malæ fidei, nullo tpe potuisset
31 præscribere, ꝺ. e. c. fi. nec suus hæres poterit, d. l. cum hæres, qđ bene notandum est. † Quarto principaliter gl. quærit, an errās in iure, dicatur bonæ fidei. & primo dicit q̄ sic, per c. cura, de iure patr. & ff. de peti. hære. l. sed & si §. scire, dicit tñ q̄ c. cura, loqtur in alio casu, secus dicit in vsucap. tu de hoc dic, vt melius di
32 xi s. in secundo casu excepto, & ad c. cura, dic ut ibi no. † Quinto quærit, an habens cōscientiam dubiam, ꝑscribat tanq bonę fidei possessor. gl. concludit q̄ sic, per l. qui scit. §. bonæ fidei possessor. ff. de vsu. Host. dicit illud verum, fm leges, secus fm canones, ꝺ. cod. c. pen. & vlt. & sequendū, quod animę est vtilius. ꝺ. de
33 spons. c. iuuenis, de hoc latius dī. ꝺ. eo. c. fi. † Venio ad gl. vlt. quę primo ex tex. colligit, q̄ bona fides non sufficit, sine iusto titulo, in præscriptione rerum ecclesiarum. ꝺ hoc gl. op. dupl. Primo de multis iuribus, quæ solum requirunt cursum 40. ann. vt d. c. de quarta, & c. illud, cum si. s. eo. Secundo de repugnantia quadam, quæ oritur ex requisitione tituli. nam ex titulo, intercedēte possessione, acquiritur dominium, vt in l. traditionibus, C. de pac. & in spūalibus ex titulo transfertur dñium, vt in ca. si tibi absenti, de præb. lib. 6. ergo frustra exigitur ꝑscriptio, qa qđ meum est ex vna cā, ex alia meū fieri non pōt, vt in c. inter dilectos, de fi. inst. Sol. capiendo mentem gl. in ꝑscriptione, non requiritur titulus, per quem tranferatur dñium, sed titulus putatiuus, qui s. putatur legitimus, licet ex aliqua cā occulta dñium non transferaſ, vt puta emi ab eo, quem putabam dñm, vel habui venditionem Epi, & putabam capitulum consensisse, vel qd
34 simile, & de tali titulo loquitur hic, & exigitur titulus ad purgā dum vitium malę fidei præsumptum ex iuris resistentia ꝺ possessorem, & per hoc remanet solutum fm ꝺrium. † Ad primū vero de c. de quarta, & similib. gl. multū instat, sed in effectu cōcludit, q̄ aut ius cōe resistit potentiæ habendi & possidendi, & tunc non procedit præscriptio, ratio, qa sine possessione ꝑscriptio non procedit: sed ꝑscribens est incapax possidēdi, & habēdi; ergo & c. de quo die plenius. vt dixi s. eo. c. cām. Aut ius dispōnit solū respectu iuris, ꝓprietatis, nec resistit facultati possidendi, & tunc requiritur titulus putatiuus, q̄ cām dederit ꝑscribēdi, vt in c. 1. e. ti. li. 6. Idē si ꝑsumptio est ꝺ possidentē, vt in d. c. j. & dixi. sup. plenius; & hoc vltimo casu pōt intelligi text. iste; erat. n. ꝑsumptio ꝺ archiepm Pisanū ex eo ga noīe Romanę ecclesiæ fuerat sæpe illud iuramentū fidelitatis exactū. Itē pōt dici iudicio meo, q̄ ius cōe resistebat Archiepo, qa in iure dispōnit q̄ tota Sardinia ptinet ad ecclesiam Romanam, vt in c. ego Ludouicus. 63. dist. c. Constantinus. 96. dist. ergo necessarius erat titulus; & in his duob. casib. saluat, qđ hic in fine. dī. sed vbi ius
nil dispōnit, nec fortius ꝑsumptio est ꝺ possidentē, sufficit ꝺ ea ecclesiam ꝑscriptio 40. anno. cum bona fide, & hoc casu procedit c. illud, cum si. & hodie hī clarius in d. c. j. lib. 6. Si autē eccle
35 sia præscribit ꝺ priuatum, vel priuatus ꝺ priuatum, an, & qñ requ ratur titulus, dic vt dixi. in d. c. de quarta. † Sed iuxta p̄dicta quæro, an indistincte requiratur titulus, iure cōi resistente? Sol. gl. in d. c. j. eo. tit. lib. 6. mirabiliter limitare voluit istum tex. dicens, q̄ aut ius cōe est ꝺ prescribentem, & cum hoc fundat intentionē agentis, & tunc requirit titulus, secus, si est ꝺ ꝑscribentē, sed nō fundat intentionē agentis. Ex quo infert, q̄ si vna ecclesia petit decimas ab alia ecclesia, quas possidet in aliena parochia, q̄ sufficiat tunc ꝑscribēti bona fides, qa licet ius cōe taciat ꝺ ꝑscribētem, non tñ facit pro petente; & sic forte fm gl. istam posset intelligi decr. ad aures, eo. tit. Sed ꝺ hoc dictum facit dictū D. An-
c to. c quia ꝺ prescribentem præsumitur, ex quo ius cōe est ꝺ eū; nisi dicatur fm eum, q̄ ꝑsumitur, inquantum possidet ꝺ eū, cuius intentio fundatur a iure, secus si ꝺ alium, & sic non firmat in hoc articulo pedes. Ego dico q̄ licet tex. in d. c. j. faciat in prī. in ar. pro gl. illa in eo, q̄ loqtur illi, cuius intentio erat fundata de iure cōi, tñ tex. in medio & in fi. loqtur gñaliter dicēs, q̄ vbi ius cōe est ꝺrium ꝑscribenti, vel est præsumptio ꝺ ipsum, bona fides nō sufficit, sed est necessarius titulus. Ad idē c. ad decimas, de rest. spo. li. 6. vbi ꝑsumitur ininsta possessio illius, q̄ in aliena parochia decimas pcepit. Nec in rōne decidēdi pōderat q̄ parochia esset agētis; sed solū, q̄ aliena a possidēte, licet glo. ibi & male senserit. vñ Io. An. in add. Spe. in ti. de rest. spo. sup rub. vī il lā gl. reuocasse, dicēs nō referre, an sit ius cōe, ꝓ agēte, sed satis est, q̄ sit ꝺ possidētē. ꝓ quo facit qđ leg. & no. maxime p Inn. in c. ꝑstitutus, de fil. ꝑsb. & in c. j. de of. vic. & vide qđ in mā dixi ī c. in lr̄is, de rest. spo. Præterea, si sola ꝑsumptio sufficit vt exigaſ titulus, vt in d. c. j. fortius dēt exigi, cū ius cōe est ꝺ possidētē, licet nō fundet intētionē agētis. Itē titul⁹ exigit iure cōi resistētē, qa est ꝑsūptio malę fidei, cū ꝑsumaſ scire iura. Hęc rō militat, licet nō fundet intētionē alterius, & hāc partē puto veriorē, & hoc de iure canonico. Sed an de iure ciuili exigaſ titul⁹ in ꝑscriptione 30. vel 40. an. cū bona fide, si ius cōe resistit ꝑscribenti. tex. in l. si qs emptionis, C. de ꝑsc. 30. vel 40. an. loquēs de ista ꝑscriptione nō aperit, sed cessāte titulo regrit cursū longissimi tpis, nec Bar. ibi aperit, ego puto qđ sic. tū ar. eorū, q̄ leg. & no. in l. quēad modū, C. de agr. & cēſli. 11. tū qa canonicū exigit titulū, hoc casu, pp ꝑsūptā malā fidē. ergo cū agaſ de peccato excludēdo, stā estiuri can. vt no. in reg. possessor, de reg. iu. li. 6. & in l. priuilegia. C. de sacrosc. eccl. & licet tex. in d. c. j. loquaſ in ꝑscribēte rē eccla sticā, tñ in hoc eadē est rō, q̄ ī alijs rebus, ex quo ius cōe resistit ꝑscribēti, qa in vtroq; casu ꝑsumīr malafides, vt in d. l. quēadmodū, in fi. Nec ob. si dicaſ, q̄ tex. ibi loqī de ꝑscriptione lōgissimi tpis, secus ergo in ꝑscrip. lōgi tpis, vt ibi no. in glo. qa dico, q̄ iō reseruat ibi tex. ꝑscriptionē lōgissimi tpis, qa de iure ciuili currit ꝑscriptio tāti tpis, ēt cum mala fide: sed cū de iure can. (cui
36 hodie standū est) talis ꝑscriptio non curat, secus est dicēdū. † Vl
d timo queriī hic, quāto tpe ꝑscribaſ in rebus patrimonialibus d

cle-

ADDITIONES.

a ¶ Conscientia. Malafides prædecessoris nocet eius hæredi bonę fidei possessori eo prætextu; quia tenetur ad exonerandum animam defuncti, quā aliter exonerare non potest & vide Rom. in l. Pomp. in §. cum quis adminiculo, in 2. col. de acq. pos. vbi refert hanc doctrinam D. Ant. & idem dicit Imo. in repe. c. fi. 3. col. eo. tit. & hoc limita verum in successore vniuersali, qui cauſat totum ius suum a defuncto. nam secus esset, si cauſaret ius suum ab alio, quam a defuncto, ita singulariter dicit D. Aut. in c. cura, in 3. col. de iu. patr. & cum eo, quod dicit hic D. Ant. concordare videtur etiam cum Bal. in authen. ad hoc, C. de vsu. quem refert & sequitur Imo. in repe. c. fi. in 47. col. in fra ed. dit. Sed contrarium tenet Bal. in l. nihil, C. pro hære. & Bar. in l. cū hęredes, in princ. de diuer. & temp. præscrip. qui similiter sequuntur Dyn. in l. reg. possessor, & qui vellet tenere istam faciliter respondere ad rationem: Dom. Anto. hic, videlicet quod non debet impediri effectus præscriptionis ex eo, quod hæredes teneantur defunctum exonerare, quia præscriptio habet vim solu. vt est tex. in l. fi pupillus. ff. de admin. tuto. & in l. fi vnus. §. fi autem, ff. de iniur. modo certum est, quod solu. liberasset animam defuncti, ergo &c. ita respondebat do. meus Franc. de Are. legendo hanc decr. in voce.

¶ Adde quod hæres teneatur exonerare conscientiam defuncti, eundem Abbā. consi. 77. in fin. 1. lib. & an hæres possit præscribere, si defunctus fuit in mala fide, vide Ale. consi. 84. & 110. 1. lib. & an error iuris prosit ad præscriptionem, per eundem consil. 74. 4. lib. & an in præscriptione requiratur titulus & bona fides per eundem. consi. 125. 2. lib.

An hæres teneatur exonerare conscientiam defuncti. vide, quæ habentur in c. fi. de sepultu. siue loquamur de suo hærede, siue extraneo, & vide glo. quę tenet quod sic, in l. nihil. C. pro hære. & tex. Pau. de Cast. & Roma. in lan vitium, ff. de diuer. & temp. præscrip. & habetur per Pau. de Cast. in l. sequitur. in §. hæres. ff. de vsuc. & per Rom. in l. Pomponius. in §. 1. ff. de acq. pos. quod est absque dubio verum, quando hæres vult vti accessione defuncti. secus si vult computare tempus ex sua persona. & vide Pau. de Cast. in consi. 188. & 143. vbi sing. loquitur. Dicas, quod fructus non superlucrarentur: & vide etiam in consi. 80. & in l. Pomponius. §. cum hæres. de vsuca. Ant. Fran.

b ¶ Ego vero. Hanc opi. tenet Ale. in consi. 84. inc. In causa vertente, in 1. vol. & late in consi. 63. incip. Illustrib. his, col. 2. & consi. 99. incip. videtur prima facie, col. fi. in 4. volum. & in consi. 5. incip. videretur, in 2. colum. in 5. volum. sed idem Ale. sibi contrarius, tenet contrarium in consi. 110. incip. visis, circa. fi. in 1. volu. & in consil. 39. incip. visis scripturis, in 1. col. & consi. 134. incip. in causa, circa fi. in 2. vol. & ita etiam tenet Cor. in consil. 136. incip. ad euidentiam, col. 2. in 1. vol & in consi. 138. inci. vī, per totū, & consi. 304. inci. ré arduam, col. 143. vol. & consi. 277. inci. ad euidentiam, col. pe. 4. vol. Seb. Sap.

c ¶ Dictum Do. Anto. Pro certo, illa gl. dicit verum, quia sicut ius commune est contra præscribentem, eodem modo est contra alium, & in pari causa melior est cōditio possidētis. Itē quia d. c. 1. in prin. loquitur, qñ ius cōe fundat intentionē agentis, ita dēt intelligi medium & finis illius c. Andr. Barb.

b ¶ Patrimonialibus. Quantum tempus requiratur in præscriptione rerum patrimonialium clericorum, de hoc satis late, vide per Imo. in repe. c. fi. infra eo. & vide per Ro. in l. vsucapio, ff. de vsuc. vbi ponit, an quo ad ꝑscriptione bona clericorum gaudeāt eo priuilegio, quo res ecclesiæ, & facit mentionē de doctrina hic tradita per Do. Anto. & eam sequit dicens, ita cōiter teneri.

¶ Adde Rom. sing. suis. Ant. Fran.

¶ An bona clericorū gaudeant eodē priuilegio quo bona ipsius ecclesiæ, vide quæ hūr in c. ex litis de pig. & per Bar. in l. cū sit generale. de for. comp. & per Car. in cle. fi. de cens. adde, qđ bona clericorū nō veniūt in gneerali obligatione bonorū ciuitatis, & iō non pñt capi pro delictis cōis, sicut nec capi pñt bona ecclesiæ, ēt si fuit clerici primæ tonsuræ, fm Bal. in l. ēt. C. de exec. rei iud. & quātū tps requirat in præscriptione rerū patrimonialiū clerici, dicas quod tantum tempus, quantum requiritur in præscriptione bonorū eccl. iuxta no. in c. illud. & in c. de quarta, hoc eo. tit.

¶ Patrimonialibus. Vide Rom. in sin. 45 i. incip. tu scis. Fel. in ca. 2. in fi. sup. eo. Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ sup. de consti. vbi latissime tangit quando bona clericorum patrimonialia, gaudeant priuilegio ecclesiæ. & vide Io. Fran. Bal. in tra. cta. præscri. in prima parte quintæ partis principalis. q. 5. Seb. Sap

Universidad de Deusto
Biblioteca



clericorum? D.Ant.satis impertinenter format hic istam quæstionem. Ego eã attigi in c.de quarta,ſ.eo.vbi melius cadebat; & ꝯcludit hic, ꝙ spacio, ſ.10.annorũ inter præsentes; & viginti inter absentes,intercedente tñ titulo, & 30.annorũ,sine titulo. & dic in effectu, ꝙ sicut præscribitur ℨ priuatum, ita & ℨ clericum;quia non reperitur in hoc priuilegiatus.hoc tenet gl.in c. possessiones.16.q.4.sentit gl.no.in c.ℨq,de censib.lib.6.quæ dicit non esse vſe verum, ꝙ clericus gaudeat in rebus proprijs priuilegio ecclesiarũ.& idem Archid.ibi allegat gl.in d.c.possessiones;& hoc puto verissimum; quia iura canonica exigunt ꝓscriptionem 40.ann.solum,cum præscribitur ℨ ecclesiam, ita loquitur c.de quarta, & c.illud,cum similibus,ſ.eod.tit. ita etiam loquitur auth.quas actiones,C.de sacroſ.eccl. In aliis autem stabimus ciuili legi. arg.in c.1.de no.oper.nunc.priuilegia.n.non debent extendi ad personas in eis non comprehensas, vt in c. sanè,de priuil.& 7.q.1.c.petisti. Non obstat,si dicatur ꝙ bona clericorũ gaudent eodem priuilegio cum rebus ecclesiarum, vt no.gl.in c.ex literis,de pig. facit rex.in c.similiter.16.q.1.quia illud nullibi vſu probatur; sed in quibusdã casibus iure expreſsis duntaxat; & vide in hoc,quod not.Spec.in tit.de in integ.reſt.

a §.qualiter,ver.sed nunquid. vbi dicit,ꝙ clericus a maior nõ potest petere restitutionem in integrũ,si in rebus proprijs fuit læsus:secus in rebus ecclesiæ, & ad iura quæ dicunt clericos gaudere eodẽ priuilegio in rebus proprijs, quo in rebus ecclesiæ; rñdet,ꝙ loquuntur quoad defensionem, alleg.12.q.2.c.ecclesiarum seruos, & hanc opin.dicit tenere Vinc.ad idem gl.not. in clem.vna,de in integ.reſt. in verbo,ecclesiarum, quę dicit,ꝙ si non ecclesia, sed solum personæ clericorum lederentur, ex

87 lapsu ꝛpis, non competit restitutio. † Ad idem allego dictum Goffr.in c.pen.de iud. vbi tenet,ꝙ in causa ecclesiæ,sicut in causa fiscali non perit triennio instantia; secus dicit in causa patrimoniali ipsius clerici,quia hoc non reperitur iure cautũ. Idem sentiunt Pet.& Abb.in c.cum sit generale.de fo.compe.vbi dicunt, ꝙ licet raptores bonorũ ecclesiæ, possint conueniri coram iudice ecclesiastico,vt ibi: secus in raptoribus bonorũ patrimonialiũ ipsorum clericorum, quia priuilegium non debet extendi,vt in d.c.petisti.7.q.1.satis placet mihi oratio.Quid aũt in dicto principali?dic, vt dixi in d.c.cum sit,& c.cæterũ,de iudi, hoc etiã,quod non gaudeãt clerici eodem priuilegio in rebus proprijs,quo in rebus ecclesię;nisi in casibus a iure expressis,tenet hic D.Ant. nam multa fm eum hñt priuilegia,ecclesiæ bona,quę nõ putat habere bona clericorum. nam bona ecclesiarũ non possunt alienari absq; solennitate, de qua 12.q.2.c.sine exceptione;secus vt in rebus clericorũ; quia hoc nõ reperitur iure expressum.& idem in simlib.Concludit ergo,ꝙ nisi sit iure expressum, vel subsit omnino eadem ratio, non gaudebunt bona clericorum eodem priuilegio cum rebus ecclesiarum,in hoc tñ fuit sibiipsi D.Ant. ℨrius: nam ℨrium tenuit in c.pen.de iudic. & in c.1. de consuetu. sed ibi non discussit ita materiam, sed trãsiuit communiter cum dicto gl:ego semper tenui quod ℨ.dixi,& vide quod scripsi in d.c.ex literis,de pign.& in c.ecclesia Sanctæ Mariæ,de constitut.vbi aliquid de materia tetigi.

ADDITIO.

a ¶Clericus.Ad idem facit casus quem ponit gl.3.in cle.fi.de procur.facit quod dicit gl.in c.fi tributum, 11.q.1,& vide D.Ant.in c.cum in tẽpore,in fi.de arbit. vbi dicit,ꝙ clericus de bonis patrimonialibus potest cõpromittere,authoritate propria,ꝙ tñ non posset de rebus ecclesiæ,vt not.Host.& Doct.in c.peruenit,eo.tit. ad idem vide tex. fm vnam lect. gl.in c.nouum genus, de decj.vbi in solutione decimarum non gaudet eo priuilegio,quo ecclesię.& hanc doctrinam sequitur D.Ant. hic, videliçet,ꝙ bona patrimonialia clericorum non gaudeant eo priuilegio quo res ecclesiarum, nisi in casibus in iure expressis, & sequitur D.Abb.in c.ecclesia S.Mariæ, de const.& in c.fin, de vita & hon.cler.sed contra hanc doctrinam,videtur tenere gl.reddendo rationem in c.literis,de pign. vide glos.in c.fimiliter.16.q.1.& dicit D.Ant. in c.1.in fi.de consuet.& pro hac parte adducit gl.in l.munerum,§.patrimoniorum,in ver.Pontifex.ff.de mun.& honor. & tex.in auth.item nulla communitas,de episc.& cler.c.fi clericus laicum,de fo.compet.tex.in clem.præsenti,de censib. & in c.ecclesiarum seruos, 12.q.2. & de isto articulo, vide latè per D.Card.in clem.1.de vita & honeſt.cler.Et adde,quòd res patrimoniales Imperatoris non gaudent eo priuilegio quo gaudent res fiscí sui, tex.est cum glos.in l.fi quis seruum, C.de fer.fugit. Item limita istam regulam traditam hic per D.Anto. & Panor. non habere locum in bonis patrimonialibus, ad quæ clericus est initiatus; quia illa gaudent priuilegijs, quibus res ecclesiæ. ad hoc est glos.singul. in c.episcopus, de præb.

SVMMARIVM.

25 bat poſſeſſionē, † & turbationē? Reus vero ꝓbat ſpoliationem & tunc probat, ꝙ vi ab alio poſſidet. i. ꝙ alium illa re ſpoliauit, & non prodeſt cōuento, quia non poteſt ſe defendere iure tertij. tex. eſt apertus in l. j. ff. vti poſſ. in fi. & hoc ideo contingit, qa ius tertij non excludit prorſus ius agentis. non enim ſequit ſpoliaui aliū ergo tu potes me turbare. facit l. bona fides, ff. depoſi. ſecus autem eſſet, vbi ius tertij prorſus excluderet ius agentis, tūc enim poteſt opponi de iure tertij, vt l. cum ſeruū. C. de ſer. fu. no. Bar. in d. l. j. §. fi. quod eſt no. ad hoc reducas prolixè not. per Io. An. in c. mandatum, de reſcr. vbi diſcurit poſt alios, an & quando liceat de iure tertij proponere. Aut probat conuētus, ꝙ ab eo poſſidet vi. & hoc caſu Inno. ponit opi. Quidam enim dūt, ꝙ fertur ſnīa ſuper vtroq;, ſed illa executioni nō mandabi tur, niſi ſuper interdicto, vñ vi, quaſi ſnīa reſtitutoria trahat ad ſe, & abſorbeat ſnīam ſuper turbatione, arg. in c. cum dilectus, de cauſa poſſ. & proprie. Alij (vt refert Inn.) dūt, ꝙ hoc caſu nulla ſnīa fertur ſuper interdicto, vti poſſ. & ita intelligunt iſti. l. j. §. fi. prætalle. vbi dicitur ꝙ ſi aliquis vi, aut clam, vel precario, ab aduerſario poſſidet, ꝙ nō debet vincere in interdicto, vti poſſ. & exponunt illa verba. i. nulla ſnīa ſuper iſto interdicto debet ferri. Sed primi, qui tenēt ꝙ ſnīa debet ferri (qđ eſt tutius ſm Inn.) exponūt iſta verba legis, quæ dūt ꝙ poſſeſſor nō debet vincere hoc caſu. ſ. cum effectu: quia illa ſnīa nō mandabitur executioni, quod tñ tūc tñ obtinet ſm Inno. quādo cōuentus vti poſſ. reconueniebat actorem interdicto vñ vi. Si enim aliter vellet intelligere illam, l. ſcilicet quod interdictum vti poſ. nō competit cōtra ſpoliatorem cum effectu, & ꝙ reus poſſit excipere de ſpoliatione ſua, ſequeretur hæc abſurditas, ſm eum, ſ. quod nulla ſnīa ſuper interdicto, vti poſ. ferri poſſet, probata ſpoliatione: quia ſi ferretur ſnīa, ꝙ reus, qui probauit ſpoliationē, ceſſet è moleſtia, expreſſe ɔdiceret d. l. j. in fi. vbi dī ꝙ actor nō dēt vincere probata violētia, vel clādeſtinitate, ſeu precaria poſſeſſione. ſi vero iudex abſolueret reum ſpoliatum ab impetitione actoris, hoc ēt nō poteſt ſtare, quia per ɔnīs cōcederet, ꝙ moleſtaret poſſeſſorem, quod eſt falſum, cum etiam prędo lit in ſua poſſeſſione defendendus, vt §. de reſt. ſpo. c. in literis. Item ſi liceret eidem ſpoliato turbare, eadem tatione & ſpoliare. quod falſum eſt; quia etiam ipſi priori ſpoliatori competit interdictū ɔ ſm ſpoliatorem, & primo ſpoliatum, vt in prælle. decr. in literis, & quod ibi not. Item ſecūdum eum per prædictum modū agēdi, ſ. vti poſ. & excipiēdo de ſpoliatione nō fiet ei reſtitutio ſpoliato: quia nec ad hoc actum eſt, nec interdictum, vti poſſ. inſtitutum eſt ad poſſeſſionem recuperādam. Item ſi conſtat, ꝙ male feciſtiſte ſpoliatus, qui turbat poſſeſſorem; ergo debet puniri. & ſi diceres forte (vt aliqui maniter ſomniauerūt) ꝙ puniet per alias actiones. ſ. per actionem iniuriarum, vel per per officium iudicis, certe hoc non procedit ſm ipſum, qa actio iniriarum eſt prodita ad vindictam tñ, vñ per hoc nō cōſequere tur poſſeſſor, ꝙ ceſſetur ab eius moleſtatione. quare cōcludit Inno. ꝙ verba illius l. j. in prin. & in fi. vbi dicitur: ꝙ poſſeſſor nō obtinebit in interdicto vti poſ. ɔ iſtum, quē ſpoliat ſic ſunt intelligenda. ſi reus ante lit. cont. excipiat ɔ agētē interdicto vti poſ. non eſſe audiendum, niſi prius reſtituat rem, de qua agitur, qua reum prius ſpoliauit. ad hoc c. ſuper ſpoliatione, de ordin.
26 cog. vel ſi directe proponat interdictum, vñ vi, ɔ agentē, vti poſ. † Vult ergo in effectu, ꝙ conuētus hoc interdicto, habeat duplex remedium. primum, vt actorem expellat ab agendo, ꝓpoſitō ſpoliationē ſuam per viam exceptionis ante lit. conteſt. ſecūdum, vt directe ɔ actorem intētet interdictum. vnde ui, & probata ſpoliatione, obtinebit ipſe ſolus in effectu, licet ēt pro nunciari debeat ſuper interdicto, vti poſ. ſed ſnīa nō mādabitur executioni, arg. c. cum dilectus, de cauſa poſſ. & propr. & ad hāc breuem concluſionem poteſt reduci tota iſta gl. ſi. no. ſed volui tota ſua verba recitare, vt videas ſua ſubtilia motiua. Bart. tñ in d. l. j. §. fi. non placent hæc dicta. pondera tex. in d. l. j. in fi. in eo quod dicit quod poſſidens, vi, clam, vel precario à cōuento nō debet vincere in hoc interdicto, vti poſſidetis, ex hoc enim verbo, vincere oſtenditur, quod hæc exceptio non eſt præciſe examinanda ante lit. conteſta. ſed poſtea ad merita cauſæ vſque ad tempus diffinitiuę. nam ſi ante litem conteſta. examinaretur, non poſſet diffinitiue pronunciari, vt in c. quoniam, vt lit. non conte. ad idem tex. iuncta l. j. in princ. ff. vti poſſ. vbi prætor dicit vim fieri vero, quominus poſſideas, vti poſſidebas non vi, nec clam, nec precario, & ſic habuit reſpectum ad diffinitiuę tempus, & nō proceſſum. nil tñ ſpecifice attingit quid iuris, cū ponitur ſpoliatio per viam actionis, nec reſpondet ad abſurditates. Inno. tñ colligit vnum ſingulare dictum, quod eſt de dicto ɔ fundñ Inno. dicens deiectum poſſe inquietare deiectorē ſuum qñcūque, nec tenetur interdicto vti poſ. ſed repellere nō licet, niſi in cōtinenti. l. 3. §. cum igitur, ff. de vi, & vi ar. & c. olim. de reſt. ſpol. & ita dicit tenere gl. in l. vna. C. vti poſ. quod eſt mē ti tenēdum. Do. Ant. ſequitur Bar. vt exceptio ſpoliationis poſſit opponi hoc caſu, etiam poſt lit. conteſta. Item dicit, ꝙ ſi ſpoliatio fuit deducta per viā actionis & probata, nō eſt pronūciādum ſuper interdicto, vti poſſ. dum modo dicat, cōuētus nō eſſe ſententiādum, licet aliud ſentiat Inno. Mouetur. quia hęc exceptio ſpoliationis eſt peremptoria, quę poteſt quādocūq; opponi, & quia in exceptionib. ſufficit proponi factū, ex quo colligatur exceptio, & quia directa & cōtraria actio habet vim exceptionis, quādo negat ius agendi. nam ſi dicis te dñm. ego cōtra, dico me dominum, licet agendo excipiam te dñm nō eſſe, & quia notorie conſtat agētem nō habere ius agēdi, poteſt & debet iudex ſententiare pro agente recuperādę, & nō pro agēte vti poſſ. Itē quia inanis eſſet illa pronūciatio, ſi in effectu mādaretur executioni, & ſi liceret turbare, liceret ſpoliare; qđ eſt falſum. d. c. in literis. quia aliud eſt in turbatione. quam in ſpolia tione, vel cōtra ſpoliatio enim ſecunda purgat vitium primę ſpoliationis, ſed non turbatio & quia plus eſt ſpoliare, quā turbare. non obſtat ꝙ ſpoliato detur remedium ad recuperādū; fortius dabitur ad defendēdum; quinimo ſecūdum D. Ant. fortius datur ad recuperādum propter rationē prędictam. Non obſt: ꝙ iniuſte faciat turbādo, qa ibi iniuſte facit, donec liqueat de violentia, ſed iuſte facit, & feciſſe cenſetur, factum hoc liquidando, & hoc ſatis placet. Sed concludendo latius & clarius di
b co, ꝙ triplex remedium [b] competit conuento, vti poſſid. q prętendit ſe ſpoliatum ab actore. Primum, vt eum repellat ab agēdo, excipiēdo de ſua ſpoliatione ante li. cōteſt. & hæc exceptio dilatorie propoſita operabitur effectum repulſiuum; nō quia detrahat iuri agēdi, vti poſſidetis, cū nō opponatur peremptorie; ſed ex priuilegio tributo ſpoliato. nō enim compellīt rūde re ſpoliatori, ante reſtitutionem. vt in c. 2. in fi. de ord. cog. & ꝙ hæc exceptio ad effectum repulſiuū agēdi debeat proponi ante lit. conteſt. eſt tex. iuncta gl. in c. 1. 2. quæſt. 2. Secūdum remedium eſt, vt de expoliatione excipiatur peremptorie, & ſic poſt lit. cōteſt. vſque ad ſnīam, ſeu donec fuerit in cauſa cōclusum per dictam l. j. in prin. & in fi. ff. vti poſſid. qua probata, dēt actor ſuccumbere, ſed nō fiet reſtitutio cōuento, ſi hoc nō competit, quia ordinata ad finem repellēdi, nō cōſequuntur effectum cōſequēdi, vt probatur in d. l. 2. de ord. cog. Non obſt. ſi dicatur, ꝙ ſecūdum hoc licebit ſpoliato impune illum moleſtare; quia dico ꝙ aut iſtum moleſtabat in poſſeſſione ſubtracta, & nō hēt ſpoliator, de quo cōqueratur, cū poſſit prouidere reſtituēdo poſſeſſionē violētam, & ipſe fuit & eſt iſtius turbationis cā. nō enim voluit prętor talem in violēta, & iniqua poſſeſſione defendere, ne ſit iniquitatis fautor. & ne inde peędat iniuriæ, vñ iura naſcūtur. in c. qualiter, & qñ ɔ. de accuſ. & l. meminimus, C. vñ vi. & hæc potuit eſſe ratio decidendi, in d. l. j. ubi dī, ꝙ talis violētus uel clādeſtinus, nō dēt in hoc interdicto, uti poſſ. uincere, ſicut in ſimili iura mādāt actorem in poſſeſſionē rei petitę mitti, ut reus cōtumax tædio affectus ueniat reſpōſurus, ut in c. qñ, §. in alijs, ut lite nō cōteſt. Tertium remedium eſt, ut cōuētus deducat ſpoliationem ſuā directe ꝓponēdo interdictū recuperādę, ſicut uidetur feciſſe Eps quo caſu probabiliter poteſt de modo pronūciādi dubitari, utroque probāte intētionem ſuam. Opiniones hincinde ſūp. uidiſtis, mihi placet opinio ut nō pronūcietur pro actore in interdicto. uti poſſi. qa ex pro bationibus cōuenti clare cōſtat, ꝙ ſibi ius nō competit. noluit .n. ꝑtor in hoc interdicto uti poſſ. ſubueniri uiolēto poſſeſſori ɔ ſpoliatū. d. l. j. & ſatis eſt ꝙ cōſtet illum uiolētum poſſeſſorē ar. c. ecce. 24. q. 3. Itē reus petēdo illius poſſeſſionis reſtitutionem ſatis uidetur excipere, ut pro illo nō pronunciet; quia qui uult ɔnīs, uult & antecedens. l. illud. ff. de acqui. hęred. & c. cum M. & quod ibi no. de conſt. & c. ex parte, de ſpon. unde poterit iudex ſic pronunciare: quia tu actor probaſti poſſeſſionē, & turbationem,

ADDITIONES.

a ¶Tempore turbationis. Quæ ſint neceſſario probanda in poſſeſſorio retinēdæ, ponit Bar. in l. j. §. interdictum, ff. vti poſſ. & Lanfran. de Ori. in rep. rub. de cauſa poſſ. & proprie. col. 8. verſi. 1. concluſio. Seb. Sap.

b Triplex remedium. Vide Lanfran. in prælle. repe. rubr. de cauſ. poſſ. & propr. col. 13. ver. ſeptima concluſio, vbi, dicit, quod ſpoliatus non poteſt cōueniri poſſeſſorio, uti poſſidetis; & ideo poteſt impune turbare in poſſeſſione ſui di quo fuit ſpoliatus, etiam ſi turbaret ex interuallo.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tionem, erat pro te pronunciandū; sed quia reus probault, q̄ vi ab eo possides, & petijt sibi possessionē restitui, ideo eum restituimus, & te ꝺemnamus ad possessionē liberè relaxādam, &
27 hæc sufficiāt in hoc articulo. † Vltimo quæro, quia tex. in d.l.j. ff. vti poss. dicit, q̄ nō debet actor in hoc interdicto vti poss. vincere ꝯ reum, a quo possidet vi, vel clam, vel precario, q̄ dicit actor sic possidere? Sol. dicit Inno. q̄ licet Azo. in Summa, vti poss. faciat magnas difficultates in expositione illorum verborum, ipse tū Inno. simp̄r dicit, exponēdo possideo a te vi. i. violenter tibi abstuli, & sic de alijs. Bart. in d.l.j. §. fi. dicit, q̄ salua reuerentia Innoc. labor Azo. non fuit indebitus, causa est �journ eū: quia ad hoc, vt istud interdictum alicui competat, necesse est, vt ipse possideat: vnde si ego possideo vi, clā, vel precario, q̄o potes tu agere ꝯ me, si non possides? Et ideo laborat multum Bart. in ponendo exempla, q̄ vterque, actor, s. & reus possideat, & eorū alter possideat vi, clam, vel precario. Sed profectò parcat mihi reuerentia Bart. licet hoc possit cōtingere; non tñ est necesse, quia pariter interdictū, vti poss. datur non solum inter duos q̄ ꝺtendūt possidere, vt l. si duo, in prin. ff. vti possid. leg. & no. in c. licet, de prob. sed etiā datur possessori ad tuendā suam possessionem ꝯ aduersarium, qui eum turbat & inquietat; licet non possideat, nec possidere contendat, vt d.l.j. §. est igitur, & leg. & no. in d.c. licet, in gl. in ver. vti possidetis, & in c. audita, de restit. spol. quapp tenendo, q̄ actor solus possideat, clarè patet expositio illorum verborum, �journ Inno. potes enim a me, vel ab alio vi possidere; quia me a possessione deiecisti clam, quia me absente clam fuisti possessionē meam ingressus: precario, quia ad preces concessi tibi, vt possideres. Si postea ꝯ me te in possessionem turbantem, agis hoc interdicto, vti poss. potero excipere, quod vi, aut clā, vel precario possides. & si a me, deberes succūbere: si ab alio, secus: quia quoad me liberè, & iustè possides. d.l.j. in fi. & �journ hanc viā res est clarissima. Sed si teneremus, q̄ vterq; possideret: sed alter vi, clam, vel precario, q̄d esse potest. d.l. si duo, in prin. tunc est difficultas in proponendis exemplis: & forte hoc casu laborauit Azo. sed dic bñ, vt not. in d.l.j. q̄ vi aut clam alter possidet. Si ergo eram dñs, alius erat fructuarius, qui possidebat nāliter; tu iuisti & fructuariū deiecisti, vi certè possides a fructuario, nō a me dño. vnde vterq; noſtrum possidet. ego ciuiliter, & tu nāliter: & vterque noſtrum est tuendus in possessione: quia tu non debes me turbare in possessione mea ciuili, nec ego te in tua nāli: sed si tu possides vi, aut clam a me nāliter, debes succumbere, vt in d.l. si duo. & in eisdem terminis pone exemplum, q̄n alter possidet iustè, s. respectu iustæ ciuilis possessionis, alter clam, vel precario respectu naturalis. Respectu uerò eiusdem speciei possessionis, non potest hoc contingere, quia duo eandem rem eodem modo insolidum possidere non possunt, vt in c. licet, de prob. Quid autem si de facto vterque pariter probauit se possidere insolidum? dic, vt dixi in
28 d.c. licet. & per hæc habes clarè hunc articulum. † Quærit insu per Inno. an ſnīa pro possessore lata in interdicto, vti possidetis, pariat exceptionē rei iudicatæ, si idem ꝯ quem iudicatum fuerit, agat nunc pro eisdem rebus interdicto, vnde vi? & rndet q̄ non: quia alia est actio, & ad aliud agitur nunc, q̄ prius, ff. de except. rei iud. l. cum quæritur, cum duabus seq. & s. de testib. in c. cum causam, quæ inter œconomicum: & quia ſnīa iudicis primo lata in interdicto, vti poss. nō prohibet molestationem iuris, sed facti, quādiu possidet, sic autem constat, quod re cui-
29 cta ab eo, iam non possidet. † Illud autem certum est �journ cum, q̄ is qui in interdicto vti poss. succubuit, possit proponere rei vendicationem, quare ergo similiter proponere interdictum, vnde vi, non potest, vel aliam competentem actionem? diuersitatis ratio non apparet: ergo idem est dicendum. C. de liber.
30 prēter. & exhęre. l.j. † Si autem non egi, vti possidetis, sed confessoria, petens aduersarium a sua molestatione cōpesci, & obtinui: tunc reus non poterit agere, vnde vi, vel alio interdicto; & ratio est �journ eum, quia in primo iudicio in quo fuit confessoria intentata, actum fuit de proprietate, quę præiudicat omnibus possessoribus, s. de cau. poss. & propr. c. cum dilectus. q̄ autem confessoria sit actio in rem in his corporalibus, probatur
31 in l. si forte, ff. si ser. vend. & in §. econtra. Inst. de act. † Vltimo vltra Doct. hic quæritur, quid si actor succubuit; quia non probauit se possidere, nūquid debeat cōdemnari reo in aliquo saltē, vt eum de cętero in sua possessione non molestet? Glos. in l. 1. C. vti poss. dicit q̄ non; sed reus debet absolui. latius hoc prosequitur Bart. in d.l.j. ff. eo. dicēs, q̄ aut reus absoluitur: quia actor non possidet; & tunc actor ad nihilum ꝺemnabitur, respectu possessionis, de qua agitur; quasi secus respectu expensarum, nā in his distinguendum est, vt no. in c. finem, de dolo & contum. Aut reus absoluitur, quia docuit se possidere iustè, & poterit actori imponi silentiū, ne eum de cętero molester. l. cir ca, ff. de prob. No. bene hoc dictū. sentit enim, q̄ si super libello actoris, reus probat de iure suo, est pro reo pronunciandum, licet expressè hoc nō petierit; de quo vide quod plenè dixi in c. ex cō-

questione, de restit. spol. Si autem docuit se possidere simp̄r tunc �journ eum: quia posset esse, quod possideat ab aduersario vi, clam, vel precario. hoc mihi non placet, quia donec aliud appareat, possidens præsumitur iustè possidere, vt l. fi. C. de rei vend. Item tunc possessor nō debet in hoc interdicto vincere, cum appareat q̄ vi, aut clā, vel precario possidet, d.l.j. in princ. & in fi. secus ergo, vbi nō apparet de iniustitia possessionis, facit d.c. licet, de prob. nā in dubio possessor præsumitur in bona fide, vt plenè dixi s. eo. c. si diligenti. Aut non cōstitit, actorem vel reū possidere aliquo modo; vt puta, quia actor erat colonus, vel creditor missus in possessionem ex primo decreto, vt l. si duo. §. creditores, ff. vti poss. & tunc non est dubium. q̄ reus venit absoluendus, vt in d.§. creditores: tñ actor in nullo sibi cōdemnabitur, vel præiudicabitur, �journ Bart. quod intelligo �journ prædicta; quia reus non probauit se possidere. Quandoque cōtingit, q̄ vterque possidet, sed diuerso modo; vt quia vnus ciuiliter, & alius naturaliter; & quilibet debet obtinere in specie sua, si iustè quisque possidet, de quo dic vt s. latius dixi, & ad materiam ampliandam, vide plenè not. in d.c. licet, de probat. & per Bart. in d.l.j. §. fin. & l. si duo, ff. vti poss. & hæc no. Nico. Abbas.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa potest tollere ius ciuile in concernentibus animam.*
*Lex continens in se peccatum, etiam veniale, est ipso iure nulla.*
*Subditi non tenentur parere superiori contra legem Dei.*
2 *Constitutio, quæ absque peccato mortali seruari non potest, est cassanda, & annullanda.*
3 *In bona fide dicuntur illi, qui non habent scientiam rei alienæ.*
4 *Bona fides requiritur de iure canonico, omni tempore, in præscriptione.*
5 *Mala fides potest & debet probari per illum, qui dicit eam fuisse in præscriptione, vel quia præscribens confessus fuit in iudicio, quod res erat aliena.*
6 *Mala fides interuenisse in præscriptione probatur, quia fama erat in loco, quod res erat aliena.*
7 *Præscribens, an teneatur docere de titulo, vide remissiuè.*
*Præscriptiones iurium currunt ex negligentia non petentis.*
8 *Præscriptio libertatis, in seruitutibus vrbanorum prædiorum, non currit; cum præscribens vtitur facto suo; videlicet altius tollendo ædes suas: sed præscriptio seruitutis rusticæ causatur ex mera negligentia non petentis.*
9 *Debitor, an præscribat tam in foro fori, quàm poli, contra suum creditorem negligentem petere, si ipse debitor ignoret se debere. 13. 14. 15. vel sciat, 18. 21. 21. 30.*
*Statutum, quod si quis non petierit debitum intra tantum tempus, quod cadat a iure suo, vel vlterius non audiatur, an valeat. 13. 18. & sequent.*
10 *Renunciare non potest quis iuri introducto in odium alterius, vt præscriptioni, & Macedoniano.*
11 *Actiones temporales, & quanto minoris, & redhibitoria de iure canonico finiuntur tempore a iure ciuili statuto.*
12 *Actiones vel accusationes criminales, quę post certum tempus non possunt amplius intentari iure ciuili, non præcludunt viam; quin in foro canonico intententur.*
13 *Debitor an, & quando teneatur ire ad domum creditoris, offerendo debitum vel econtra, vide remissiuè.*
14 *Nulla, ista dictio est vniuersalis negatiua, excludens omne sub ea contentum, aliquando secus, vide num. 35.*
15 *Via illa est tenenda, per quam vitatur peccatum, quia est tutior.*
17 *Iura & actiones veniunt appellatione rei, vel bonorum.*
19 *Mora interpellat pro homine in foro cōtentioso, sed nō pœnitentiali. 10.*
22 *Denunciatio Euangelica potest semper intentari, vbi subest obligatio naturalis.*
24 *Præscriptio vbi fuit inducta debitore ignorante debitum, non habet locum denunciatio in foro ecclesiastico.*
25 *Debitor quando præscribit contra creditorem, an & quo casu tollatur obligatio naturalis.*
26 *Denunciatio in foro ecclesiastico, non potest intentari, quando denegatur actio de iure ciuili ob magnam æquitatem.*
*Exceptio Macedoniani, & Velleiani, & similes, habent locum in vtroque foro.*
27 *Denunciatio in foro ecclesiastico, tunc demum habet locum, quando obseruantia iuris ciuilis induceret peccatum.*
*Præscribens non tenetur restituere rem præscriptam in nullo foro si post præscriptionem superueniat mala fides. 37.*
28 *Præscriptio longissimi temporis sine titulo, æqualis est in fauore præscriptioni longi temporis.*
29 *Filiusfamilias non tenetur restituere mutuum etiam in foro animæ.*
30 *Debitum vigore sententiæ an præscribatur, adeo, quod contra præscribentem non possit intentari denunciatio in foro ecclesiastico.*
31 *Sententia declarat; non autem inducit.*
32 *Sententia præsumitur iusta præsumptione iuris & de iure, in qua præsumitur inesse naturalis obligatio.*
33 *Eundum an præscribatur eo quod præsliterit seruitia domino per plura tempora.*

*Præscriptio*



*Præscriptio de iure ciuili, nunquā currit cum mala fide, quæ pariat actionem, sed exceptionem sic, de iure canonico nec exceptionem parit.*
34 *Allegans p̄scriptionē nō necesse habet allegare bonā fidē, quia p̄sumitur.*
*Præscriptio si fuerit capitulata, censetur fuisse capitulatum de titulo, quando requiritur.*
35 *Statutum dicens, quod in casu nulla currat præscriptio, non excludit præscriptionem longissimi temporis.*
*Præscriptio, an possit tolli per priuilegium.*
36 *Dispositio istius capituli, an se extendat ad præscriptiones precedentes.*
38 *Præscriptio an currat vel interrumpatur, si præscribens habuit aliquando conscientiam lesam: sed in fine non.*
39 *Titubans an præscribat.*
40 *Bonę fidei possessor rectissime quisque dicitur, quamdiu possidere se ignorat alienum.*
*Ignorans non habet, nec bonam, nec malam fidem.*
41 *Prælatus qui habet scientiam rei alienę, quam nomine ecclesię possidet, an teneatur illam restituere. 42.*
*Prælato solo non creditur, etiam vt testi. 24.*
43 *Confessio prælati asserentis rem per ecclesiam possessam esse alienam; an ecclesię habenti bonam fidem præiudicet.*
45 *Emens bona fide rem alienam, si antequam præscribere finiat, scit rem fuisse alienam, quod remedium habebit.*
*De euictione non agitur, antequam res euincatur, licet sciatur, quod est aliena.*
46 *Mala fides quomodo probetur, & quomodo purgetur.*

CAP. XX.

**Quoniam omne.** Possessor malę fidei, nullo tēpore præscribit. ita cōiter ſum matur. sed per hoc ſummariū nihil induceret de nouo iste tex. cum esset prouisum s. eod. in c. vigilanti. ideo plenius ſummo ſic. Nec in foro canonico, nec ciuili valet præscriptio cum mala fide. h.d. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit constitutionis cām. In ſecunda constitutionē, ibi: Synodali. In tertia infert ex cā, ibi: Cū generaliter. In quarta concludit, ibi: Vnde. Casus literalis. Quicunque facit ꝯ conſcientiam, ædificat ad gehennam, & ideo ſtatuit Conciliū, quod nulla valeat præscriptio absque bona fide, tam canonica, quam ciuili; quia generaliter omni consuetudini & cōstitutioni derogandum est, quæ ſine peccato mortali seruari non pōt. ideo oportet, vt qui rem alterius præscribit, quod in nulla parte p̄scriptionis habeat malā fidem. Not. principium, quod omne, quod non ex fide est, peccatū est, ſunt verba Apoſtoli ad Ro. 14. in fi. quæ expone, vt plene ꝓsequitur Gratian. 28. q. 1. ca. j. §. ex his, vbi dat duas expoſitiones. ſed prima mihi placet ad propoſitū noſtrū, vt dicamus, q̄ omne, q̄ ꝺ ſcientiā fit, est peccatum. vñ capitur hic fides ꝓ conſcientia, vt voluit etiam hic glo. j. habens enim rei alienę ꝺ ſcientiā, præscribere conatur ꝯ conſcientiam; & ideo peccat, vt in c. literas. de restit. ſpo. merito non iure potest præscribere. Quot autem modis capiatur fides, vide per glo. ſatis plenā ſuper rub. de ſumma Trin. quam notabis. No. ſecundo, quod ſy
1 nodus qñq; ſumitur pro Concilio generali, concor. cap. 1. de ſponſ. quandoque ſumitur pro ſynodo quam facit Epiſcopus, infra de accu. cap. ſicut. Nor. tertio ſecundum verum intellectū, Papam posse tollere ius ciuile, in cōcernentibus animā, ſeu peccatum, est enim in talibus s. omnem creaturam, vt in c. no-
2 uit, de iud. voluit Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. vide glo. in reg. poſſeſſor, de regu. iur. lib. 6. † No. abolendā & caſſandam esse conſtitutionē, quæ abſq; peccato mortali seruari nō pōt. Ego dico, quod talis conſtitutio est ipſo iure nulla; quia de ſubſtantia legis est, vt ſit iuſta, & honeſta. 1. diſt. c. erit autē lex. Si autem ꝺtinet peccatum, nō potest dici lex. Item ſi contineret aliquod inhoneſtum, quod tenet Bart. in l. omnes populi, ff. de iuſti. & iur. & in l. fi. C. ſi ꝯ ius vel vti. pub. quinimmo talis legis ꝓmulgator, tanq̄ contra ius diuinum diſpōnēs, conuincitur potius errare, quam legem condere. 25. q. 1. c. ſunt quidam. nec tali legi debent ſubditi parere, ne obediant inferiori ꝯ legem ſuperioris, ſcilicet Dei. 11. q. 2. cap. qui reſiſtit, & c. Iulianus, & ad iſtum tex. qui dicit tali conſtitutioni derogandū intelligo de ſacto. nam de iure est irrita per ſupradicta. Et idem vr, ſi continet
a in ſe peccatum veniale, a argumē. in c. 2. de pact. lib. 6. cum ſua glo. quod tenet hic D. Anto. facit q̄d no. glo. 14. diſtin. in ſum-
3 ma. † Not. q̄ ille dicitur esse in bona fide, b qui non hēt conſciē
b tiam rei alienæ, quod clarius probat in c. ſi virgo. 34. q. 2. † Not.
4 vltimo, quod de iure cano. non ſufficit bonam fidē aſſiſtere in principio. ſed requiritur toto tēpore præſcriptionis. Gl. 2. diuiditur in quatuor partes, primo enim oppo. de c. cura, de iure patron. vbi vī currere præſcriptio cum mala fide. Gloſ. non ſoluit. Ioā. An. dicit, quod ibi ſoluitur. dic quod vario mō; ſed mihi placet il la ſolutio, quod præſcribens errabat in facto; & ſic non erat in mala fide; & dic vt plenius ibi not. Secundo glo. quærit, quādo quis dicatur hñe bonā fidem. remittit ad no. in c. ſi diligenti, ſu-
5 pra eod. dic vt ibi plene no. † Tertio gloſ. quærit, quid ſi actor, contra quem allegatur p̄ſcriptio, vult probare, quod p̄ſcribens habuit ab initio, vel medio tēpore malam fidē, arguit pro & cōtra; & tandem concludit, quod dēt ad probandum admitti; ſed de hoc ego non dubito, quod ſi habuit illo tempore, durante curſu præſcriptionis, malam fidem, non potuit præſcribere, vt hic in fin. probatur, & in c. veniēs, in fi. s. eod. & in reg. poſſeſſor, de reg. iur. lib. 6. dēt ergo admitti, actor ad probandum, quod de trahit ſubſtantiæ præſcriptionis; & interimit intentionē, ſeu ex-
6 ceptionem illius rei. † Qualiter autem probabit malam fidē? dic per famā, quæ erat in loco in quo erat res aliena, vel ꝓ ipſe præſcribens fuit aliquando hoc confeſſus extra iudiciū, de quo vide per Bar. in l. Celſus, ff. de vſucap. & dixi ſup. in tractatu huius
7 tit. † Vlt. gl. quærit, an præſcribēs teneatur docere de tit. & remit tit ad no. in c. ſi diligenti, s. eo. & tu vide quod ibi dixi, & habes tex. expreſſum in c. 1. eo. tit. lib. 6. dic vt ibi. Quęro capiēdo gl. 3. an per hoc c. ſint iura ciuilia correcta, quatenus admittunt ſic p̄ſcriptionē cum mala fide? glo. primo adducit iſtum tex. pro parte affirmatiua in eo, q̄ tollit p̄ſcriptionem canonicā, & ciui lem, non ſuffragante bona fide; & hanc opin. dicit tenere loan. quia ratione peccati ſm eum potuit eccleſia legibus ciuilibus præiudicare, de iud. c. nouit. ſecundo refert gl. opi. ꝺriā, q̄ peccatum dēt conſiderari, quoad ius diuinum; non autē quoad fo rum ciuile. & ſm hanc opi. exponitur tex. ca. j. cum agitur de re ſpirituali præſcribenda, ciuilis cum agitur dere ciuili. i. non ſpirituali: & ſic tollitur præſcriptio quoad forum eccleſiaſticum duntaxat. Tertio gl. rñdet ad opi. Io. quam approbat, q̄ñ lex ciuilis conſiderat negligentiam non petentis: ſed canon conſiderat peccatum mala fide præſcribentis: ideo canō prævalere dēt ꝓp animarum periculū; hanc opi. tenet hic Inno. dicens, q̄ ratione peccati canon potuit corrigere legem, argum. c. nouit, de iudic. idem Hoſt. & Ioan. An. in reg. poſſeſſor, de reg. iu. lib. 6. in gloſ. & Merc. Aduerte, vbi præſcriptio cum mala fide cauſatur ex iniuſto poſſidere præſcribentis, omnes conſentiunt, q̄ ratione peccati ſtandum eſt canoni, vt no. Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccle. nam & ipſe Imperator dicit, q̄ in iſtis lex non dedignatur ſacros canones imitari; & ſic ſubijcit ſe diſpoſitioni canonicæ, vt in Aut. vt. cle. apud propri. epi. pri. conue. §. pe. coll. 6. & in c. clerici, de iud. & in c. 1. de iur. cal. diſpoſitum ergo in huiuſmodi ſpiritualib. ꝓ canones pōt dici diſpoſitū per leges, facit quod de cōcubinatu, & ſimilib. no. Io. An. in reg. ſine culpa, in
8 Mer. † Sed quandoque p̄ſcriptio cauſatur ſine poſſeſſione, & facto præſcribentis, vt in actionibus: debitor enim nil poſſidet, q̄ ſit creditoris. nam licet rei ſibi mutuatæ dominium habeat. l. 2. ff. ſi cer. pet. tñ non ipſe dī poſſidere actionem, cum detur ꝯ eū; & ſit penes ipſum creditorē. Vide aliud exēplum in præſcriben da libertate ꝯ ſeruitutem ruſticam, in qua non requiritur aliquod factum præſcribentis, ſed ſola negligentia nō vtentis; ſec⁹ in præſcribenda libertate ſeruitutis vrbanæ; quia tunc requirit factum hominis. exēplum in hoc vltimo. ſi ędes tuæ ædib. meis ſeruiant, ne altius tollantur, vel luminibus ædiū mearum officia tur; & ego feneſtras meas prēixas & clauſas habuero; ita demū ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altius ſublatas habueris. nō ſic in ſeruitute ruſtica, nam ſi habes ſeruitutem eundi per fundum meum: & per magnum tempus hac ſeruitute non vſus fuiſti, illam perdis; & ego acquiro ſine aliquo facto meo libertatem in fundo meo, hęc probatur in l. hæc autē. ff. de
9 ſer. ruſt. prę. & l. ſe qui. §. ſi viam. cū ſeq. ff. de vſuca. † In iſtis ergo caſibus dubitatur, an per ius canonicum, ſit ciuile ius correctū, q̄ in iſtis caſibus non curat de bona, vel mala fide p̄ſcribētis, vt
c in iurib. præal. Bar. ſuit in his caſib. i ſingulari opi. c in l. ſequitur.

§. ſi

ADDITIONES.

a ¶ Veniale. Et vide hic D. An. qui dicit, quod l. cano. non ſolum est ſeruanda in foro ciuili, quando l. ciuilis nutrit peccatum mortale; ſed etiam quando nutriret veniale tantum, & idem dicit Imo. in repeti. 1. col.

¶ An & quando lex canonica ſit ſeruanda in foro ciuili, dicas, q̄ licet leges, & canones proceſſerint ex fonte diuino, & dicant de cęlo per ora principum promulgatæ, vt per Bal. no. in tractatu ſchiſma. in 3. col. in terris imperij leges ciuiles ꝓualent canonibus: ſed in terris eccleſiæ ꝓualent canones, vt pleno in c. j. de cōſti. & hoc niſi leges ciuiles eſſent nutritiuæ peccati, vel diſponerent de reb. ſpiritualib. quia tūc ſtaremus canonib. & nō legib. vt in l. priuilegia. & ibi per Bar. C. de hæ. ſac. eccl. & in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cōſti. & 10 in matrimonijs ſtamus diſpōni canonicæ. c. ſi. de ſecū. nup. & no. gl. in §. ſi. inſt. de gradi. & ide dicas in uſuris, vt in l. 1. C. de ſum. Tri. & in auth. vt clerici apud ꝓpr. epos. in §. fi. & in auth. ad hoc. C. de vſu. & in c. 1. & 2. de no. op. nū. & in c. j. & c. tua, de or. cog. & ꝓ Bar. in l. Titia. ff. ſol. ma. & an leges ciuiles poſſint tolli ꝓ Papā, vide per Io. An. in c. 2. de reg. iur. li. 6. & ꝓ Spe. in ti. de diſpu. in §. Pantho. ver. ſed nunquid. & in c. conſtitutiones. 10. diſt. Anc. Franc.

b ¶ Fide. Non ſolum ſi ſit tantum ex iuſtis rationibus, ſed etiam ex iniuſtis, & temerarijs, ita Bal. in l. 1. in fi. per gl. ibi quam ad hoc multum no. & dicit & reputat tenendam menti. C. vbi cauſa ſtatus. quod multum no.

c ¶ Singulari opi. Hanc opi. ſequitur practi. Pap. in loco prælegato, vbi etiam dicit communiter practicari quod in materia præſcriptionum ſeruatur indiſtincte ius ciuile in foro ſæculari. & opi. Bar. ſequitur Maria. Soc. in conſ. 203. incip. circa primum. per totum, & Cor. in conſi. 176. inci. ad euidentiam. conſi. 188. inc. videtur. in 1. co. & in conſ. 277. inc. ad euidentiam, per totum. in 4. vo. vbi dat nouum intellectum ad iſtum tex. Seb. Sapia.

Universidad de Deusto
Biblioteca



a §.si viam,[a] præall. dicens ius canonicũ ad hos casus non referẽdum; quia fm eũ, c. istud. & reg. possessor, de reg. iur. lib. 6. loquuntur in præscriptione, quæ causatur ex possessione præscribentis, quo casu requiritur bona fides, pp factum possidentis rem alienam; secus autem in his casibus, vbi nulla reperit̃ possessio ex parte præscribentis; ideo bona fides non requiritur, vt d. §. si viã. præscrib. n. his casibus propter tuã negligentiam; vel potius tu perdis, quam ego præscribã. Pone. n. fm eum, q ignorem me debere: & tibi obligatum esse; & tu cessas petere. certe non sum bonæ fidei, vel malæ; & tñ præscriptio proceditpp tuam negligentiam. l. omnes, & l. sicut, C. de præscr. 30. vel 40. anno. & hoc firmat; salua tñ determinatione sanctæ matris ecclesiæ & theologorũ; & idẽ dixit in l. fi. ff. quemad. ser. amit. & per hæc dixit in d. §. si viam, valere statutum ciuitatis, quo cauetur, quod si creditor non petierit debitum intra certũ tps, ca dat à iure suo. vel si dicat, de cætero non audiatur per iudicem. dicit tamen, quod primo casu, quando dicit, cadat à iure suo, tollitur obligatio ciuilis, & effectus naturalis, vt not. per eum, in l. fi. ff. rem rat. hab. sed secundo casu, qñ dicit, non audiatur, nulla obligatio tollitur; sed via agendi præcluditur; & ideo tunc remanet fm eum via agendi per denunciationem, fm formam c. nouit, de iud. & sic spectabit ad iudicũ ecclesiæ. & alibi Bar. in tñ approbauit hoc statutum, vt dixerit, q nõ possit creditor per pactum illi renunciare; quia est introductũ
10 in odium negligentis, & sic fauore publico. † Non. n. potest quis renunciare iuri introducto odio alterius sicut dr̃ in Macedoniano, vt no. sup. de fo. comp. c. si diligenti, & l. fi. C. ad Mac. hoc firmat Bar. l. nemo potest, ff. de leg. i. & l. j. ff. de vsucap. Sed
b aduerte,[b] quia idem Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. in sua solenni repe. tenu it ℨrium, dicens non valere statutũ prædictum; quia est peccati nutritiuũ, nec lex Imperialis, si hoc diceret, valeret fm eum. ideo tenuit, q leges permittentes malæ fidei possessorem prescribere, non valent; quia nutriunt pactũ, & alle. hoc c. secus dicit, si statutum nõ excluderet simpliciter creditorem ex lapsu temporis; sed præsumeret ℨctum fictitiũ; quia tunc excluderet peccatum. D. Ant. refert hic Inn. in c. qa pleriq;. de immu. ecc. sensisse primam opi. Bar. & Vin. in c. cura, de iure pat. Sed iudicio meo hoc non sentiunt. sed Inn. loquitur habito respectu ad ius ciuile. & loquitur indistincte de pscr. 30. anno. cũ mala fide, nec astrinxit se magis ad actiones personales, quam reales. hinc dicit, q præscribens mala fide tenetur in foro animæ ad restitutionẽ. Vin. vero loquitur non in actione personali, sed reali, habito respectu ad dispositionem illius c. cura, dicens, q ibi non fuit vera præscriptio: sed potius exceptio quædam, quę competit in odiũ Epi negligentis, & racite consentientis. Illa tñ lectura cõiter non tenetur ad illum text. sed debet intelligi, qñ in præscriptione interuenit error facti, vt quia putabatur Epm consensisse, iuxta no. in c. de quarta, sup. eo. & dicendum, vt plenius no. in d. c. cura. Ipse vero D. Ant. in effectu facit hic duo membra, dicens, q aut actio sui natura data est temporalis a lege in meram pœnam; & tunc putat illam tolli etiam sciente debitore; quia ex se finitur abiq; eo, q aliud præscribat, vel acquirat; quia in pœnalibus non arctatur conscientia, vt notatur 12. q. 2. c. fraternitatis. & per Host. in sum. de pœ. & no. hoc dictũ vltimum, quia est ℨ no. p Bal. in l. si pœnæ causa, de condi. inde. & vide quod dixi in c. nouit, de iudi. in additioni. nam à lege concessum, lex tollere potest fm eum, vt in c. in nostra, & quod ibi notat Inn. de iniur. hoc puto verissimũ, & allego in simili gl. singularem in c. cum fm leges, de hær. lib.
11 6. in ver. casu. † Sed ego dubito, quid, si non in meram pœnam lex à principio introduxit actionem temporalem; sed quia sic fuit visum sibi ꝑuenire saluti reipublicę, exemplum in actione de dolo. l. fi. C. de dolo, & quanto minoris, seu redhibitoria. l. 2. C. de edi. act. & multis alijs similib. de quibus Insti. de perpe. & tempo. act. & ff. de act. & obl. Hostien. in sum. eod. titu. §. quę res præscribi possunt. post prin. tenet q hæc iura ciuilia nõ sunt correcta per ius canonicum, quod est notan. Sed ego credo, q in foro animæ, si ex parte alterius ℨhentis intercesserit dolus, seu alium peccarũ, tenetur satisfacere: quia lex non tollit peccatũ; sed solũ dedit actionẽ ad tps; vnde si nunq̃ dedisset actionẽ, teneretur ille satisfacere de peccato suo; vt patet in mã vsuraria, pro prędictis facit tex. in c. qui habetis, & in c. nõ sane. 14. q. 4. & qđ no. Inn. in c. qa pleriq; ꝑalle. & per gl. in c. ex transmissa. de dec. & 13. q. 5. in sum. peccatũ. n. nõ dimittit̃, nisi restituat abblatũ. in c. cũ tu de vsu. in reg. peccatũ. li. 6. hinc dixit gl. sin.
12 in c. admonere. 83. q. 2. † q licet quoad accusationẽ crĩalẽ prodita sint tpa certa à iure, vltra q̃ nõ licet accusare, vt l. querelã, C. de fal. & l. adu. C. de adul. tñ quoad pœnitentiã peragẽdã, nullum tps est præfixum. & vide quod in hoc dixi in c. licet de proba. Vel dic & melius, q licet in foro ciuili non possit post tempus agi; quia non datur amplius actio, & ius ciuile potuit tollere quod dedit, vel potius non dedit, vltra istud tempus: non tñ potuit tollere, quin iustitia saltem ratione peccati redderetur; ex quo subest æquitas iurisgentium, seu diuini, iuxta no. sing. per Innocen. in cap. quæ in ecclesiarum, de consti. & ideo potuit ratione huius æquitatis naturalis & peccati, agi in foro canonico per viã denunciationis iudicialis, iuxta no. in c. nouit, de iud. maxime per Inn. & Bar. in extrauagan. ad reprimẽ. ver. denũciationem. & hoc iudicio meo sensit Host. & Ioan. And. post eũ in ca. per tuas, de dona. secus autem vbi lex introduxit actionem temporalẽ ex suo officio, ita q nulla culpa seu delictum reperitur ex parte alterius; quia tunc post tempus non posset agi; quia nullum ius subest agendi. Redeo ad dicta. Do. Ant. aut actio originaliter est perpetua, sed lex decurtat viam actionis; & tunc putat ipse q siue lex, siue statutũ tollat ciuilem effectũ naturalis; siue inducat solum exceptionẽ ℨ actorem, vt in exemplis sup. positis Bar. q data scientia debitoris, non valebit prescriptio in utroq; foro, ita quod in hoc sit lex correcta per canones; & sic in effectu tenet ℨ Bar. Mouetur quia hæc actio finitur ℨ naturalem æquitatem, & finitur annexa negligẽtia ipsius debitoris in non soluendo; & quamquam lex ciuilis non fundet se in morte ipsius actionis, ex terminis ipsius qui liberatur; tñ commodum quod ei applicatur. l. liberationis, occasionatur à peccato, nec hoc ex fide est. q ipse sciens se debere tenẽ pp suum non soluere liberetur. Deus. n. lic arctat debitorẽ ad soluendũ, & satisfaciendum, sicut lex ciuilis arctat creditorem ad petendũ. Præterea lex canonica non ponderat possessionem ex parte præscribentis; sed solum hoc quod non sit ex fide; sed cum peccato, ut hic, & pro hoc dicit esse casum in Auth. vt eccl. Ro. centum anno. gau. præscrip. vbi cum mala fide non currunt præscriptiones ℨ ecclesiam, & dr̃ currere cum mala fide qñ ꝑscribitur à debitore sciente. Aduerte, quia Ang. de Per. hanc opi. ℨ Bar. tenuit in d. §. si viam, directe per tex. illum Auth. vt eccl. Ro. centũ ann. gau. prescr. & ille tex. optime facit, appellat. n. præscriptionem illam, quæ fit debitore sciente in quum prędisidium; & aperte dicit, qđ talis præscriptio dat materiam peccandi; quasi debitor sciens præscri. currere, inducere ad soluendũ; vt sic supplantaret proximum. Idem dicit, q itis et nonicum non considerat negligentiam creditoris; sed peccatũ debitoris, & ideo dicit, caute feciſſe Bar. qui in hoc se subiecit determinationi S. Matris eccl. nam fm eum cõiter tenetur
c ℨrium c & alleg. Ioan. And. in reg. possessor, in Mercu. sed certe Ioan. And. specifice hoc non tangit, sed hæc apertissime firmat in ca. 2. de excess. lib. 6. vbi dixit suprascriptum statutũ non valere in vtroq; foro. & de actione personali, quæ iure ciuili ꝑscribitur spatio 30. ann. tetigit Host. in c. per tuas, de dona. vbi dicit, q deficiente bono conscientię, ex parte debitoris, potest ratione peccati agi de iure canonico; etiam post illud tempus per istum tex. & hanc opinio. s. q actiones non præscribuntur mala fide, sequitur D. Card. in c. vigilanti. sup. eo. Bal. tenet in pluribus locis, vt in l. j. C. de ser. & authen. ad hæc. C. de usu. & specialiter in c. unico, §. si quis per triginta: in titu. si de feu. fid. contro. coll. 10. & semper tenuit q in foro ciuili seruanda esse opin. Bar. quia potius est quædam pœna legalis, quam præscriptio, cũ causetur sine peccato debitoris, sed in foro canonico secus;

ADDITIONES.

a ¶ Si viam. Et hanc opi. Bar. in d. §. fi viam. tenet idem Bar. in l. hæc autem in ff. de ser. vrb. præd. & in l. sicut, in fi. C. de præscri. 30. an. cõtrarium tenet Bar. in l. 1. C. de seruit. & aqua. & in c. 1. §. si quis per 30. an. si de feu. fue. contra inter domi. & vasallum. & in auth. ad hæc. C. de vsu. & Ang. in d. §. si viam, & in sua repet. l. j. C. de iud. de quo etiam vide per D. Ant. in d. c. quia pleriq;. de immu. eccl. & per Pet. de Anch. in regu. sine possi. & D. Ant. inci. cura. de iure pat. & plenissime per Do. Anto. in rep. c. peruenit. de censi. & plenissime per Host. in sum. de præscri. §. quæ res.

b ¶ Sed aduerte. Vtrum valeat statutum quod creditor non petens debitum infra certum tempus non audiatur, vide D. Ant. in rep. c. peruenit. de consti. & vide omnino plenissime consi. Do. Philip. de fra. quod inci. statuto cautur quod si quis creditor. Adde Raph. Cuma. cons. 147. 167. & 90. Fulg. consi. 123. Roma. consi. 102. Pe. de Anc. consi. 160.

¶ Vtrum per præscriptionem statutariam tollatur ipsa ciuilis, seu naturalis obligatio, dicas quod præscriptio tollit ciuilem obligationem, & elidit naturalẽ. l. fi. §. 1. & ibi per Bar. ff. rem ra. hab. & per Bal. in auth. ad hæc. in ver. item dubitatur. C. de vsu. & per Imo. & Doc. in c. fi. hoc eo. tit. & vide Spe. in tit. de exce. in §. 3. in ver. sed pone & per Ale. in l. fi pœnæ. de condi. inde. & in l. fi cui. §. fœlicibus. de fol. adde q præscri. ẽt 30 ann. non tollit actionem ipso iure, sed ope. exceptionis. ita Cy. in l. cum quis C. de iu. & fa. ig. & Sali. in l. sicut, in 6. oppo. de præsc. 30. ann. vbi dicit hanc esse cõem opi. in l. si cum §. qui iniuriarũ. ff. si quis cau. & in l. at qui. natu. de ne. gest. & per Bal. & Alex. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præsc. vbi dñt quod si statutum dicit, quod omnino actionem, per præscriptionem inducitur ipso iure liberatio: quæri an in delictis præscriptio statutaria tollat obligationem ipso iure habere per Bal. in l. fi pœnæ. ff. de cond. inde. & per Host. in c. significauit. de censi. & vide per Spe. in titu. de senten. in versi. fi. Ant. Fran.

c ¶ Contrarium. Et ita firmat Io. de Imo. consi. 123. inci. in causa quæ vertitur. Ale. in consi. 185. in viso titulo ver. nec prædictis in 2. vol. vbi plura adducit. & Socin. in consi. 86. inci. in causa cõitatis in 1. parte. & Corn. in consi. 60. inci. visis. in 3. vol. & in consi. 264. inc. in hac consultatione in 1. volu. & consi. 338. videtur per totum in 1. vol. & in consi. 170. per totum in 3. vol. & ita attestatur opi. Bar. cõiter reprobari. & ita etiam attestatur. D. Io. Baptist. de sancto Seucrino in repe. Omnes populi. ff. de iusti. & iure. Seb. Sap.



secus; quia canon nõ cõsiderat illã subtilitatẽ; sed simplicitatẽ,
a & peccatum, vt hic, quod quidẽ peccatum nõ dimittitur,[a] sed
13 augetur ex dilata solutione debitoris, ar. in c. fin. in prin. de consue. fm eum. † Ego in c. quod clericis, §. de foro compe. & alibi tetigi hũc passum, vbi solitus sum distinguere pro harũ opin. ꝓcordia, q aut debitor non tenebaꝫ debitũ offerre, ita q cessando a solutione, nõ fuit in negligẽtia; & tunc procedat opi. Bar. & sequacium, nõ enim præscriptio hoc casu vr̃ habere annexũ peccatum ipsius debitoris; cum ĩ eo nulla possit culpa notari, sed procedit hoc casu præscriptio ex mera negligentia nõ petẽtis; & hoc facere potuit lex sciente etiam eo cui cõmodũ applicatur, de hoc bonus text. in simili. in c. j. §. eod. Aut debitor debitum tenebatur offerre? & tũc cũ fuerit in culpa ĩ nõ soluẽdo, non dẽt pp nõ suum soluere induci præscriptio; cum procederet cum annexione peccati ipsius debitoris. Ex quo infertur, q in præscribẽda libertate aduersus seruitutẽ rusticam, non exigitur bona fides, cum ibi procedat ꝑscriptio ex solo nõ vsu sine
14 aliquo facto, negligentia, & culpa seruitutẽ debẽtis. † An autẽ, & qñ debeat debitũ debitor offerre; & ire ad domum creditoris[b] vel econtra, vide bonum tex. cum gl. in l. itẽ illa. ff. de consti. pecu. & ibi plenius post Bar. tãgo in c. significante. de pigno.
15 † Nũc vero cum scribere sup hoc c. & colligerẽ ex variis locis omnia §. scripta; adhibito longo præsertim nocturno studio, cœpi multum fluctuare ponderando subtiliter hunc text. in eo maxime qđ generaliter dicit nullam valere præscriptionẽ, absq; bona fide, canonicã vel ciuilẽ; vnde põdero verbũ, nullã, quod est vl̃e negatiuum excludens omnem præscriptionem, ẽt absq; bona fide; ergo excludit præscript. ẽt in psonalibus actionibus; quia qui omnia dicit, nihil excludit. de ma. & obe. c. solite, & 19. di. c. si Romanorum. presertim cum non sit ratio legitima re-
16 stringendi; imo potius ampliandi, vt euitetur peccatum. † Nam in dubijs tenenda est illa opi. per quam omne euitatur peccatum,[c] quia illa tutior, vt in cle. exiui. de ver. sig. & in c. iuuenis, de sponsa. not. gl. in c. vnico. de scruti. item quia litera in reprobatione ꝑscriptionis fundat se non super iniusta possessione; sed super mala fide; vñ text. hic ĩ nulla sui parte facit mẽtionẽ de iusta possessione. nec obstare vr̃ lra ĩ fi. in eo quod dicit oporte re vt hic qui ꝑscribit, in nulla tẽporis parte conscientiam hẽat rei alienæ; quia præscribens aduersus actionem seu seruitutem,
17 satis hẽt ꝑsciẽtiam rei alienæ; ex quo certus est, qđ is ℨ quem ꝑscribitur, habet actionẽ aduersus eum. † Nam præscribẽdo aduersus actionem, satis præscribit aduersus rem alienam: appellatione enim rei, veniũt actiones & iura, vt no. Bar. ĩ l. quintus, ff. de aur. & arg. le. l. rei appellatione. ff. de ver. sig. nã & appellatione bonorum veniunt actiones & iura, vt l. bonorum, ff. eo. tit. fortius appellatione rei; cum sit genus generalissimum; & per hoc tollitur motuum Bart. in eo q dicit in illis personalibus actionibus præscribẽdis non versari bonam vel malã fidem: qa
18 potest versari mala fides in eo q̃ scit actionẽ aduersario competere, ℨ quam ex suo non soluere præscribit. † Sed postmodũ accuratius inuestigãdo reperi Host. in sum. præalle. §. q̃ res, hunc passum plenẽ cæteris examinasse, quẽ nemo ad hoc allegauit, cuius originaliter fuit opi. primo loco recitata, quæ cõiter attribuitur Bar. in d. l. §. si viam, & in multis alijs locis superius alleg. & in effectu colligẽdo ipsius mentẽ, dicit, q in actionibus psonalibus ꝑscribẽdis nõ requirit, q debitor credat se nõ debitorẽ imo quantũcunque sciat, nihilominus præscribit, qa in istis rr̃ oritur obligatio a principio ex consensu partiũ, vt puta quia mihi mutuasti. l. sicut, C. de actio. & oblig. vñ si non soluo per hoc non sum in mala fide, seu peccato, quia ex quo tu non repetis, possum ꝓbabiliter præsumere, q aut vis donare, aut maiorem gratiam in expectando facere. ar. in c. 1. de commo. & si stas per
19 tñ tempus, q præscriptio compleatur, potius est tuæ negligentiæ imputandum, quã facto meo. † Quia licet fm eum, mora interpellet pro hoĩe, in foro cõtentioso, vt in c. fi. de loca. l. magnã. C. de ℨhen. & com. stip. secus tñ fm eum quoad peccatum cõmittendũ, nõ. n. pecco nisi petas: nisi saltẽ interuenerit iuramentũ, ar. c. debitores. de iu. iur. quod est sing. dictum; secus aũt dicit, si ego renui soluere, seu malitiose egi; quia tunc licet tu pp malitiam meam, vel potẽtiam, vel alio respectu a me nõ exegeris; non tñ ꝑscribo, ẽt in perpetuũ, quia psęuero in peccato; & hoc respectu etiã in istis psonalibus actionibus exigitur bona fides; sed ĩ actionibus realibus, ideo exigitur ignorãtia rei alienæ; quia in rebus alienis legitime possessis requiritur rr̃ vt interueniat titulus legitimus, seu traditio; & in dubio non ꝑsumitur dominus cõsentire, vt res sua ab alio possideatur; imo ꝑsumitur potius ℨ alienam scienter sine domini psensu, vitiose possidet; & est in mala fide; iõ non ꝑscribit. 34. q. 2. c. si virgo, & in reg. possessor, præall. Ex ꝑdictis inferũ, q iura ciuilia in actionibus personalib. nõ sunt correcta per ius canonicum; sed hoc c. & d. c. si virgo. & c. vigilanti, §. c. & reg. possessor. ꝑ ille. loquuntur in possessore rei alienæ cum mala fide; & sic in realibus ratione prædicta; vel qñ in personalibus interueniret malitia, & pertinacia in soluendo mõ prædicto; & hæc sunt sing. no. & miror q nemo allegauit; & forte ab eo habuit originaliter Bar. illam suam opi. licet non ita perfecte, & cõplete loquatur, sicut ipse Host. qui per verba latiora loquit̃; & videre poteris in sum. in loco ꝑalle. Et hæc confirmant in parte meã distinctionẽ, sup. positam; sed discrepat in eo quod sentit, q licet essem obligatus ad soluẽdum certa die, nihilominus præscribo, si malitiose non distuli soluere,
20 † quia dies non interpellat pro homine quoad peccatũ commit tendum, nisi interuenerit iuramentum. hoc enim mihi non placet; quia ad peccatum committẽdũ in genere, ꝑsũpposita obligatione Deus non facit dr̃iam ĩter iuramẽtum, & simplicẽ promissionem, vt ĩ c. iuramẽti. 22. q. 5. nec debet quis præsumere, q velit ampliorem diẽ statuta prẽfigere, ar. in l. cum de indebito, ff. de proba. & in c. super hoc, de renuncia. præsumitur enim vnusquisque diligens in re sua, & non velle suum iactare, vt in irrib. præall. & facit quod no. gl. in l. cũ quid. ff. si cer. pet. & præsumitur in sua prima cõpositione perdurare; & dicens ℨriũ habet probare, vt in l. eum qui voluntatẽ, ff. de proba. facit reg. semel
d And. vt exceptio per q̄ negatur iurisdictio, sp possit proponi, quia semper tendit ad iudicem declinandum; & ideo non vī in iudicem consentire, iuxta no. in c. si à iudice, de ap. li. 6. secus autem in alijs, declinatorijs, quia illæ tendunt ad differendū iudicium, sed non ℈ iudicem: imo præsupponunt iudicem habere iurisdictionem, cum ad ipsum spectet sniā, & hæc nota, quia hebes plene, & clare hunc articulum plenius, quam alibi declaratum. Quæro; quæ sunt ista priuilegia, de quibus referipturn debeat fac ere mentionem? Sol. gl. in ver. de priuilegijs, quod forte ꝓcedebant monasterio ius eligendi, ex quo gl. videtur velle, qđ de priuilegio concernente merita causæ, & eius peremptoria fit in

ADDITIONES.

a Contra iudicem. Adde Ro. consi. 269.

b ¶ Contestationem litis. Vsque ad quantum tempus possit opponi declinatoria iudicij, & adde omnino hic aliquos casus in quibus dilatoria exceptio opponitur post lit. contest. per Do. Ant. in c. dilectus, de referi. el 2. adde hic glo. in c. anteriorum. §. biduum, in ver. illud. & in ver. qui tunc. 2. q. 6. ita dicit de, q̄ si exceptio recusationis concernit naturam, vt quia sit mutus, vel claudus, potest opponi etiam post lit. contest. hoc dicit Arch. 3. q. 7. in fine. & per Io. An. in c. fciscitatus, de referi.

c ¶ Litis contestationem. Circa recusationem iudicis quando fieri debeat dicit quod regulariter debet fieri ante lit. contest. nec potest fieri post, vt per hic in l. fi. C. de sen. & interlo. & l. apertissimi. C. de iud. quod intellige verum, si talis suspicio insurgeret post lit. contest. quia tunc etiam potest opponi post: ita Ange. in l. fi. C. de le. per l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de ri bi. non tamen potest proponi post conclusionem in causa, fm Io. An. in cū dilectus, de ord. cog. nisi forsan talis exceptio recusationis fuisset occa ta: quia tunc posset proponi etiam post, per gl. in c. fi quis episcoporum. exceptio. 3. q. 1. & habetur per Spe. in tit. de recu. iudic. in §. 4. versi. quæro tamen. & de dilat. §. nunc videamus, versi. pen. & de exceptio. §. quæro. ver. & nota. de materia plene habetur, in c. suspicionis, & in c. inlinuante de offi. deleg. Ant. Fran.

d ¶ Possit proponi. Adde Paulum de Castr. consi. 83. in primo impressis. Aug consi. 187.



fit in rescripto ad lites concesso faciēda mētio, quod simplr nō procedit, ar. in c. 1. de lit. cont. li. 6. Vnde tenet quod no. in c. cū ordinem, de referi. & ad istum text. dic fm Do. Ant. quod procedit, qñ rescriptum habet aliq̄ clausulam priuilegiatam detrahēt̄ priuilegio, vel forte (vt arbitror) priuilegiū monasterij habebat clausulā derogatoriā ad rescripta, certa forma nō seruata, vt in simili hī in d. c. cum ordinē. † Gloss. vltima procedit mul
13 tum intricate, sed diuidēdo eam, quoad intellectum, facit tria ℞ria. Primo enim opp. quod cum snia fuisset hic lata ℈ monasterium, debuissent monachi audiri per viam restitutionis in integrum, pp necessariam probationē omissam, vt in c. auditis, ℣. de in integ. rest. & c. j. eo. ti. li. 6. Sol. gl. fatetur ℞rium, si monasteriū petijsset restitutionem in integ. sed non petijt. hoc intellige, qñ lesio tangit ecclesiam; secus si personas ecclesiarum, & eorum
14 iura, de quo vide bon. gloss. in cle. j. de in integ. rest. † Secundo principaliter glo. opp. q̄ exceptio peremptoria in cā principali
a omissa, pōt opponi in causa appellationis, [a] vt in c. cum Ioānes, de fi. inst. & l. per hanc, C. de temp. app. sed isti monachi appellauerunt a snia lata contra monasterium, vt patet in decisa. ergo male dicit litera, quod est eis imputandū, quare non opposuerunt tunc. Sol. gl. refert Io. dixisse hanc decr. procedere, quando quis omisit scienter, & dolose exceptionem primo proponendā causa fatigandi aduersarium suum: secus, si ignoranter omisisset exceptionem proponere. Sed hæc solu. nō placet gl. quoad istum tex. quia ex litera non apparet de dolo, & malitia istorum monachorū. Sed no. tu. sol. istam in se valde singularē, ex qua infertur mirabilis limitatio ad iura superius alle. vt & peremptoria non possit opponi in appellationis causa, qñ scienter & dolose fuit omissa in cā principali: sed Ioan. And. dicit se nō putare, q̄ hoc dixerit Io. ad solutionē ℞rij; sed alterius, quod ℣. subijciam. sed hoc dictum Io. placet Phi. qđ oīno putat verū Host. all. in arg. ℣. de excep. c. exceptionem. & insti. de excep. §. ité si in iudicio. Io. An. dicit, quod illa decr. excludit, facere vī potius contra, q̄ ibi qui non opposuit exceptionem tēpore debito malitiose, post tempus auditur; sed condemnatur in expensis; sic vī diecndum in hoc casu, vt audiatur iste, qui tempore debito nō opposuit exceptionem rei iud. sed condēnetur in expēsis. Sed tandem Io. An. sequitur Host. quia decre. illa exceptionem. ponit casum specialem in excōicatione, vt satis apparet ibi in text. propter causas quæ habentur in c. pia, de excep. lib. 6. ergo eius cōtrariū est gnale, vt is qui malitiose nō opponit exceptionem sibi competētē debito tēpore, & facit hoc
b causa fatigandi aduersarium, postea volens opponere, non dēt audiri, [b] facit de præb. c. præsenti. §. loca. lib. 6. & qđ ibi no. Et hęc opi. videtur hic placere D. Ant. & facit optime, quod not. gl. in c. audientiam, ℣. de referi. & satis placet mihi, ar. c. ex tenore, & c. fedes. de referi. & 11. q. 3. c. priuilegiū, omnia enim debent suis temporibus conuenire. 23. q. 4. c. si ecclesia. Item appellatio fuit inuenta, vt esset præsidium innocentiæ, & grauaminis releuatio; non aūt vt defenderet appellātem in sua malitia, vt in c. suggestum, & c. ad nostram, de appell. & tene hoc semper menti. Qualiter autē probabitur iste dolus, seu malitia? dic ex coniecturis. vel quia ipse aduersarius hoc dixerit extra iudicium. Secū
15 do gl. soluit ℞riū ℣. formatū, q̄ hic nō fuit appellatum a diffinitiua. † Quinimo nec potuissent isti appellare ab ea, qa cōtumaciter recesserunt, friuole appellando ab interlocutoria in eo, quod primi iudices noluerunt admittere exceptionem recusationis hæc sol. est bona in se; quia appellans friuole, manifeste nō auditur volens postea a diffinitiua appellare, vt in cle. vnica de do. & contu. sed no. gl. quod illa cle. hēt locum, etiā in causa ecclesiæ quod an sit verum indistincte, vide quod legi. & no. in c. imperatorum, de iure calum. & c. j. vt lit. non contest. vbi dixi, an ꝓtumacia procuratoris noceat dño, vt appellare nō pos-
16 sit, facit etiam quod dixi in c. j. de do. & contum. & in c. fin. de iure cal. §. i. † Tertio principaliter opp. gl. quod ex alio capite snia ista fuit nulla; quia lata contra rem prius iudicatam; & sic citra appellationē debuit monasterium San. A. audiri, vt l. 1. C. quando prouo. non est necesse. & 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. item si snia. glo. sol. colligēdo eius mentē, dat tres solutiones. Prima est, qđ sentit Ioan. applicando eius dictum ad hoc contrarium. quod videtur fuisse ex ipsius mente, quia ℞rium procedit, nisi scienter & dolose causa fatigandi aduersarium suum quis omiserit exceptionē rei iudicatæ opponere: quo casu intelligebat istum text. & est notabilis, limitatio ad iura prælleg. & pōt defendi p superius dicta; sed nō placet hæc sol. gl. sed transit ad secundam solutionē, dicēs qđ snia valet ℈ primam, si de ea non fuit oppositum; siue ignoranter; siue scienter, ut satis vī innuere hæc litera. imputandum enim est non obijcienti, vt dicitur in tex. Tertiam solutionē sentit gl. in fi. quod hic non fuit prima snia, etiā nunc ostēsa; licet fuerit allegata Papæ. sed hæc sol. parum valet ad materiam, q̄ a text. præsupponit, quod etiā si nūc ostenderet, non debet snia prætextu probationis nouiter repertæ retractari. Et sic habes ex prædictis duos casus in quib. valet sententia
c ri. Et sic habes ex prædictis duos casus in quib. valet sententia [c] secunda ℈ primā. Ponit gl. & quatuor alios casus, qui tñ non faciunt ad intellectum huius ca. sed ad materiam ampliandam. Ad vnum tñ ex illis aduerte, inquantū dicit, quod in causa publica, valet secunda ℈ primam ex probatione nouiter reperta, vt in l. Imperatores. ff. de re iu. & per illum tex. idem dicit ibi glos. in causa ecclesiæ, quia iura ecclesiarū dicuntur publica, j. di. c. ius publicū & ff. de iust. & iure. l. j. §. publicum. Sed Ioan. hic no. ℞rium, dicens quod hoc casu ecclesia non ęquiparatur reipublicæ, & hoc verius. vñ opus est, vt ecclesia hoc casu petat restitutionem in integ. vt probatur in c. suscitata. ℣. de in integ. restitu. facit c. j. ℣. pxi. & ibi hoc sentit Io. An. post. Goffr. super glo. fin. & D. Ant. hic; & hoc teneas. probatur iudicio meo aperte hic in versi. alioquin. Quartus casus, cum iudex expresse reprobat snia primā coram eo product im, vt probatur hic, in versic. Nō obstante. fm vnum intellectum. & j. c. prox. Quintus casus, cum reuocatur in dubium, an snia fuerit lata, & iudex pro-
17 nūciat non fuisse ꝓnunciatum, vt in l. j. in prī. ff. quæ sent. sine app. rescin. † Sextus casus, in l. admonendi, ff. de iureiur. id est cū sententia fuerit lata per probationem non integram, puta iudice iuramentum parti deferente. nam superuenientibus probationib. potest prima sententia reprobari, vt ibi, & hoc casū, dic vt plene no. ibi, & in c. fi. de iureiur. vbi dixi.

Additio. Potes addere septimum casum, vt colligitur, quando imminet periculū animarum. Et per hoc habes declaratam to
18 tam gl. † Sed nunc extra gl. attende. Nam circa primum intellectum huius c. sunt variæ opiniones inter Doct. vtriusque iuris: gl. n. hic tenet, vt ℣. dixi, quod secunda sententia directe contra-
d ria primæ, tenet, [d] si de prima non fuit exceptum, siue scienter, siue ignoranter non fuerit ostensa & ita gl. intelligit istum tex. Si autem prima snia fuit allegata & ostensa, nec expresse reprobata, non tenet secunda; & sic intelligit l. j. C. quando prouo. nō est necesse. Io. An. (vt ℣. dixi) posuit secundam opinionem, vt l. j. procedat, quando non dolose, sententia non fuit allegata, & istud c. qū dolose cā fatigādi aduersariū fuit tacita. Tertiā opin. posuit Inn. in d. l. 1. vt procedat qñ de prima snia non fuit oppositū, nec probatum, arg. in l. quod in diem, ff. de cōpen. Istud c. intelligitur, qñ fuit proposita exceptio rei iudicatæ. sed instrumentum non fuit productū, vel alia probatio, hæc solu. ad istū tex. diuinat, sicut præcedens sol. Io. Quartā opi. posuit hic Ioan. And. sic ad propositum distinguendo, quod aut fuit disputatū de virib. primæ; & tunc valet secda, vt dicitur in gl. Aut non fuit de hoc disputatū &; tunc aut is, pro quo facit sententia, scienter & dolose omisit illa vti; & tunc valet secūda per d. c. exceptionē, & alia iura superius inducta: & hoc casu intelligit istum tex.

Idem

ADDITIONES.

a ¶ In causa appellationis. Ad de Bald. in addi. ad Spec. in titu. de instru. edi. versic. ille qui appellat. Zach.

¶ In causa appellationis. Nunquid autem exceptio, quæ debebat opponi intra terminum præfixum a iudice, possit opponi in causa appellationis, vide Fel. in c. pastoralis, versi. dum subdit Abb. supra de excep. & quod non possit opponi in causa appellationis, quando fuit omissum malitiose in causa principali, tenēt D. Ant. Car. & Imo. in c. super his. in fi. inf. de acc. & Fed. de Se. in consi. xxiij. inci. Titius electus: & in consi. cij. inci. nobilis quidam late Fel. in c. ad audientiam. 2. vers. omissum, in principali, supra de rescrip. Seb. Sap.

b ¶ Non debet audiri. Adde an exceptio omissa in principali, possit opponi in causa appellationis, Alexan. consil. xxij. iiij. lib.

c ¶ Sententia. No. casus in quibus valet sententia contra sententiam, & de hoc vide plene per Bal. in l. post sententiam. circa prin. C. sent. rescin. non pos. per gl. post. Bar. in l. j. C. quando prouoc. non est necesse. vbi Ang. addit duos casus in quibus valet sententia contra sententiam. primus est in casu l. j. §. fi. ff. de quæstio. secundus quando causa est talis naturæ, quòd non requirit instātiā, sed in ea proceditur de facto & summarie, & ita dicit esse casum de executione instrumentorum, & in c. cum dilecta, de of. dele. & in c. pastoralis. in prin. de referi. & de hoc articulo vide late per eum in repe. c. ab excommuni caro, de referi. & in c. causam, el. 2. qui filij sint legi. item vide Arch. in c. ei qui, ver. ité si sententia lata fuerit contra reum. 2. q. vj. vbi dicit, quod in notoriis, sententia fertur contra sententiam, etiam si nullus oblatus fuerit libellus. & ita dicit Host. in c. cum olim, de re iud. & vide omnino in ista materia etiam glo. & Arch. in d. versi. item si sententia. & Bar. in l. nam & postea. §. si damne tur, ff. de iureiur. & in l. duobus, de exce. rei iud. & omnino Paul. de Castr. in d. §. si damnetur. & per Do. Ant. in d. c. quoniam contra, de prob. & in c. aduersario, de excep. & adde quod licet secundum communes sententias Doctō. hic & vbique valeat sententia lata contra sententiam a diuerso iudice, in diuersa instantia; tamen sententia lata ab eodem iudice contra primam interlocutoriam prius latam non valet, nisi expresse appareat quod hoc fecerit animo reuocandi primam, ita no. decidit Bar. in l. quod iussit, in vlt. q. ff. de re iud. quem sequitur iste in c. cum olim, supra eo. quod tene menti; quia est no. limitatio ad istam materiam, de qua faciebat magnū festum. D. meus Fran. de Aret. in voce legendo d. c. cum olim.

¶ Adde an valeat sententia contra sniam. Rom. consi. cccx. contra opin. Bar.

d ¶ Tenet. Tu dic q̄ ita est vera, & stabilis, & firma conclusio, quod sententia cōtra sententiam lata, est nulla, vt per Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra. in prin. n. xxij. ver. stat maxima difficultas, supra de prob. & ibi in apo. meis. eundem in l. admonendi. de iureiu. Fran. Are. in l. nam & postea. §. si damnetur ff. de iureiu. Phil. consi. ccxvi. inc. multum. vol. j. Ale. consi. xxxiij. vol. j. & consi. xv. e. li. & Bar. Soc. in suo trac. fallentia. reg. ccliij. vbi limitat. xiij. restrictionibus de quibus ibi dicetur. Zach.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Idem dicit, si res iudicata opponitur, sed nō probatur. vt dixit Inn. Aut sciēter, sed nō dolose; & tunc nō valet sēda. Aut omisit ignorāter; & tunc licet quidā dicāt quod si iudex sciuit, tunc nō valet sñia; secus si ignorauerit; ipse tñ tenet sñiam non tenere; cum pars & iudex ignorauerūt: quia nō est æquum, vt beneficiū ignorātiæ partis, lædatur per ignorātiam iudicis, per q̄ potius iuuari debet: ad hoc sup. de resc. c. ex parte decani. Nec ob. c. si duob. ℣. de app. & l. si forte, ff. de of. præsi. loquūtur enim cū procedit; qui iudex non est, quo casu ponderatur scientia ipsius, vel ignorantia. Et prædicta dicit locum habere, siue pro actore agēte siue ℣ ipsum pro reo fuerit prius iudicatū, cum prædicta. l. j. non distinguat & facit quod ibi not. in fi. vl. gl. Sed certe hæc opi. Io. An. diuinat ad istum text. cū hic in nullo allegetur mali tia alterius partis: quinimo iudicio meo (si non erro) ipse & In. (si fas est sic cōtra tātos viros loqui) dicūt expresse contra istū tex. in fi. vbi papa referendo se ad primam sñiam, dicit, quod præ textu instrumētorum nouorum, lites non debent instaurari; & sic præsupponit secūdam sententiam valere. licet omnino cesset dolus partis, & detur penitus ipsius ignorantia, ita quod nun
2 quam fuerit allegata. Quintam opi. ² ponit Bar. in l. 1. C. quando prouo. non est necesse. ℣ pius alle. vbi firmat, quod tūc non valet secunda sententia contra primam, quando ambæ fuerunt latæ ex eadem instantia; & sic intelligit istum tex. si autem ex diuersis instantijs; tūc semper tenet secūda, all. ℣ hoc vltimo, quod legi. & not. in l. si duobus. ff. de excep. rei iud. l. j. C. si plu. vna sen. iudi. fue. mouetur ad hoc quia causa, quare non valet secūda sententia, est, quia reperitur lata sine instantia, cum ℣ sñiam pereat instātia. l. Greçe. §. post litem, ff. de fideiuss. & l. cum apud. ff. iud. sol. Item qa iudex est ℣ sñiam functus officio suo, vt in c. in literis. sup. de of. deleg. & l. iudex. ff. de re iud. & hæ rationes militant solum, quando sententia fertur ex eadem instantia: secus si instā tia renouatur. Quidam tñ dixerūt, quod ideo non valet secūda
22 sententia, quia prima facit ius, & sic secunda videtur lata contra ius. Hoc dictum reprobāt ibi gl. & Bar. quia non est exp̄ssus error in sñia. Præterea ſm Bart. sententia lata contra ius, nō redactum in corpore iuris nō est ipso iura nulla, vt l. cum prolatis, ff. de re iu. sed illa prima sententia non erat redacta in corpore iuris, ergo & c. Alij dicunt hoc contingere, vt sit litium finis, & in hoc resident communiter glo. iuris ciuilis, & sequitur Bal. in d.
19 l. 1. † Sed nō placet Bar. quia eadem ratione non valeret sententia lata contra iuramentum, vel trāsactionem; cum iusiurandū; & transactio sint introducta, vt sit litium finis, sicut & sententia, vt l. j. ff. de iureiurā. & l fratris, C. de transa. Sed vtrūq; est falsum: primum probatur in l. nam postea. §. si damnetur, ff. de iurciu. secundum probatur in l. eleganter, ff. de condi. indeb. quare stat in rōne superius dicta ex qua infert ad opi. suā p̄all. Sextam opi. posuit hic D. An. reprobādo Bar. in dicto & in rōne. nam dicit, quod d. ctum Bar. nimis restrinxit text. illius l. j. quæ indistincte dixit. non valere secundam contra primam, Item vī cōtra hūc text. seu eius rationis, qui se fundat sup validitate secundæ, quia prima non fuit iudicib. ostēsa. Item l. j. ff. quæ sen. sine ap. rescin. loquitur, quando sñiæ sunt latæ in diuersis instantis: & tñ excipit solū casum, qñ reuocatum fuit in dubium, an prima fuerit lata, & per consequens non placet sibi ratio Bart. quare non va-
20 let secunda contra primam. † Assignat ergo ipse aliā rōnem. i. quia sententia facit notorium. & sententia lata contra notoriū est nulla, vt dixi in c. inter cœteras. ℣. c. o. & hoc dicit sentire Per. post Cy. in l. j. C. de sen. vbi dicit, qd causa est, quia sententia dēt ferri super dubio; non autē super certo, vt in d. c. inter cæteras. Ex hac ratione concludit ad quæstionē nr̄am: quia indistincte sñia lata ℣ sñiam, etiam in diuersis instantijs non tenet, quando sententia fuit prius iudicibus, ostensa, & non reuocant in dubiū de viribus eius, vel instantia eius, & statim iudex pronunciat cō tra illam, quia videtur lata contra notorium. Vbi autē prima nō fuisset ostensa, tūc valet secunda: quia iudici non constabat de notorio. Nec facit D. An. differentiam, an dolose, vel non omiserit pars opponere de prima. Item an scienter, vel ignoranter: quia qñcunque omiserit, sententia nō reperitur lata ℣ notoriū, de quo iudici constat, & hæc opi. est ℣ Bar. & Ioā. An, sed in effectu incidit in primam opi. glo. nostræ, quam etiā sequitur Bar. in l. j. C. qñ prouo. nō est necesse. vbi dicit, quod ratione morę in producendo primam, valet secūda contra primam: alle. istum tex. cum glo. & hoc, quia prima sententia trāsit in rē iudicatam existenter; sed non apparenter; ex quo nō fuit producta: addit tñ alium casum, in quo valet secunda contra primam. s. quando is qui habuit primam sententiam reperitur in culpa, vt quia iterum voluit agere, & succubuit, alle. l. si duob. ff. de excep. rei iud. Ille tñ tex. hoc non probat, sed fuit ita opi. quorundā antiquorum; & ℣ sentit hic Ioā. An. vt pater ex prædictis. Et in hoc Bal. facit quatuor mēbra. Aut enim sententia transiuit in rem iudicatam apparenter & existenter, & non tenet secūda contra primam, nisi ratione culpæ, vt prædixi. Aut transiuit in rem iudicatam apparenter, sed non existenter, quia sententia erat nulla, & valet indubie secunda, ar. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iu. Aut existenter, sed non apparenter, quia nō fuit oppositum de sñia, & tenet secunda, ratione moræ & ignorantiæ, vt hic. Aut nec existenter, nec apparenter trāsiuit in rem iudicatam, puta quia notorie non tenebat, vel fuit appellatū; & indubie tenet secūda. Ego simpliciter sequor opi. Bar. vt lata ex diuersis instantijs, semper teneat; moueor; quia aut de prima nō fuit oppositio, & casus apertus est hic, quod teneat: aut fuit oppositum, & probatum & nihilominus iudex tulit contrariam sñiam; & dico idem; quia ferendo contrariam sententiam, vī primam ex alio quo casu reprobasse: quia prima sententia causat exceptionem peremptoriam: vñ cum iudex non teneatur specifice pronunciare super peremptorio, sed super principali, quia pronunciando super principali, satis videtur pronunciare super peremptorio, vt legit & no. in c. 1. de ordi. cog. dando sñiam cōtrariā præmæ, iam ꝺductæ vī super ea pronunciasse illā reprobādo, & de hoc videtur casus hic, ſm vnum intellectum intelligendo, quod illa verba, posthabita, sint vna dictio, vt sit sēsus, posthabita, ad cē postposita & abiecta, contrarium statuissent, & c. & hunc intellectum ponit gl. in ver. posthabita. Si autem volumus tenere alium intellectum, quem etiā ponit illa glo. vt sint duæ dictiones, & tunc sit sensus, & ostēsa sententia iudices contrarium statuisse, & ad hunc sensum adducit Do. An. istum tex. pro se, dico, quod
21 non probat litera, quod secunda sententia nō tenuisset, sed dicit quod contrarium statuisset. Sed quod sententia habeat tenere: adduco tex. inf. c. prox. in fi. † Nam priuilegium facit notorium vt no. Inn. in c. ex insinuatione, de app. & tñ sententia lata est ℣ priuilegiū: quia iudex sententiando cōtra illud, videtur illud reprobare, vt ibi aperte dī. Nam notorium primum inficitur per contrariam sententiam: quia (vt prædixi) debemus præsumere iudicem fuisse ex aliqua causa rationabili motum, sup. eo. c. cum
22 sam. † Nā & transactio & iusiurandum, inducunt notorium & tñ tenet sententia contra illud, vt ℣. dixi, & ibi interuenit a pre consensus partium, & in sententia non; & sic deberēt esse maioris roboris, quam sententia, & nihilo minus tollūtur per contrariam sentētiā. Idem ergo, & fortius debemus dicere in sententia. Et per hæc tollitur ratio. Dom. An. & eius dictū. Nec obd. l. j. loqui. t. n. indistincte, qa indistincte nō pōt intelligi, vt patet hic in text. Nec obst. d. l. j. ff. quæ sen. sine app. quia pōt intelligi qñ secunda fuit lata in casu dubij, super eadē instantia: vel si vis intelligere, qd sup diuersa, dic qd dubiū fuerat ibi: qa secūda fuerat lata directe ℣ veritatē: qa fuit pronunciatū qd non fuerat aqua sñia lata: & sic nō videbatur valere argn. c. 2. de pur. vul. & nihilo minus cōcludit ibi, quod valet. Fortius ergo debet valere
23 ff. de legib. † Præterea probationes factę in iudicio, inducunt torium, vt leg. & no. in c. cum olim, de verb. sig. & tñ tenet
24 cōtra probationem. d. c. causam. & predicta no. † Nunc extra primo quæro: quia text. dicit, qd in secundis literis, facienda mentio nedum de primis: sed etiam de processu, nunquid sufficit mentio generalis? & vī quod sic: quia prolixitatem actorum non posset forte recipere pergamenum. Sol. dicit Hosti. hoc ese arbitrariū: ita tñ, quod fiat specialis, & expressa mentio de principalibus articulis, ℣. de rescrip. c. cum dilecta. Item de exceptione, ℣. de procu. c. in nra. §. fi. & de ordinib. ℣. eo. c. cū olim, & ibi c. veniens, & iudicibus, & litigantibus, & de his de quibus agitur sup. de dolo & contu. c. ex literis vbi de hac materia. & in sñia, est interpretandum vt ratio, q̄ moueat delegantē, moueat delegatum. ℣. de reser. c. super literis. in fi. Et si delegatus remanet in dubius consulat delegantem, de sent. excommu. c. inter. & de re dic. capitu. cum venissent, & optime loquitur, & Doctor. communiter in hoc eū sequuntur, & idem dic cum causa cripien
25 manibus ordinarij, vt sup. dixi. † Quero vlterius, an promotus a
b regimē monasterij possit vocari abbas, antequā benedicatur.

Videtur

ADDITIONES.

a ¶ Quintā opi. Cōis sñia est ℣ Bar. ſm D. An. de But. in cons. xxvij. inci. visis pactis & ℣stis. vide ibi. in l. nā & postea. §. si dānetur. ff. de iureiur. Seb. Sup.

b ¶ Benedicatur. Adde late Old. consi. xiiij. vbi ponit an vacent eius beneficia ante benedictionem, & posit adeptam possessionem.

¶ Circa hoc quod hic dicitur de Abbate electo nondum tamen benedicto, dicas, quod Abbas electus dicitur Abbas, etiam antequam sit benedictus, & pōt vti baculo pastorali, annulo, & mitra, vt ꝑ Io. An. & Ioā. de Lig. in clem. tēdētes, in §. statuimus. de statu monach. & not. in c. j. de æta. & qualit. & in c. meminimus. de accus. & vide Ol. i ꝑ. xiiij. inc. cū q̄rēt an bñficiū. Ant. Fran.

¶ Benedicatur. Vide ad hæc Aret. in c. meminimus, inf. de accus. in 2. mor. vbi dicit, qd bñdictio Abbatis nō dī simplex bñdictio, quia cōfert potestatem cōferēdi ordines, & bñdicēdi; & quis bñdicat in Abbatē, tradit Car. Alex. in c. q̄n. lxix. dist. & nūquid differat a bñdictione Abbatiſſę, vide Abb. in clem. tendentes. de stat. mona. ubi et Car. in cle. 2. §. fi. q. ix. de æta. & qua. Seb. Sup.



Videtur primo quod non; sed debet interim vocari electus; licet sit electus; & confirmatus, arg. hic in fi. & sic consecratio tribuit nomen episcopale; ante vero vocatur electus; licet sit confirmatus, vel per Papam promissum, vt leg. & no. in c. tua, de his quæ fi. a præla. & de vsu pal. c. nisi spālis, in fi. vbi patet, qd non appellatur quis archiepiscopus, ante pallium. Host. tenet hic ℣ium in abbate: allegāt c. j. de sup. negl. præla. & de accu. c. meminimus. & in cle. attendens, de stat. reg. ver. statuimus. in quibus iuribus satis bñ probatur, quod ante benedictionem, ēt potest dici abbas; & sic transeunt cōiter Doc. hic, & idem firmant in d. cle. attēdentes, & per illū tex. dñt, quod cū hæc benedictio abbatis referatur potius ad consuetudinē & solennitatem quādam, q̄ ad subst̄antialia, vt ibi patet, si non est cōsuetudo in monasterio, qd abbas bñdicat, poterit sine bñdictione monachos suos benedicere. & alia ad suū officium spectantia exercere, ar. opti. in c. j. de sup. negl. præl. Quinimo plus dicit Io. de Lig. post Lau. qd cū hæc benedictio sit de solennitate, & non de substantia, poterit abbas vti ante benedictionem baculo pastorali, qd est bene no. Et idem eadē rōne puto dicendū de annulo, & mitra; cū vsus istorū pontificalium concedat abbatibus potius ad decorem sturē ecclesiarū, q̄ ad significationem corū, ad quę in ep̄o fuerunt instituta, vt patet in c. vt apostolicæ, de priui. lib. 6. & ibi per Io. An. hoc satis patet. in Cardinalibus p̄sbyteris, q ex priuilegio vtuntur ep̄alibus insignijs, & conferunt minores ordines, & solenniter bñdicunt: & tñ nihil hūt vltra sacerdotalē ordinem, vt no. Io. An. in c. j. de sup. neg. præla. super gl. 2. Qualis autem sit benedictio abbatis, an ordinaria, vel simplex, vide bonā glo. in cle. attendentes, præall. & quod no. Io. An. in c. tuam, de æta. & quali. & d. c. j. Et an diebus priuatis possit fieri, dic vt not. Io. And. in c. cum contingat, de æta. & quali. & vide ad materiā, quod no. in cle. attendentes.

*SVMMARIVM.*

1 *Confessio procuratoris, nocet domino, etiam si ecclesia sit domina: dummodo sit confitutus a prælato & capitulo, alias non præiudicabit.*
*Confessio solius prælati, non nocet ecclesiæ.*
2 *Possessorio recuperādæ super iure subiectionis agens, quid probare dēat & quomodo pronuncietur, nu. 3.*
4 *Sententia lata contra priuilegium Principis, etiam iudici ostensum, valet; & iudex censetur illud priuilegium reprobasse ex aliqua causa.*
5 *Sententia lata et iam contra ecclesiam, non retractatur per instrumenta de nouo reperta; nisi per viam restitutionis.*
6 *Sententia lata in causa publica retractatur per instrumenta nouiter reperta.*
7 *Petitorium & possessorium, si simul intententur, potest iudex super possessorio pronunciare, si super eo viderit rem claram; circa petitorii vero ad vlteriora procedere.*
8 *Instrumentum reprobatur, ob sententiam contra ipsum latam.*
9 *Exceptiones si non admittantur, censentur reprobatæ.*
10 *Sententia post quam transiuit in rem iudicatam; non retractatur per instrumenta de nouo reperta, tam in causa ciuili, quam criminali, ratio est vt inf. nu. 13. & 17.*
*Indebitum si fuerit solutum vigore sententiæ indebitæ latę, an possit repeti.*
11 *Condemnatus, si ante executionem sententiæ reperiatur innocens, nō potest sine licentia Principis relaxari.*
12 *Testes possunt examinari post conclusionem in causa, & ante sententiā super articulis non directo contrarijs, ad innocentiam in causa rei criminalis.*
*Pœna imposita per iudicem indebite, vel aliter incongruenter, non potest per iudicem reduci, sed oportet, quod Princeps adeatur.*
14 *Sententia continens notoriam iniustitiam potest retractari, licet trāseat in rem iudicatam.*
15 *Sententia licet trāsierit in rem iudicatam, potest retractari, si pars pro qua est lata, confiteatur eius iniustitiam.*
16 *Sententia rescinditur, si pars ex legitimo impedimento non potuit probationes adducere.*

CAP. XXI.

**Suborta.** Tenet sñia lata ℣ priuilegium ostēsum, vel nō ostensum si ab ea non fuerit appellatū, vel sup plicatum. Diuiditur in tres partes. In j. præmittit & processum, & sñiam super possessorio latam. In 2. ibi; Verum, ꝓmittit ipsius executionem; & cām super petitorio. In 3. ibi; Iudicibus petitionem diffinitam moderatur, & quoddam soluit obstaculum. Casus literal. Inter Ep̄m Meldem. & monasteriū, Attrebatense sup subiectione ipsius monasterij controuersia vertebatur; propter hoc partibus in præsentia dñi Papæ constitutis, petijt procurator episcopi restitui ad quasi possessionem obedientię in eodē monasterio, qua ipsum monachi spoliarunt; quia per confessionem procuratoris monasterij, constitit episcopum quasi possessionem obedientię in eodem monasterio habuisse, Papa ipsum restituit ad eadē: veruntū, quia ex parte monasterii, quoddam priuilegium Inn. Papæ exhibitum fuit in iudicio, quod plenam libertatem monasterij exprimebat, mandat Papa quibus-
dam iudicibus, vt ep̄m restituant in quasi possessionem obediē tiæ, quo restituto, nisi ep̄s contra priuilegium aliquid rationabi
le ostenderit, super subiectione monasterij, silentium imponant eidem: iudices prædicti restituerunt ep̄m; & postmodū cęperunt cognoscere super statu ipsius monasterij. ℣ priuilegū Inno. exhibuit ep̄s quandam sñiam Alexandri Papæ, super subiectione ipsius monasterij. iudices receptis ꝓbationibus vtriusque partis, cām instructam remiserunt ad dñm Papam, Papa auditis, & intellectis rationib. partiū; quia intellexit rōnes ep̄i efficaciores subiectionem in eodem monasterio adiudicauit eidē vt ibidem habeat tanq̄ diœcesanus ep̄s ꝓtātem; ita tñ quod per hanc sñiam, nullū præiudicium fedi apostolicæ generetur, quominus cum voluerit, suam iustitiam prosequatur. In fine rñdet quasi tacitæ q̄ōni. diceret aliquis, nōne priuilegij vigore debuit tueri monasterium ℣ sñiam Alexandri? Rñdet Papa, si priuilegium Inn. fuisset Alexādro in iudicio præsentatum, & ipse tulisset sñiam in ℣ium, illud intelligeret reprobasse. si vero nō fuit exhibitum, prætextu priuilegij de nouo reperti, sñia Alexandri
1 non dēt reuocari. Ber. No. 1. ex prin. iuncta gl. j. † quod ꝑsessio ꝓ curatoris nocet dño, ēt si ecclesia sit dña; & agatur de statu ipsius ecclesiæ: quod tene menti; facit c. dilectus, de cap. mona. & q̄ plene dixi in c. j. ℣. vt li. non cont. quod intelligo in procuratore constituto a prælato, & capitulo; si aūt esset constitutus a
2 prælato tñ; tunc vī, quod sicut confessio solius prælati² nō nocet ecclesiæ, sicut legitur & no. in c. 2. de ꝑfec. lib. 6. ita & fortius confessio procuratoris solius prælati, nō dēt obesse; ne fortior sit confessio procuratoris, q̄ prælati constituentis; & ne vna via permittatur, quod alia via prohibetur. c. tuæ de procu. reg. cum
2 quid vna via, de re. iu. lib. 6. No. 2. ibi: Habuisse, † quod agenti possessorio sup iure subiectionis sufficit probare, quod fuit in possessione, vel quasi: & quod nunc subditi nolunt ei obedire, q̄ tenet hic Inn. dicens qd hoc ipso, quod subditus resistit, apparet spoliatus; & inde competit superiori vel interdictum, vel iudicis officium; vel cōdictio, & remittit ad c. querelam, de cle. & de resti. spol. c. sæpe; & idem tenet Host. quod tene menti. Sed tu hoc limita, vt no. idem In. in c. olim. 3. de rest. spo. vbi dixi. & facit qd ipse no. in c. 2. de in integ. rest. Item ex hoc & ex tex. colligo, qd ad consequendam possessionis restitutionem, sufficit probare
3 possessionem de præterito indeterminate, vt patet ibi; Habuisse, & idem probatur in d. c. olim, & vide quod ibi dixi. † No. practicam pronunciandi super possessorio cū agitur de subiectione: nam vltra pronūciationē verbalem, dēt postea mitti in possessionē re ipsa. Qualiter autē fiat ista missio cū subiectio sit qd incorporale, dico quod poterit p̄cipi subiecto, vt illi obediat, vel mittet in possessionem coporalem ipsius ecclesiæ, tanq̄ pla
4 tius mediatus, arg. in c. auditis, de resci. & in c. cum venerabilis, de relig. do. & q̄ legitur & no. in c. examinata, de iudi. & l. qui tabernas, de ℣hen. emp. † No. q̄ sñia lata ℣ priuilegiū Principis tenet; & si priuilegium fuerit in iudicio exhibitum, vī iudex illud tacite reprobasse; licet de illius viribus non fuisset disputatū, p̄sumitur. n. iudex motus ex aliqua cā rationabili, & hunc tex. allegaui, ℣. c. proxi. quod pari modo dēt valere sñia lata ℣ sñiam,
5 & dic vt ibi. † Et no. quod sñia lata ēt ℣ ecclesiam, & super statu ipsius ecclesiæ, non est retractanda ex probationib. nouiter repertis, l. ex remedio iuris cōis; sed bñ posset implorari bñficiū restitutionis iure minorū, vt in c. j. de in integ. rest. lib. 6. & sic aper
6 te colligitur hic, † quod cā ecclesiæ nō æquiparatur in hoc cāæ
b publicæ, in qua sñia retractatur, ᵇex probatione nouiter reperta, vt in l. Imperatores, ff. de re iud. dixi ℣. eo. c. j. Glo. 2. colligit qd iura incorporalia non possidentur, sed quasi alle. iura, vide tu rō
7 nem per no. in c. conquestus, de fo. comp. † Opp. cum ageretur hic possessorio, & petitorio quare Papa dūtaxat ꝓnunciauit super possessorio; cū de qua re iudex cognouit, de ea dēat pronunciare. c. cum super, de cau. pos. & proprie, & l. de qua re ff. de iud. Sol. gl. 3. dat tres sol. Prima, quod ep̄s iste prosequutus fuit coram Papa possessorium tū; de quo constabat per confessionem partis aduersæ; licet prius intentasset vtrunq; iudiciū; & petijt terminum ad reprobandum priuilegiū monasterij. Papa vero, quia de possessorio clare ꝓstabat, tulit sup eo sñiam & ad im pugnandum priuilegium exhibitum super petitorio, dedit terminum ep̄o. & ex hoc intellectu no. ſm Inn. quod cum agit possessorio, & petitorio simul, si prius constabat de possessorio, de bet iudex super illo statim pronunciare, dilata quæstione super proprietate. facit optime. c. cum venissent, de insti. Quidā tñ volebant hoc restringere, quando de possessorio constabat p̄sobtinere, qualitercūq; de eo ℣stet, ad quod inducit. nā si cut susp̄so petitorio, p̄or quis prosequi possessoriū, de cau. pos. & ppri. c. pasto-

ADDITIONES.

a Solius prælati. Adde Fran. Are. consil. 63. Rom. cons. 329.

b ¶ Sententia retractatur. Adde Ia. reb. in l. j. in prin. & nu. j. & 2. 3. & vtrobique apost. C. de sen. aduer. fiſcalis retra. lib. 10. Zach.

Universidad de Deusto
Biblioteca



c.pastoralis; ita potest hoc casu vno suspenso, siue dilato, super alio, de quo prius cōstat pronūciari: quod mihi satis placet, & pro hoc adduco c.cū venissent, & c.cum dilectus, de cōsuet. & quod dixi in c.1.de mutu.petit. Sed o principaliter sol.gl.quod Papa ex officio voluit prouidere ēpo circa proprietatem, dando sibi terminum ad defendēdum se ℨ priuilegium, quod pro se etiam inducebat monasterium'. & no. etiam hāc sol. Tertio sol. q ēps egit solum possessorio; quo finito, abbas petijt causam committi super proprietate, & hic intellectus magis placet glos. Sed iudicio meo iste intellectus nō ꝓsonat literę; tum quia vers. verum, vbi agitur de proprietate, venit ꝓtinuatinē ad præcedētia; tum quia Papa mādat silentium imponi ēpo, si nihil probauerit cōtra priuilegium, ergo erat actor in causa proprietatis: aliās nō mandasset silentium sibi imponi. quod verbū actori cōuenit, & nō reo, vt in d.c. cum olim, de cau.pos. & pro pri. in gl. in ver. opponētes, ideo tene primum intellm, & no. illum. Gl. vlt. colligit, q ꝓ instrm vr reprobatum, si eo iudici ostēso, fertur sentētia in ℨrium. Contra quod gl. opp. de l. quod in diem. ff. de compēs, vbi exceptio compēsationis, nō intelligitur per ℨriam sniam reprobata; nisi index expresse illam reprobauerit. Gl. formaliter nō sol. sed dicit illud esse in exceptione cōpensationis. D. Ant. dicit, q ideo aliud est in compēsatione: q a illa potest opponi ad merita, & in executione. [a] vnde si reprobatur, vr reseruata ad executionem sententiæ: secus, si expresse b reprobatur. Aliud est dicēdum in alijs exceptionibus, [b] quę tūc ℘ possūt opponi ad merita. ꝓ quia ex eo, quod nō admittūtur, videntur reprobatæ, cum nō possint reseruari ad executionem, nec ibi opponi, cū per sniam excludantur. l.2. C. sent. resc. non pos. & optimè loquitur. Sed potest dari alia solo regularis: vide licet, q nque snia lata super principali, non potest esse vera; nisi intelligatur pronūciatum super incidēti; & tunc snia vr excludere, & reprobare exceptionem, seu aliam probationem producētem exceptionem; ita debet intelligi iste tex. & facit c. ex parte, 3. ꝓ. de appel. Q nque snia potest stare absque eo, quod exceptio expresse reprobetur: & tunc nō intelligitur exceptio reprobata, nisi expresse reprobetur; & iste est proprius casus l. qđ in diem, ff. de compens. nam snia potest stare & verificari absq; eo quod reprobetur compēsatio: cum illa possit reseruari ad rēpus executionis. ergo nō debet intelligi reprobata, cum non interueniat actus ℨrius, arg. in l. sancimus, C. de testa. & 32.q.1, c. cum renūciatur; & hęc est solēnis limitatio ad multa iura, maxime ad istum tex. & ad c. s. prox. & vr de mēte gl. in l. pen. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Bart. in d. l. quod in diem. Extra gl. opp. ℨ tex. in eo, q Papa dicit, quod nullum prætiudiciū ex hac sentētia debet irrogari Romanæ ecclesiæ, si in futuum uellet prætendere, & allegare exceptionem monasterij. hoc enim vr ℨ c. pen. ℨ. eo. & l. sæpe, ff. eo. tit. ex quo enim se defensioni non opposuit, vr sibi prætiudicasse. Sol. Inno. dicit, q Papa ignorabat ius, quod habebat in monasterio; aliās sibi prætiudicasset. Nota hāc limitationem ad illa iura, vt non sufficiat quem scire litem motam ℨ aliquem, nili etiam sciat ius sibi in re illa competere, de quo dr plenius in d.c. pen. Vel secūdo potest dici, sm eum, q ratione publici & necessarij officij excusatur hic Papa, quia de qua re iudex cognouit, de ea debet pronūciare, vt l. de qua re, ff. de iud. & c. cum super, de causa pos. & propr. vr de hoc tex. in c. inter dilectos, de fide instr. Secus autem esset in officio uoluntario, vt aduocationis, de quo in c. ex literis, de trāsac. & l. inter officium, ff. de rei vēd. turius tn est sm eum, vt iudex semper suum ius excipiat, sicut Papa hoc fecit, & hæc solutio est bona. sed ad materiam vide quod plenè dixi in c. cum super, ℨ. eod.
10 † Quæro, Titius debitor soluit creditori suo, sed instrm remāsit apud ipsum creditorem: tractu temporis repetitur prętextu instrumēti illud debitum, & reus nō ualens probare solutionē, quia perdiderat instrm solutionis, fuit cōdemnatus ad soluendum. post sentētiam, & lapsum tempus ad appellādum; reus reperit instrm solutionis, quæritur nūquid possit impedire executionem, vel si soluerit possit repetere, Ioā. And. hic remittit ad
c Spec. de sent. excom. §. vlt. ver. illud, vbi ponit Spec. varias opi. [c] Nam quidam dixerūt, q potest agere ad interesse, sicut agitur ℨ argētarium, qui noluit instrm edere. Alij dixerūt, q potest petere beneficiū restitutionis ex clausula generali, arg. in l. si prætor, §. Marcellus, ff. de iud. Tertij distinguebāt, quod aut fuit allegata exceptio solutionis; & iudex ea reprobata tulit snīam ꝺdemnatoriam, & nō debet amplius audiri: aliās secus, argum. l. cum autem. ff. de neg. gest. ipse verò Spec. vr velle, vt post solutionem possit recipere, condictione sine causa, arg. in l. fideiussor, §. in omnibus, ff. mand. & si potest repetere, fortius habet ius retētionis ante solutionem, arg. l. j. ff. de superfic. Io. And. ibi in addit. retulit Iac. de Raue. & Pet. de Bellaper. tenuisse in l. j. C. de cōdic. indeb. quod indistinctè reus nō audiatur, per l. sub prætextu, C. de trāsac. sed Iaco. de Are. distinxit, an solutio fuerit facta ipsi creditori, an suo auctori; quasi primo casu possit agi ꝓ dolum ipsius creditoris, secūdo non. Sed Cy. ibi tener, q etiam si creditor nō fuisset in dolo; tn ex quo sentētia lata est ex falsa causa, debet iste restitui, arg. in l. si is ad quem, ff. de acq. hæred. Aduerte, quia illa opi. Spec. fuit glos. in d. l. si fideiussor. §. in omnibus, & in l. si sine, §. cum autem, ff. rem rat. hab. sed Bart. in d. l. dicit, quod Doct. reprobant illas glos. & meritò. sm eum. concludens, q solutum indebitum per sentētiam nullo modo potest repeti, cum venit ℨ sentētiam; sed si esset aliqua actio, quæ ℨ sentētiam nō repugnat, sed asserit eam esse veram, tunc datur repetitio, vt est casus in l. in commodato, in fi. ff. commod. vbi dr, q si ego perdidi rem commodatam, & coactus fui pro valore satisfacere, si postmodum res illa perueniat ad re, possum agere ℨrio iudicio commodati, vt aut rem illam mihi reddas: aut quod habuisti pro satisfactione, restituas. Ad idem l. fulloni. ff. de condi. sine cau. vbi agit fullo cōdictione sine causa ad repetendum quod pro æstimatione rei perditæ dederat, si res nunc peruenerit ad dnm, quia nunc apparet, quod sine causa dedit. mihi placet hæc vltima sentētia, vt nullo modo possit agi, si directè venit ℨ sentētiam, quæ iam transiuit in rem iudicatam. Et
d vltra alios adduco duos tex. [d] valde not. & miror, q nemo istorum allegauit. Primo in l. diui. ff. de pœn. vbi patet, quod etiam in causa criminali nō potest aliquis citra Principem rescindere sentētiam, etiam per beneficium restitutionis in integrum, ex eo, quod cōstat de innocentia rei. sed sollus Principis est rescindere, seu beneficium restitutionis indulgere. Secūdo videt tex. tam in criminali, quàm in ciuili, in l. j. §. fi. ff. de quæst. & vr obiec. facit Bart. magnum festum, de illis iuribus. † Vnde in d. l. j. dicit notādum per illum tex. q si aliquis est in carceribus cōdemnatus; & ante executionem sentētiæ constat de innocentia illius, nō potest potestas illum absoluere, sed ad solum Principē spectat. † Ponit tamē ibi vnum speciale, & singulare in causa criminali, q post cōclusionem, & ante sentētiam possint recipi pro-
c bationes per instrumēta, [c] vel per testes super articulis nō dire-
f ctè ℨrijs ad innocētiam rei. [f] probādam, de quo vide quod notat. in c. fraternitatis, de restib. not. in d. l. dituj, vbi colligit ipse casum in quo sentētia rescinditur, prętextu instrōrum repertorum de nouo. Nec obstat d. l. Imperatores, præalle. quia sm eum & bene, illa loquitur de iure cōi; sed beneficio Principis potest rescindi, vt in iuribus per me allegatis, & prædicta bene notabis, & pro his optimè facit l. moris, §. iste fere, ff. de pœn. vbi patet, q si iudex imposuit pœnam nō congruentem legibus, nō potest illam amplius reuocare; sed ad Principem eundū est. † Pre-
13 dicta coadiuuat hæc ratio. nam exceptio rei iudicatæ fuit inducta ad iuris rigorem cōseruandum, vt litium sit finis, ne immortales existāt, vt not. in gl. in l. qui exceptionem, ff. de cōd. indeb. & c. pastoralis, §. quia verò, de off. deleg. Ideo ad hunc iuris ordinis rigorem cōseruandum, non debet quis audiri volens probare, quod de nouo reperit probationes: sæpe enim daret materia malignādi, & instrumēta falsificandi, & testes corrumpen-
14 di, q esse nō debet, arg. in c. quāto, de diuort. † Prędictam conclusionem arbitror veram, nisi notorietate facti cōstaret manifestē sentētiam esse iniustam. tunc enim per aliam, citra Principem, poterit ex iusta causa superueniēti retractari; & hoc casu intelligi potest c. 2. de purg. vul. & sic dico limitāda not. ibi per Host. Probo ratione, iniusta sentētia, quę transiuit in rem iudicatam, sustinetur ex sola præsumptione, quæ est pro iudicis processu, vt in c. in præsentia, de renunc. & c. causam, ℨ. eod. leges enim, quæ iustitiam fouent, nō mandarent aliter iniustam sentētiam seruādam; ne inde nascerētur iniuriæ, vnde iura nascūtur. † de accus. c. qualiter & quando, & l. meminerint, C. vnde vi. sed vbi notorię nunc constat de iniustitia, cessat præsumptio, & cessat
15 opinio veritati, 8. distin. c. veritate manifestata. † Hinc nota-

litere

ADDITIONES.

2 ¶In executione. Et ita se iudicasse attestatur Io. de Imo. in c. cum Ioannes, ff. de fide instr. & consuluit Rom. in cons. 76. incip. In causa nobilis virt. & qualiter procedat, vide Alex. in cons. 93. incip. Quæritur vtrum, in 4. vol. Ang. Aret. in §. bonæ fidei, Instit. de actionib. Seb. Sap.

b ¶In alijs exceptionibus. Adde quod voluit Rom. cons. 412. & Ange. cons. 20. & 218.

c ¶Spec. varias opin. Vide practicam quam ad hoc ponit Bart. in l. Iulianus verum debitorem, vers. oppo. quia secundum hoc. ff. de cond. indeb. secundum quam obtinuisse attestatur Ang. Aret. in l. fin. ff. a quib. appel. non licet. quam etiam not. Alex. in l. Imperatores, ff. de re iud. sed reprobat Iac. in d. l. Iulianus ver. circa primum in quantum gl. Seb. Sap.

d ¶Adduco duos tex. Facit ad prædicta, gl. in ver. euincitur in l. 3. §. item si plus quam ibi multum no. Ang. ff. si cui plus quām per l. Falc. quæ idem voluit de instrumento testamenti, postea reperti, post sententiam, vt per illud testamenta retractari non possit. & sic etiam in vltimis voluntatibus, quamuis in hoc secus sit in transactione. l. j. in princ. ff. quemad. testam. aper. l. de his, & de transac. & aliud sit in iuramento. l. fin. C. de reb. cred.

e ¶Instrumenta. Vide Paul. de Cast. cons. 325. vbi pulchrè loquitur. And. Barb.

f ¶Innocentiam rei. Adde Franc. Aret. cons. 144.

¶Innocentiam rei. Vide Alex. in l. si ab hostibus, in princ. ff. fol. matr. vbi dicit mirabilem casum, in quo sententia retractatur in causa criminali. & alios casus ponit Aret. in c. de his, infra de accus. vel. in c. propositi, & de prob. & in c. consanguinei, supra eod. Seb. Sap.



liter dicit Inn. in c. quia pleriq; de imm. eccl. quod si pars q̄ obtinuit pro se snīam, fatetur illam iniustam, dēt iudex illam retra-
a ctare, [a] quia cessat legis ꝓsumptio; ergo fortius idē dicendū, qn notorietate facti (quæ plus valet, q̄ confessio) constat de iniquitate snīæ. Prætera videmus, quod euidens, & notoria iniustitia existens tpe snīæ, reddit illā nullam, vt in c. inter cæteras, & ibi dixi, ℨ. eo. ergo idem, qn notorietas superuenit, vt saltem nūc re-
16 tractetur. & hoc casu pñt intelligi illa iura. l. in cōmodato, & l. si fullo, superius allegata; licet aliter ea adduxerit Bar. † Vide aliū casum notabilem, qn. s. pars quæ nūc petit restitui aduersus snīam nequit probationes debitas, & necessarias producere: puta qa testes sui erant in captiuitate, vel peregrinatione, vel furore detinebantur; & pars petijt a prin. ante snīam, vt differrent diffinitionem causæ; sed non potuit omittere incœptum: cāæ cognitione præmissa per iudicem; poterit snīa per beneficium restitutionis rescindi, superueniēte probationū copia, ita no. voluit Inn. in c. vltra tertiam, de test. Et pōt esse ratio. nam sicut rescinditur sententia, qn pars ex legitimo impedimento nō potuisset interesse, vt in c. cum Bertol. ℨ. eo. ita casu nostro dato impedimento probationis producendæ.

17 ADDITIO. Nico. † Hæc vera, nisi alia subsint, quæ sustineāt snīam. Exemplum, quidam cognouit solutam, quæ cōi opinione tenebaī pro maritata, quam & ipse credebat coniugatam; & eo punito pœna statuti, ac si cognouisset maritatam, constitit postmodum illam non maritatam, an debeat sententia retracta ri? dicendum quod nō; quia culpa fuit in re ipsa, & dolus in ope-
b ratione; & communis opinio in qualitate, & sic alias disputādo fuit concluſum, [b] vt ponit Io. And. in reg. cum quis, de reg. iur. lib. 6. in Mer. & vide ad prædicta bonam, & plenam glo. c. pletū que, de do. post diuor. rest. & hæc sufficiant.

ADDITIONES.

2 ¶Retractare. Adde eundem cons. lx.

b ¶Concluſum. Adde Fed. cons. 190. vbi ponit de eo qui verberauit laicum, quem re vera putabat clericum.

¶Circa hoc de verberante laicum, quem putabat clericum, an puniat tanquā verberans clericum ratione iniectionis & animi, quem habebat, vide quæ habentur per Bar. & alios, in l. j. §. fi quis virginem. ff. de adult. & adde, quod forsan ratione animi, quem habebat verberandi clericum, licet esset laicus, quo ad Deum ratione talis animi delictum videtur esse consummatum, ita quod forsan possit dici, quod incurrisset pœnam canonis, si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & hoc dependet ab illa materia, an & quando puniatur affectus, etiam si non sequatur effectus, de qua in l. raptores. & in l. si quis non dicam rapere, C. de epis. & cler. in l. vnica. C. de rap. vir. super quo puto esse multum cogitandum. Ant. Fran.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, & quilibet superior, potest a suis subditis de crimine incusari.*
2 *Inquisitores positi ad inquirendum de aliquo crimine, possunt repertum culpabilem priuare officio & beneficio, & nu. 3.*
4 *Inquisitores, an possint dici iudices, & in quibus differant à iudicibus, & num. 8.*
5 *Processus appellationis, an veniat sententia.*
6 *Sententia lata ex dictis testium, quorum aliqui sunt habiles, & aliqui non, sustinetur per illos habiles.*
7 *Inquisitores deputati super aliquo crimine, & in certo loco, non possunt de alio crimine, & in alio loco inquirere.*
8 *Inquisitor deputatus super pluribus criminibus, & contra plures personas, non tenetur super omnibus, & contra omnes simul procedere.*
9 *Inquisitores habent delegatam, non autem ordinariam iurisdictionem.*
10 *Publicatio processus, non est de substantia iudicij, adeo quod sententia lata processu non publicato, valet.*
11 *Sententia contra ius litigatoris dicitur lata, quando non publicatur pro cessies.*
12 *Conclusio, seu renunciatio in causa, non dicitur de substantia iudicii.*
13 *Exceptio cōtra testes, an possit opponi in causa appellationis, si in prima instantia non fuit opposita, & nu. 19.*
14 *Appellatio, an censeatur iusta, ex eo, quod pars obtulit se probaturam indignitatem testium.*
15 *Appellatione pendente, omnia attentata veniunt reuocanda, & nu. 17*
16 *Appellatio iudicialis, & extraiudicialis quomodo differant.*
3 dum quod ſup. † Nã eo ipſo, quod appellans ſuccubuit, pſumit calũniatus, vt probaſ in d. c. j. de ele. lib. 6. ad fi. & notanter probat ille tex. quod de iure canonico non habent locũ prædictæ pœnę legales. nã ibi pro pſumpta calũnia imponit alia pœna: & in certo caſu tm. ſ. cũ quis deficit in probando; qđ obijcit in pſonã electi. Aut quis poteſt conuinci de calumnia ex perſpicuis
10 iecturis, ſeu indicijs; vel qđ cauſa ptemptus appellauerit; & tũc puniri debet de iure canonico; pœna tñ arbitraria, ad hoc c. cũ parati, j. eo. fm vnum intellectum: nam calumniæ delictum nõ debet remanere impunitum, etiam de iure canonico, vt j. de calumnia. per totũ: ſed de iure ciuili ſerua leges, ſ. alle. & hoc not.
4 qa non habes alibi hunc paſſum ita plene diſcuſſum. † No. ſecundo, qđ non ex qualibet ẜuentione [a] canonis, incurrit quis ſp mortale, vel ſaltẽ ſit pœna depoſitionis afficiendus. Nã iſte abbas temere; & ſic ẜ ius appellauit; nec tñ fuit remotus ab abbatia, vel tanq̃ pro mortali punitus; & ſic limita gloſſam, in c. ge
5 nerali, de ele. lib. 6. & vide quod circa hoc dixi in c. nam concupiſcentiam, de conſti. & in c. j. eo. ti. † Et ex hoc, & ex tex. no. & tene menti, quod licet platus regularis poſſit pro modica cauſa, à regimine remoueri, vt in c. per tuas, in fi. de ſimo. & c. qualiter, & qñ, in fi. de acc. non tñ ſufficit quælibet cauſa lęuis, ut hic.
6 † No. tertio abbatem conueniendum corã ordinario loci, 18. q. 2. c. abbates, & c. monaſteria, & j. de reli. dom. c. cũ venerabilis, cum ſi. non tñ in tñ ſubijciuntur loca, religioſa, & eorum perſonæ, ſicut ſecularia, & perſonæ ſeculares: de quibus dicendum, vt leg. & no. in c. dilectus, de of. ord. per Inn. in c. j. de ſta. re. & vide gl. l. j. q. 5. c. qui reſiſtit, quæ dicit, quod monachus potius obedit abbati, q̃ cpo, de quo in c. cum ab eccleſiarum, de offi.
7 or. † Not. quod ſm antiqua tempora, valebat appellatio, non expreſſa cauſa grauaminis, ut no. j. eo. c. ut debitus, tñ vbi erat notoriè friuola, nõ denoluebat cãm, & hoc operabaſ iſta dec. olim; hodie autem non habet dubium, per prædictam decr. vt debitus, quia debet eſſe cauſa appellationis vera, iuſta, & expreſſa in ipſa app. de quo dicendum vt ibi, & cle. appellanti, eo.
8 tit. † Circa hunc tex. q̃ro de duab. qõ. Prima, an valeat app. generalis reſpectu iudicũ, puta appello ad iudicem competentem?
b Bar. in l. j. [b] ff. eo. tenet quod ſic, per text. illius l. j. prope fi. cum ſeq. quod eſt veriſſimum de iure ciuili: quia genus, qđ non poteſt verificari niſi in vna ſpecie, nõ inducit aliquam certitudinẽ, ſicut in ſimili no. in nomine appellatiuo, in c. qñ abbas, de of. deleg. & c. ex parte, j. eod. tit. Sed cum de iure ciuili non poſſit appellari, omiſſo medio, ut in l. Imperatores, ff. de app. ergo illa generalitas reſpectu iudicis, non inducit incertitudinem; quia debet intelligi de iudice ſuperiore immediate; & per cõſequẽs
9 non vitiat. † Sed de iure canonico, [c] puto talem appellationem
c non valere. quia poteſt appellari omiſſo medio, ad Papã, 3. q. 6. c. ad Romanam. Item ad legatũ in prouincia, fm quoſdam, vt no. in c. j. & c. quod translationem, de of. leg. vbi hoc teneo. Itẽ ad patriarcham, fm Inn. in c. antiqua, de priuile. & gl. in c. renouantes, 32. diſt. de quo tñ dic, vt plene no. in d. c. antiqua, & ideo cum hæc appellatio generalis inducat incertitudinem, nõ debet valere; quia iudex debet eſſe certus, de reſcr. c. ad hæc, nec licet cum alterius iniuria vagari, l. prætor edixit, ff. de iniur. † Puto
10 tamen, quod vbi euitaretur incertitudo, valeret talis appellatio, etiam de iure canonico; puta quia appellatur à ſubdelegato delegati Papæ. nam tunc non poteſt intelligi, niſi de iudice ipſo delegato; quia eo omiſſo non poteſt ad aliquem appellari, iuxta illud quod legitur, & notatur in c. ſuper quæſtionem, §. ſi vero, de of. delega. & dixi in c. cum Bertol. de re iud. & facit
11 quod dicam in ſequen. q. † Quæro ſecundo, quid ſi appellatio
d interponitur alternatiue, [d] reſpectu iudicum; nunquid valeat? vide bonam gl. in c. is cui, de offi. deleg. lib. 6. & per Io. And. plenius, in regula in alternatiuis, de reg. iur. in Merc. Et videtur concludere Io. And. in vtroq; loco, quod de iure ciuili poſſit talis appellatio tolerari; quia ex quo illo iure iudex eſt certus, vt dixi in præceden. q. alternatiua non poteſt inducere obſcuritatem; ſed de iure canonico concludit, quod non valeret, cum poſſit appellari omiſſo medio, ut dixi. Sed vide tu Do. de Ro. de ci. 202. vbi vñr impugnare hoc dictum Io. And. dicentes qđ aduerſarius poterit in proſecutione certificare appellatum, & referunt Ioan. de Lig. hoc tenuiſſe, Ego dicerem, quod aut talis alternatiua eſt, quæ non habet inducere incertitudinem, puta quia appellat ad iudicem competentẽ. vel incompetentem, & tunc idẽ dicendum eſt, quod de iure ciuili: nam illa pars repellit iudicem incompetentẽ. Aut poſſet ad vtrunq; appellare; & tunc ſi iuſta cã illum excuſat in diſcernẽdo quis ſit competẽs; puto appellationẽ valere, arg. eorũ quæ leg. & no. maxime per Inn. in c. ẜtitutus, de in integ. reſt. & in le. j. ff. quo. leg. & in cap. j. de poſtula. præla. lib. 6. ceſſante autem iuſta cauſa, tene opi. Io. And. Glo. eſt facilis, & inſtat circa quædam brocardica, & iſde

quod not. in capitul. ſi ſacerdos, allegato in ea. Nico. Abbas.

ADDITIONES.

a ¶ Contrauentione. Vide Bar. in l. ſi quis pro eo. in 5. membro. ff. de fideiuſſo. & Card. in c. 2. inf. de vi. & ho. cler. in cle. dudum, §. fi. de ſepul. Abb. in c. inf. de obſer. ieiu. in fi. & in c. ſacris, ſup. de his quæ vi, metuſve. Seb. Sp.

b ¶ In l. j. Adde in §. ſi quis in appellatione, poſt me. in ver. quęro quidẽ allegat & idem quod Bar. tenet Spe. §. nunc tractemus, ver. ſed ſi quis. in eo. ti. & Bal. in l. apertiſſimi, C. de iud. in j. q. gl. & Bal. in l. cum proponas, eod. C. de bo. au. iud. poſ. & ipſe Abb. pa. in c. vt debitus, in fi. inf. eo. & circa hanc materiam adde omnino Pau. de Caſt. in l. qui Romæ. §. pe. ff. de verb. obl. quod ibi no. per Alex. de Imo.

¶ Adde, an valeat appellatio generalis, Ale. conſi. 170. & 183. 2. lib.

¶ Circa hoc an procedat appellatio generaliter dicas, q̃ appellatio ſit mo pliciter, vt per verbum appello prolatum; ſic ſimpliciter: vel per verbum pello à ſententia, vel per verbum appello ad iudicem competentem: gl. in l. cum proponas, C. de bo. auth. iudi. poſ. Item per ver. appello ad iu cem: quia tunc intelligitur. ſ. competentem, ut in l. qui Romæ, §. Sed ver. ob. Item per verbum appello ad quemlibet iudicem, ſecundum Bal. apertiſſimi, C. de iud. hoc tantum intereſt: quia ſi appellatur ab interlo ria, debet inferi cauſa, & iuſtificari ex eiſdem actis. ſi vero appelletur à nitiua ſufficit appellare abſque aliqua expreſſione cauſæ; quæ tamen modum in proceſſu cauſæ appellationis debebit allegari, ut in c. debitus in c. interpoſita, hoc eo. ti. & in l. per hanc, C. de temp. ap. Ant. Fran.

c ¶ Canonico. Io. de Imo. in d. l. ff. eo. tenet quod imo indiſtinctè valet appel tio iſta, appello ad iu dicem competentem: quia de iure canonico gra debet appellari, præter quam in duob. caſib. quorum vnus eſt ſedes apo ca: & alter legatus eiuſdem: ut in c. j. de offi. lega. vnde in dubio videtur alijs vti iure cõmuni, & non ſpeciali. l. quanquã, & l. teſtõ. ff. de teſt. m

¶ Alternatiuè. An poſſit appellari alternatiue, vel copulatiuè vide per Ang. Mod. in l. j. §. ſi quis, in fi. ff. eo. & Bal. in l. appellatione, C. eo. & Bal. in l. proponas, in fi. C. de bo. aut. iud. poſ. & ibi Ang. & Sal. tenent cum Bal. ſed poſſit pœnitere, vide Bal. in l. ſi quis libellos, C. eo.

¶ Adde an valeat appellatio alternatiua. Alex. conſi. 161. lib. 2. D. de Ro. de ſuis in nouis, hoc eo. tit.

d ¶ Alternatiuè. Vide Mod. poſt Inn. & Bal. in c. ex parte, vbi etiam D. Ant. Roſ reſcri. Ang. in conſi. 386. incip. illa quæſtio. Bal. in conſi. 320. incip. D. Simo quarta parte.

SVMMARIVM.

1 *Monachi, & alij religioſi appellant à correctione ſuperioris, qui in rigẽdo excedit modu. 7. vbi ponitur quid ſit agẽdũ in tali appellatione.*
2 *Monachi delinquentes circa regulam, & ipſius ordinationes ſunt extendi per abbatem; ſi vero delinquunt circa alia crimina ob quæ nit formanda contra eos inquiſitio, vide remiſſiue, 3*
4 *Monachi & alij religioſi, vel clerici ſeculares, an poſſint poſt profeſſionem aſtringi, vt viuant ſubſtrictiori regula, quam ſub illa, quam ingreſſa inuenerunt. 5.*
6 *Fratres medicantes, poſſunt tranſire ad religionem S. Benedicti ex regula, quam habent: ſed non ex conſtitutionibus, quas poſtea fecerunt quibus ſtatur.*
8 *Appellatio non eſt admittenda, vbicunque ſententia eſt notorie iniqua.*
9 *In appellatione à diffinitiua, non eſt neceſſe exprimere cauſam.*

CAP. III.

**Ad noſtram.** A correctione nõ appellatur, vel ſaltem ſic inſpecta mente. A. correctione legitima, non appellatur; niſi modus excedatur. h. d. Pmittit cãm mãdati Scõ mãdatũ: ibi, Mãdamus. Caſus iſte Abbas S. Petri qſiuit à Papa, an deberet deferre applonib. monachorũ ſuorum, à correctione interpoſitis. Rñdet, qđ appo nõ eſt inuenta, vt alicui pſtaret patrociniũ in ſua nequitia ſtẽri, quare mandat eidẽ, quatenus nõ obſtãte applone ſuo torũ ſuorũ, corrigat eos fm regulã, & inſtõnẽ ordinis ſui. Ho
1 No. † primo à ẜrio ſenſu, qđ applo permittitur ẽt religioſ qñ indebite pgrauantur per ſuperiorẽ, proçedentẽ p viã co ctionis: quod clarius probatur, j. c. in c. reprehenſibilis, ad fi. li. n. deneganda eſt defenſio; etiam ſi ſit excõicatus, ſ. de excõ. cum inter. No. ſecundo, ibi: Quilibet ſubditorũ tuorum, ſuæ
a ſupraſcriptione, quod monachi poſſunt dici ſubditi abbati rum. Idem poteſt dici de ſecularibus reſpectu prælatorum rum; vt in c. irrefragabili, de of. or. & c. cum apoſtolus, §. pro bemus, de cenſib. Sunt enim iſti ſub. prælatis ratione iuriſdi nis, & prælaturæ; prælati tñ debẽt eos tractare, vt ſocios; q ſunt dñi, nec debent vt dñi dñari, vide bo. text. in c. e ctus. 94. dis. & per illũ tex. arguit ibi gl. j. ẜ ſupercilium epo qui ſubditos appellant filios; cum debeant eos appellare fr tres vel ſocios. 7. q. j. c. quod autem, & in q. 3. c. audiendum. C ueant tñ ſubditi, cum ſcribunt prælato, vt non appellent fratrem; cum debeant eum honorare in ſupraſcriptione, ita tanter dicit illa gl. ſed tu vide tex. in c. cum clerici, de ver. ſig.
2 c. graue, de exceſ. præl. vbi clerici appellant cpm dominũ. † No 3. ibi: Corrigas, & caſtiges, iuncta ſupraſcriptione, quod corr ctio monachorum ſpectat ad abbatem ſolum; vnde hic mi fit mentio de capitulo ſuo: ad hoc c. nullam, 17. q. 3. & vide And. in cap. Ioannes, infra, de reg. Ex quo infertur, qđ maior

ADDITIO.

a ¶ Subditi. Abbati. Nota q̃ monachus dicitur ſubditus Abbatis, ergo poteſt ferri q̃ non poterit in ius vocare Abbatem ſine venia. vide quæ dixi in 2. parte, de accu. & c. cum olim, de cauſ. poſſ. & prop.



in hoc authoritas Abbatis in monachos, q̃ Epi in clericos, qa Eps illos non corrigit de iure cõi, ſine conſilio capituli ſui, 15. q. 7. c. Eps nullus; licet valeat conſuetudo in ẜrium, vt in c. 3. de ẜſue. li. vj. An aliquo caſu teneaſ abbas habere conſiliũ ſui capituli in correctione monachorũ, dicã j. eo. c. reprehenſibilis. Itẽ no. ex hoc, & ex text. q̃ correctio monachorum principaliter ſpectat ad abbatem, etiam excluſo epiſcopo, quod non reperitur in alio prælato ſæculari, citra epiſcopum, iuxta not. per Inno. & alios, in c. cum ab eccleſiarum, & c. quanto, de off. ord. & de abbate eſt bo. text. in d. c. quanto. hæc indubie procedunt in
3 his qnã ſpectant ad regulã, & ad conſtitutiones ordinis. † Quid autem cum accuſatur monachus de delicto extrinſeco, vel eſt formanda ẜ cũ inquiſitio, vide per Doc. in præal. iurib. plenius per Ioan. de Lig. cle. ne in agro, de ſta. reg. pleniſſime dixi in re
a pe. c. ſiquis ẜ clericum, de foro comp. & credo hunc articulum poſuiſſe in c. cum contingat, eo. ti. & in fauorem [a] abbatis. opti me facit c. in ſingulis, & c. fi. de ſta. re. in c. ſuſcipimus, de homi. & c. moniales, ã pur. ca. No. vltimo monachos poſſe cõpelli ad obſeruantiam religionis, & conſtitutionis ordinis, facit text. in cle. j. de priuile. Et ex hoc, & ex tex. no. differẽtiã inter obſeruantiam religionis, & ordinis. Nam obſeruantia religionis pro prie conſiſtit circa id, q̃ continet in regula illius religionis. Ob ſeruantia aũt ordinis cõcernit ptẽta in ſtatutis, & pſtitutionibus
4 ordinis poſt regulã factã ab illis de illo ordine, ſeu p ſuperiorẽ habentẽ ad hoc poteſtatẽ. † Et faciunt hæc ad qõnem, nunquid religioſis poſſit poſt profeſſionem indici durior & ſtrictior vita, & facit iſte tex. q̃ ſic, quia nedum ad regulæ obſeruantiam te
b nentur; ſed etiam ad ſtatuta ordinis. Sed tu vide ad hanc quæſtio nem bo. gl.[b] in reg. q̃ omnes tangit, de reg. iu. li. vj. & in c. geſta. 74. diſt. & per Inn. in c. ſuper eo, de reg. & aliud per eũdẽ in c. du
c dum. de conuer. coniuga. & communiter tenetur q̃ poſſit: [c] qa monachi renunciauerunt propriis volũtatibus. vnde non poſ ſunt reſiſtere, ſed renẽtur facere quantũ pñt, ad hoc facit c. in memoria. 19. diſt. & melius in c. vnico, de ſta. reg. li. 6. vbi moniali fuit in dicta perpetua clauſura, & optime adduco tex. fm vnũ intellectũ in c. reprehenſibilis, præall. in fi. vbi patet, q̃ etiã ſtatuta Abbatis, & capituli ligant monachos, vel moniales ſingulari
5 ter, & vſ eis ſufficere maior pars capituli, ar. c. j. de his, q̃ ſi. a na. par. ca. † Circa clericos ſæculares vſ aliter ſentire glo in d. reg. q̃ oẽs; ſed ego dicerem ſic, q̃ aut quæritur nunquid poſſit eis indici auſterior vita, per quam auſteritatem mutetur ſtatus perſo ne; ut puta quia acolyti teneantur continere, nec poſſint tranſire ad nuptias, vel quod abdicent a ſe propria, & pcedat illa gl. & hoc nõ poſſet fieri, niſi ipſi ordinati conſentiant, arg. 32. q. 1. c. integritas. Aut inducitur auſterior vita circa accidentalia, per q̃ ſtatus vitæ non mutatur; & tunc ſuperior poterit; maxime pa
pa, ar. opti. c. qñ, de vi. & ho. cle. & 4. diſt. c. denique; cũ ſi. Itẽ & Capitulũ ipſius eccleſiæ, dũmodo oẽs conſentiãt; non. n. puto in eis ſufficere maiorem partem, argu. eorũ q̃ no. in c. cũ oẽs, de conſt. per Inn. & gl. puto etiam q̃ debeat interuenire cõſenſus, & authoritas Epi, iuxta ea, quæ no. Inn. in c. cum conſuetudinis, de conſue. & per gl. in c. 2. de verb. ſig. lib. 6. in ver. ſtatutũ. Scõ
d principaliter induco tex. ad prædicta, quod ad conſiderandũ, q̃ religio [d] ſit ſtrictior, non dẽt ſimpliciter attendi diſpoſitio origi nalis regulæ, ſed etiam ſtatuta ordinis, quæ duriorẽ viuendi mo
6 dũ inducunt, vt hic, & in c. j. de ſtatu mo. lib. 6. † Et hæc faciũt ad fratres prædicatores, qui ex regula non ſunt medicãtes, ſed poſtea ex conſtitutione ordinis abdicarũt a ſe propria, & fecerũt ſe medicantes: vñ habito reſpectu ad regulam, poſſent intrare religionem ſancti Bndicti; non aũt ſic habito reſpectu ad con
e ſtitutiones. [e] Itẽ dic, q̃ debet conſiderari auſteritas religionis, reſpectu obſeruantiæ de pſenti; & non reſpectu inſtitutionis antiquę. vñ non põt quis de religione in ſe laxiori, intrare ad arctiorẽ reſpectu antiquæ inſtitutionis. Sed de præſenti illa auſteritas non ſeruatur; quia non videtur ductus ſpiritu Dei: ſed aduerſarij, vt in c. ſane, & ibi per Inn. de reg. & hoc nota. quia mul
7 ti errãt; & ſæpe vidi ſeruari ẜrium, & male. † Venio ad gl. & oppo. de c. de priore. infra c. & c. licet in corrigendis, de of. ord. vbi in cã correctionis non appellãtur. Solu. dicit gl. fi. q̃ illud fallit cum exceditur modus in corrigendo, vt in ẜrijs. Reddit aũt in fi. rõnẽ regulę, quare nõ appellatur; ga fit ad pœnitentiã, & extra formã iudicij. hoc idẽ ſentiunt Tan. & Vin. dicẽtes q̃ ſi, pcederet in forma iudicij poſſet monachus, ſicut & clericus appellare: & ſic videnſ iſti ſentire differentiam inter clericum, & monachum reſpectu proceſſus extraiudicialis. Inno. vero dicit q̃ hodie non vſ differentia inter regulares & alios; & inter correctionẽ, & aliũ pceſſum, cũ ſemper liceat appellare, ſi ſuperior excedat q̃ idem eſt, ac ſi grauet d. cap. inquiſitionis. Olim autem poterat eſſe differentia; quia clerici ſepius audiebanſ appellantes; regulares autem rarius. Prætereа ẜ diſciplinam non appellabant, niſi grauarentur. In alijs audiebantur appellantes, licet cũ poſt ſniam ẜ regulares latam, ſecundum ipſorum regulam,

nam tũc nõ deferret iudex tali appellationi; & idem dicit in corrigendis exceſſibus regularium ſubditorum, ſ. de of. ordin c. irrefragabili. §. j. Hoſt. dicit, q̃ quicquid dicat Inn. multi ſunt ca ſus, in quibus grauatur ſæcularis clericus; & in eiſdem nõ grauatur regularis, vñ dicit hodie, & olim magnam differentiã eſſe inter correctionẽ regularũ, & ſæcularũ clericorũ, j. eo. c. cũ ſpeciali, de ac. c. qualiter, il 2. §. fi. de ſimo. c. per tuas. §. fi. & idẽ Guil. in Spe. eo. tit. §. in quibus. ver. 11. Sed per iſtud dictũ Hoſt. nõ tol liẽ opi. Inn. vñ dico q̃ reſpectu facultatis appellãdi, nulla eſt hodie differẽtia inter ſæculares, & regulares; quia etiam ſæculares hodie nõ appellãt extra iudicium, vel in iudicio ante ſniam; niſi pẽtextu grauaminis, q̃ exprimere renẽtur, vt in c. vt debitus honor, j. eod. & c. j. eo. ti. lib. vj. & idem eſt in religioſis, vt ſ. dictum eſt. Fatẽdum tñ eſt, q̃ facilius prægrauari poteſt in ordine procedẽdi, & in alijs religioſis, quam ſæcularibus, vt in iuribus alle. q̃ Hoſt. ſed per hoc nõ tollitur ſupradicta. cõcluſio. oportet. n. in vtriſque grauamẽ ſubeſſe; ſed olim poterat eſſe differẽtia; quia oĩs appellatio quæ nõ erat manifeſte friuola, deferebat cauſam ad ſuperiorem, ij. q. vj. c. ad Romanam, no. in prœall. c. vt debitus. ſed regulares nõ audiebãtur appellãtes; niſi excederet modus in corrigẽdo, j. eo. c. cum ſpeciali. Poſt ſniam vero diffinitiuam
8 idẽ poteſt dici. † Nam ſi ſnia eſt notoriè iure fulcita, nõ debet admitti appellatio, tã in religioſis q̃ in ſæcularib. ut in c. Romana. §. ij aũt poſt ſententiam, j. eo. facit. c. cũ ſit Romana. j. eod. Secus autem eſt vbi poſſet competere excuſatio, vel poſſet habere locum, nõ probatũ probabo &c. vt in cap. cum loannes, de fide inſtrumen. & l. per hanc, C. de temp. app. Illorum. n. iuriũ ratio pariter uendicat ſibi locũ in ſæcularibus, & religioſis. Vltimo ſcias, q̃ Inn. poſuit hic unũ notabile dictũ, dicens, q̃ ſi quis appellat in cauſa correctionis, ẽt poſt ſniam, nõ valent literæ impetrate in cã appellationis; licet faciãt mentionẽ de appellatione; niſi faciant mentionẽ de cã cõdemnationis, all. c. dilectus filius Abbas, de reſcri. & e. ſuper eo, de coha. cle. & mu. ſed illa iura hoc aperte nõ pbãt, qa nõ loquũtur in cã appellationis; ſed cũ gs priuatus ex cã per ſuũ ſuperiorẽ, impetrat literas ſ forma cõi ſuper ſua reſtitutione; ſubijciẽdo cãm ſuæ priuationis: ſed
9 ubi fuit poſt diffinitiuam appellatum, eſt maius dubium. † Quia regulariter cũ appellatur a diffinitiua, nõ eſt neceſſe exprimere
f cãm: [f] ſed ſufficit dicere, appello ab iniqua ſnia, ut l. j. in fi. cũ l. ſeq. ff. eo. ti. no. gl. in eccleſia. j. eod. ſed nihilominus placet mihi opi. Inno. q̃ tñ defendo alia ratione, videlicet cũ proceditur ad correctionem, interdicitur appellatio regulariter: ſed admit
g titur in caſu ſpeciali, ſ. cũ in corrigendo exceditur modus, [g] ut i c. licet in corrigendis, de of. ord. & j. c. de priore, & c. reprehenſibilis. Cũ ergo ius reſiſtat tali appellationi niſi certo i caſu; oportet, q̃ ille caſus exprimatur, ut appareat appellatũ in caſu conceſſo, ſicut obſeruaſ, cũ appellatur ab executore, ut dixi plene, ſup. ti. proxi. in c. quoad cõſultationẽ. & iõ in impetratione literarũ debet fieri mẽtio de cã cõdemnationis, h quia ea expreſſa forſan Papa literas denegaſſet; niſi vidiſſet cãm rationabilẽ appellandi, arg. in c. poſtulaſti, de reſcrip. Ex his dico, q̃ ſiue ad correctionẽ procedaſ extra iudiciũ, ſiue in iudicio, ſiue appelletur ante ſniam, ſiue poſt, neceſſe eſt, ut exprimatur in appellatione cã appellandi, puta, quia excedit modum, & in impetratione literarum oportet, quod etiam exprimatur cauſa condemnationis, & hæc bene notabis. Annectit etiam Inn. aliam differentiã inter proceſſum in cauſa correctionis, & in alia cauſa. Nam contra correctionem non poteſt allegari præſcriptio; ſecus in alijs cauſis. Dic tu clarius, quia ſicut contra viſitationem non poteſt allegari aliqua præſcriptio actiue, ſed paſſiue ſic, iuxta ea, quæ habentur. in ca. cum ex officij, & c. cum non liceat, de præſcrip. ita nec contra correctionem. nam viſitatio fit propter correctionem. de alijs uero qualiter præſcriptione tollãtur, dic ut plene dixi in c. cum contingat, de ſo. compe.

ADDITIONES.

a ¶ In fauorem. Abbatis. Adde quod ibi poſui. And. Barb.

b ¶ Bonam gl. Contra illam gl. in d. c. quod omnes, conſuluit Oldra. in conſil. xcvj. inci. nunquid monachum. de cuius veritate diſputant hic Fel. & Dec. Sap. Seb.

c ¶ Quod poſſit. Adde videndum Old. conſi. xcvj.

d ¶ Quæ religio. Vide Cardina. in conſil. xix. incipien. pro eluci. & Lapum alle. lxiij. incipien. Franciſcus. & allegatio. cxxxv. incipien. pro dubij propoſiti, in prin.

e ¶ Ad conſtitutiones. Adde Calderi. conſil. xiij. de regula. & vide Lapum allega. lxij.

f ¶ Exprimere cauſam. Adde Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra falſam. §. interlocutoria, de app. nu. 39. ver. ſatis ſupra viſum eſt, & ibi remiſſi. in apo. Benedi. Vadi. in ver. exprimatur. ſup. de proba. Zach.

g ¶ Exceditur modus. Adde Ro. conſ. cccli. & Calder. conſ. xx. de regula.

h ¶ Cauſa condemnationis: Adde pro pro hoc quod dici: Alexan. conſil. cxiiij. j. lib. quod literæ remiſſoriæ condemnationis ſunt nullæ; niſi omnia ſpecificentur in ſupplicatione, quæ potuiſſent mouere principem ad non concedendum: de quo per Old. conſil. xxij. in fi.

SVM-

Universidad de Deusto
Biblioteca



SVMMARIVM.

1 Appellans si non prosequitur appellationem in termino sibi dato, censetur primæ sententiæ acquieuisse.
2 Appellans, habet annum ad prosequendum & finiendum appellationem; & ex causa biennium.7.
Iudex licet possit breuiare terminos; tamen non tenetur.
3 Appellatio censetur deserta, non solum per lapsum termini iuris; sed etiam hominis.4.
4 Appellatio an sit deserta per lapsum termini hominis. adeo, vt remaneat firma sententia diffinitiua, à qua fuit appellatum.
5 Iudex delegatus potest terminum appellanti præfigere ad prosequendã appellationem.2.
6 Terminus ad prosequendam appellationem, non potest præfigi appellanti per appellatum: sed appellans sibi ipsi potest præfigere.2.
7 Terminus ad iter arripiendum, vel ad præsentandum, quomodo & qualiter detur, tam à iure, quam à iudice, vel ab ipso appellante, siue appellatio fuerit iudicialis, siue extraiudicialis.
8 Termino ad prosequendam appellationem. quomodo satisfiat.
Terminus ad arripiendum iter, quando appellatur in Curia, non debet dari.
9 Præsentare se tunc proprie quis dicitur, quando exhibet se conspectui alterius.
10 Appellans qui in termino comparuit coram iudice à quo forte cum inhibitorijs; non potest astringi regulariter ad prosequendam appellationem, nisi in termino iuris.
11 Appellans debet intra terminum facere fidem de præsentatione; aliàs iudex à quo, mandabit executioni sententiam, quam tulit credens appellationem esse desertam.2.
12 Iudex ad quem, à quo causa possit abreuiare terminum datum à iudice à quo
13 Iudex appellationis, pendente dilatione data à iudice à quo, non est iudex.
Appellans, qui licet impetrauerit iudices; tamen in termino non se præsentauit, an nihilo minus possit coram iudicibus impetratis appellationem prosequi.
14 Appellatione deserta, potest iudex à quo, executioni mandare sententiã suam absque alia citatione.2.

CAP. IIII.

1 **Personas.** † Si appellans intra terminũ, à iudice, à quo appellauit, vel à se ipso statutũ, appłonẽ nõ prosequit sniæ, vel iudicio illius stare ꝓpellitur, h. d. vel summa aliter sic. Põt appellans suæ appłloni terminũ breuiorẽ terminо iuris statuere; eo aũt nimis prolixũ statuente, vel nullũ, põt iudex statuere ꝓpetẽtẽ, intra quẽ si nõ satisfaciat, deserta est appło. h. d. cũ prosequẽtis c. Diuidit in duas partes, prout sunt duo dicta. Secũda, ibi: Si aũt. Casus literalis. Aliqs appellauit. & appłloni suæ nimis prolixũ terminũ statuit. iudex dẽt ei assignare terminũ intra quẽ sedẽ apo. queniẽter possit adire; & si ad terminũ illũ, appellationẽ suã nõ fuerit, ꝓsecutus; ex tũc ꝓpellit appellans stare iudicio suo super his, quæ in qõne vertuntur; & si ꝓpetẽtẽ terminũ sibi ꝓfixerit, & appłonẽ ad illũ nõ fuerit ꝓsecutus, simili modo ꝓpellat illũ. Bern. † No. primo, qđ licet à iure deĩ appellãti annus ad prosequendã, & finiẽdã appellationẽ, vt in cle. sicut, e. ti. põt tñ nõ appellans sibi ꝑiudicando restringere terminũ iuris, respectu prosequutionis, & statuere sibi terminũ breuiorẽ, vt hic, & ĵ. c. prox. cũ simi. Idẽ põt facere iudex, vt hic, & in c. ĵ. proxi. Non tñ iudex tenetur hoc facere; licet possit, ut in c. 3. ĵ. c. & vide qđ dicã. No. qđ si appellãs, nullũ terminũ sibi ꝓfigit, vel nimis prolixũ, põt iudex sibi statuere ꝓperentẽ; & iudicabit ꝓperẽs & ꝓueniens, fm distantiã viarum suarũ, & qualitatẽ causæ, & nãm & qualitatẽ termini statuẽdi. No. 3. ex tex. duplicẽ terminũ, qui appellãti statui põt. nã qñq; statuit ad prosequendũ; & qñq; ad se præsentandũ, nunqd autẽ
3 ad aliũ effectũ possit terius statui dicã ĵ. late. † No. vltimo non
2 cauillãdo literã, qđ sicut deserit appło a pp lapsum termini iuris, vt in cle. si appellationẽ, eo. tit. & c. proxi. ita per lapsum termini hominis; nã terius huminis succedit loco termini iuris. Opp. primo de superfluitate literæ. nam idẽ repetit in secundo dicto, qđ dixerat in primo. Solu. dic fm Doct. qđ tres driæ põt colligi inter primũ dictũ, & fm. Prima dria est, qa in prima parte loquit de terio statuto ad se ꝑsentãdũ, in scda de terio ꝓxo ad ꝓsequẽdũ. Scda dria; qa in prima parte loquit de terio ꝑ iudicẽ abbreuiato: in scda, qñ appellãs statuit terium ꝓgruẽtẽ. Tertia, qa principiũ loquit in appłlone interposita añ sniam, finis vero
4 in appłlone interposita post sniam. † Et hoc vltimũ facit ad qõ nẽ, an per lapsum terĩ hoĩs, nõ expectato lapsu termini iuris, remaneat rata snia diffinitiua à qua fuit appellatũ? Ad qđ qdã dixerũt, vt refert Inn. qđ nõ, exponẽtes tex. in fi. ibi: Sniæ. i. iurisdõni. Dicebãt. n. isti, qđ nunq̃ manet rata snia diffinitiua, donec sit lapsus terius iuris. Alij vero dũt oppositũ, qđ vtroq; terino elapso. i. iuris, vel hoĩs, rata manet snia, & hoc vr verius fm Inn. & ꝓfecto iudicio meo tex. clarissimus ẽ hic, literã nõ caui ll. d ɔ, vt patet ibi. Ex tũc snię tuę, &c. Vñ põdero illđ verbũ, ex tũc ꝙ reserr ad lapsũ terĩ hoĩs. nec valet illa expositio, vt dicaĩ, snię iurisdõni suæ, qa. s. ꝑmiserat de appellãte añ sniam. Ad idẽ adde co bo. tex. ĩ c. licet, ĵ. de sen. exc. li. 6. & ita tenet Fed. ꝺ. 27. & D de R. o. dec. 89. aliàs, 209. Illud tñ verũ est, qđ post lapsũ vtriusq; terĩ si talis est cã. in qua iudex põt supplere ex officio suo, & inquirere, de quo dicẽdũ est, ut le. & no. in c. ꝙstitutus. ĵ. ex ꝑtibus no. iudicẽ posset terminũ statuere appellãti tã ab interlocutoria, seu grauamine, q̃ à diffinitiua. † Venio ad gl. prima facilis est, circa q̃ q̃ro, an iudex delegatus possit hũc terminũ appellãti ꝑ
b figere? So. dico qđ sic, ad qđ alle. tex. sup. eo. c. ad aures. † Scdo
6 q̃ro, nunqd appellatus valeat talẽ terminũ ꝑfigere, sicut põt appellãs, & iudex? Sol. dic qđ nõ; qa hoc nõ reperit iure cautũ ex eo maxime, qa imponeret legẽ aduersario suo, qđ nõ est ꝓcedendũ; sed appellãs põt hoc, qa ipse imponit legẽ sibi ipsi ꝑiudicãdo, restringẽdo terminũ iuris. hinc est, qđ si statuit sibi terminũ nimis prolixũ, põt iudex illũ restringere, ut hic, & in hãc parte vñr tandẽ inclinare D. de R. o. dec. 209. alle. Idẽ Io. And. post Spe. & quosdã alios, in c. ĵ. ĵ. eo. ti. li. 6. Quidã tñ tenuerũt ꝙtrium
7 sed primũ est verius, & cõiter obseruatur †. Gl. 2. diuidit in duas partes. In prima ponit duas species termini: nã qdã statuit ab hoĩe, & hoc dupliciter, fm eã; aut ad ꝑsentandũ iudici; aut ad iter arripiẽdũ, qdã statuit à lege, & iste est annus; & ex iusta causa biennium. Aduerte latius, nam qñq; appellatur extra iudicio, à grauamine illato, vel comminato; seu ꝓparato. qñq; in iudicio, & hoc dupliciter; quia aliqñ ante sniam; aliqñ post, & in omnib. prædictis vniforme est tempus à iure præfixũ, respectu prosecutionis & finis. Nam appellanti in iudicio vel extra datur in confuso annus; & ex causa biennium, ad prosequẽdã & finiendã appellationẽ, vt in cle. sicut, eo. ti. differunt tñ in hoc quia in appellatione extraiudiciali tps currit a die illati grauaminis. In iudiciali vero a die interpositionis ipsius appellationis, ut in d. cle. sicut. A iudice vero appellãti, vario mõ terius ꝑfigit; nõ tñ excedẽdo terminũ iuris; sed illũ restringẽdo, vt illi si dat à iure annus ad ꝓsequendã, & finiẽdã, põt iudex ad lites abreuiãdas, & fraudib. obuiandũ (cũ plerunq; appellet cã dilatorẽdi negociũ) de terio iuris capere certã partẽ, & illã assignare ad varij effectũ. Nam qñq; terminum statuit ad iter arripiẽdũ ĵ. c. c. peruenit. Qñq; ad prosequendũ, ut hic, & in c. cũ cautam de re iudi. c. ex parte, de resc. & ĵ. eo. c. ad hæc 2. Qñq; ad inducendi ad quem, põtandum, & alium certũ terminũ, ad faciendum fidẽ ipsi iudici à quo, de põtatione, seu prosequtione appellationis. Qñq; ad appellationẽ finiendam. Primo casu, qñ terminum præfigitur ad iter arripiendum, clarũ est, satisfactũ esse termino; si intra illũ appellans, iter arripuerit ad appłonẽ prosequendã, ut in c. ĵ. de ele. li. 6. in prin. qa verba ibi nihil aliud importãt
8 à qb. non est recedendũ, ex quo aliud non constat de mente ꝑ
in l. non aliter. ff. de leg. 3. & in c. fi. de ver. sig. † Secundo casu,
c præfigitur ad prosequendum, iura vñr innuere, qđ sufficiat quãlitercũq; prosequi, c vt iter arripiẽdo ad sedem apostolicam, ꝑfigit. proxi. c. cum causa. Item per impetrationis actum, ut ĵ. de rescr. c. ex parte, & c. dilectus. 2. tenet Spe. in tit. de app. §. nunc bĩ, ver. item quid si pars, & D. de R. o. dec. 149. quod tñ limitatur qñ terminus statuitur per hominem extra curiam: si autem figerit talis terminus statutus in curia, non est illi satisfactum peralam itineris arreptionem; sed requiritur maior diligentia in prosequendo; ut puta quod adeat ipsum cancellarium, vel locumtenentem; quod si neutrum habere põt, protestẽ, hoc dictũ licet aperto iure nõ probetur, tñ satis mihi placet; quia non est verisimile, qđ cũ in eo loco sit iudex ad quem, videatur in eo termino cogitatũ de sola itineris arreptione; quia frustratorius esset terminus; quod non est sentiendum; sed debet intelligi in casu, quo vtilitatem afferre possit, argu. in l. j. in fi. ff. ad nni. & l. quod Labo. ff. de Carb. edi. facit quod leg. & no. in c. ĵ. in ire peritus, de ele. cum simi. Tertio casu, qñ statuitur terminus ad se iudici præsentandũ: & tunc non sufficit iter arripere oportet quod se exhibeat conspectui apostolico; & si cũ ita bere non põt, protestẽ in ualuis palatij, ut moris est, qđ tenet Do. de R. o. deci. 149. præalleg. & qualiter debeat se præsentare, vide

ADDITIONES.

a ¶ Deseritur appellatio. Vide Bar. Vero. in cau. 194. inci. vbi quis põt. Matth. sil. in not. 21. incip. nota præticam, & hoc intelligit Fel. hic procedere cũ quando pendente termino, iterum appellaretur, quia prima appellatio deserta, non iuuaretur ex secunda, allegat D. de R. o. in tit. de appel. dec. 33. in antiquis, sed contrarium sentit Cal. in disputatione incip. & diffinitiua sententia, quam refert & sequitur Feli. in ca. capitulum, ver. amplia fallentiam istam, sup. de rescrip. Seb. Sap.

b ¶ Appellanti præfigere. Adde Fel. in c. cum Bertoldus, ver. dum Abb. alle. sup. de re iud. illum in c. cum sit. eo. ti. cum concor. de quibus per Fel. in sup. allo. c. cum Bertoldus. & Lud. R. o. licet omnino nõ loquatur in his terminis, sed suo, 166. inci. iudex à quo.

c ¶ Prosequi. Vide R. o. in tit. de app. deci. 11. inci. Item si iudex, in nouis, & dec. 50. inci. no. si iudex, in antiquis, & dec. 50. inci. nunquid infra terminum, in antiquis. Qld. in consi. 9. incip. est tempus. Seb. Sap.



9 vide p Io. An. in c. quis, de ele. lib. 6. † Et pro hoc facit, quia ille dr proprie se præsentare, q exhibet se ꝓspectui alterius, vt no. in cle. dudũ, de sepul. in gl. in ver. ꝑsentari; non tñ tenetur intra illum terminũ alr prosequi, vt no. in l. locis, ꝑalle. & p Do. de R. o. & per Spec. in ꝑall. locis, §. nunc bĩ, vers. item pone, ꝑfixus fuit.
10 † Vbi q̃rit, pone qđ appellans ꝓparet in termino. ¶ Dicit appellatus, vel iudex, ꝓsequere appłonem tuã. nunqd astringit? concludit, qđ nõ; quia hẽt a iure annũ, vt ĵ. eo. c. cũ sit Romana, & c. ex rõne; & bñficiũ iuris nemini est auferendũ, vt in reg. indultum, de reg. iu. li. 6. Tu dic hoc verũ, nisi sit talis cã, ex cuius dilatione posset periculũ imminere, de quo dic, vt leg. & no. in c. oblatæ, ĵ. eo. dicit tñ notãter Spe. in loco proxi. allo. qđ appellatus potest appellãti se præsentãti porrigere petitionẽ suã in qua sniam pro eo lata, vel ĵ eũ peter ꝑfirmari; & sic indirecte ꝓpellet appellãs prosequi. & ex his habes bonũ effectũ huius statuitionis
11 termini. † Quarto casu, qñ fuit statutus terminus a sẽ ꝑsentandũ, & alius ad faciendũ fidẽ de ꝑsentatione; est dubiũ an possit iudex talẽ terminũ statuere; de quo p D. de R. o. dec. 149. vbi dñt ꝙ si iudici nõ fit fides de ꝑsentatione, seu ꝓsecutione, vbi terminus fuit datus ad ꝓsequẽdũ, poterit iudex a quo, sniam irrepẽtẽ sibiliter executioni mãdare; nõ tñ p hoc deserta est appło ex quo in veritate fuit appellãs prosecurus in termino; sed executio sniæ nõ reuocabit ante finẽ cãe appłonis. & sic pendebit ab exitu appłonis. Et idem vr velle Fed. cõsi. 28. in c. punctus qõnis & c. D. Ant. ĵ. eo. c. ex insinuatione. Dubitare tñ vr Fed. an iudex potuerit talẽ terminũ ꝓfigere: qa vr ꝙspectare ad officiũ suũ, ar. ĩ c. ex insinuatione ꝓcludit tñ, qđ ꝑfixio, ex quo nõ fuit ꝺictũ, operabit effectũ ꝑmissũ. Ego puto, qđ a prin. põt appellãs ꝺicere, b vt nõ teneat fidẽ facere de ꝓscriptione, seu ꝓsecutione
b ꝓsi a iudice, ĵ. eo. li. 6. vbi dr, qđ appellãs nõ tenet ꝓparere coram iudice a quo, nisi ad audiendũ reuocationẽ grauaminis. sed si pars nõ ꝺixerit, imputabit sibi respũ executionis faciendæ: si nõ fecerit fidẽ intra terminũ, qa verisimiliter iudex cogitaret appłonẽ esse desertã, ad hoc qđ no. Inn. ĵ. c. c. ex rõne, & qđ no. ĵ. c. prox. sed p hoc nõ est deserta appło, ex quo in veritate fuit prosecutus in termino, vt ĵ. dixi. Quinto, & vltimo casu statuit terminus qñq; ad appłonem finiendã. qđ, an fieri possit, & quẽ
12 effectũ hẽat, dicendum est, vt legit, & no. in d. c. ex insinuatione. † Sed circa ꝑdicta nũc q̃rit, an iudex ad quẽ, possit abreuiare terminũ statutũ a iudice a quo? Spe. ponit in ꝑall. §. nũc bĩ, ver. itẽ pone, & concludit quod non, qa pẽdẽte dilatione nõ est iudex, arg. in c. significãte, ĵ. eo. C. de dila. l. siue. Alij tenuerũt ꝙtrium; sed ipse residet in prima opi. Ego distinguerẽ, qđ aut subest cã restringendi; puta qa ex dilatione imminet periculũ animarũ; & poterit restringere, arg. opt. in d. c. oblatæ, ĵ. eo. aliàs secus; qa in
13 dultũ a iure bñficium, nõ est alicui auferendũ, vt in d. reg. indul tũ. † Vlterius q̃ro, quid si appellans nõ cõparuit in termino ab
c homine sibi præfixo; c appellatus tñ intra illũ terminũ impetrauit iudices; nũqd possit appellãs corã iudicibus ab appellatione impetratis, appłonem ꝓsequi? Cõclude sic, ꝙ aut appellãs fuit ltĩme intra terminũ impeditus, & poterit; qa lapsus termini non dẽt sibi obesse, arg. ĵ. eo. c. ex rõne, & tenẽt D. de R. o. deci. 250. Aut non fuit impeditus; & tunc aut restitit appellatus, & nõ potuit; quia quãtũ ad eũ, deserta est appło, vt hic, & ĵ. c. prox. nec diligentia appellati dẽt sibi ꝓdesse, ex quo nõ vult amplius ꝓsequi. & arg. reg. ex eo, de reg. iu. li. 6. sic intellige & restringe Spe. in d. §. nũc sequit, ver. itẽ pone. Aut appellatus vult ꝓsequi, petẽdo confirmationẽ sniæ; & rũc poterit appellãs ex ꝑsona appellati ꝓsequi p D. de R. o. dec. 61. & sic nulla erit ꝺrietas inter eos, & Spe. licet ipsi aliter sentiant. Et idẽ p oĩa puto dicendũ, cũ intra terminũ iuris appellatus incœpit ꝓsequi, & elapso termino, instat peremptorie ad sniam, qđ põt, vt auth. ei qui appellat, C. de temp. app. & 2. q. vj. c. ei qui appellat. s. appellatore, & per hoc restringe intellectum cle. si appłonem, ĵ. eo. tit. vt intelligat, qñ neuter impetrauit in termino, quo casu nõ põt ẽt ambo ꝓsequi postea; cũ semel per negligentiã vtriusq; deserta sit appło, vt ibi, qđ bñ notabis, & vide qđ no. ĵ. eo. in Liçpe. Glo. in ista secunda parte q̃rit, an, & qñ
14 possit terminus præueniri ab alterutra partiũ; & dic plenius vt leg. & nota. in iuribus allegatis in ea. † Vlti. quæro quid intendit litera ibi. Ex tunc, &c. Sol. dicit gl. fi. qđ post terminum lapsum, põt iudex procedere, ac si peremptorie fuisset citatus per c. fæpe, ĵ. c. Sed tu dic melius. qđ illud c. loquitur de iudice, ad quẽ, dic vt ibi. sed respectu iudicis a quo, dic quod non tenet illũ citare per c. 2. de dol. & contu. li. 6. quod vide per Inno. in c. ex rõne, ĵ. eo. vbi aperte tenet, quod si appellans non prosequitur in termino, potest iudex procedere sine alia citatione ad executionem sententiæ; & dic vt latius ibi dicetur. dic ergo, ꝙ ex tũc, id est post lapsum terminum potest iudex, valide procedere, cũ deserta sit appellatio, vt hic, & ĵ. c. prox. Hoſt. vero accipit hoc verbum, ex tunc, magis late. exponit. n. id est, ex quo certum est ꝙ contempsit; quia tantum sibi fluxit de tẽpore præfixo, & impossibile est illum posse facere id, ad qđ terminus fuit præfixus,

arg. ff. de verb. obl. l. stipulationes, & l. ꝓtinuus. Io. An. tenet ꝺrium per c. reprehensibilis, ĵ. eo. sed certe melius facit iste tex. in dictione, Ex tunc, quæ denotat extremitatẽ tpis, & sic clare innuitur, quod post terminum lapsum, & non ante valide procedat.

ADDITIONES.

a ¶ Statutus terminus. Vide R. o. in sing. clxij. incip. hoc nesciunt legistæ, Cardi. in cle. 1. q. 23. de app. Seb. Sap.

b ¶ Contradicere. vide Bar. Vero. in cautela 87. incip. est dubium. vbi notat cautelam, ꝙ quãdo iudex aliquid facit parte præsente, quod pars cui displicet semper contradicat. Seb. Sap.

c ¶ Ab homine sibi præfixo. Adde Lanfran. de Ori. in c. quoniã contra. §. interlocu. & appel. nu. 43. vers. tertium tempus. supra de proba. Zach.

SVMMARIVM.

1 Appellans habet annum, & ex causa biennium ad prosequendam, & finiendam appellationem, siue iudicialem, siue extraiudicialem.
2 Biennium datur ad prosequendam & finiendam app. ex causa, quæ oportet quod aut probetur, aut sit notoria; aliàs non datur.
3 Iudex, a quo, potest appellanti præfigere terminum breuiorem termino iuris ad prosequendam; non autem ad finiendam appellationem, intellige cum limitatione, de qua hic. 12. 17
4 Appellatio efficitur deserta, non solum per lapsum termini iuris, sed ẽt hominis, quo casu prima sententia remanet firma. 18
5 Statutum faciens mentionem de app. non comprehendit appel. extraiudicialem in odiosis; secus in fauorabilib. 12
6 Appellatione pendente in causa criminali, sententia non debet mandari executioni, si immineat pena vltimi supplicij.
In criminalib. tertius appellat inuito condemnato.
7 In notorijs, sniæ fertur in citatũ & absentem, quãdo certũ est sibi nullã cõpetere defensionẽ 3. 13. 2. vbi plene an in notorijs requiratur citatio.
8 Excommunicari potest absens, intellige vt infra. nu. 28
9 Appellans, an aliquo respectu habeat triennium ad appellationem prosequendam, & finiendam.
10 Termini iuris, nõ põt p iudicẽ breuiari; nisi in certis casib. de quibus hic.
11 Statutum, quod declinans iurisd. secularem, tanquam clericus, debeat intra tantum tempus docere de suo clericatu, non valet.
Tempus datum ad appellandum an possit ex forma statuti breuiari; vel elongari. 24. vel etiam ab ipso iudice in aliquo casu, 13. 16
A nimis longa, vel breui dilatione data per iudicẽ pariter põt appellari.
In cõmissis iudicis arbitrio, pars pot appellare, si iudex male arbitrat.
12 Iudex ad quem, potest ex causa restringere terminum datum ad appellationem finiendam.
14 Appellãs extraiudicialiter, auditur, deserta appellatione; p viãqrelæ. 32
Facta extraiudicialia, non transeunt in rem iudicatam.
Etiam; est dictio implicatiua.
20 Appellatio extraiudicialis, an & quo casu debeat continere causam.
23 Appellatus extraiudicialiter, non tenetur comparere, si non citetur, nisi in casu infra 26.
Citatio nulla potest fieri, etiam per nuncios deputatos, sine speciali commissione iudicis.
24 Citatio potest fieri etiam per partem ex mandato iudicis, non creditur tamen parti asserenti se id facere ex iudicis mandato. 25
27 Appellatio est interdicta in facto notorio.
28 Excommunicatio, an & quo casu fertur contra non citatum. num. 30.
29 Citatio potest fieri per familiarem iudicis, si constat iudicem hoc illi iniunxisse, puto ostendendo literas iudicis.
30 Excommunicatio nunquam fertur ab homine, nisi ratione contumaciæ.

CAP V.

**Cũ sit Romana.** Appellãs ad ꝓsequẽdũ hẽt annum, & ex cã biẽniũ; nisi iudex moderet; & si tra tps nõ ꝓsequt, rata manet snia, vel redit ad primũ, si añ sniam appellauit. hoc primo. Qui de crie ipetit appellare põt, nisi sit notoriũ. hoc scdo. Diuidit in 3. partes. In 1. ponit terminũ appłonis ꝓsequẽdæ. In 2. pẽnã nõ ꝓsequtis, ibi. Inter qđ. Tertia, ibi. Præterea, ꝓsequt, an de crie delat appellet. Casus lral. Aliqs appellauit añ sniã, vel post, q̃rit quãtũ tps sit ei ad appłonẽ ꝓsequẽdã? Rñ. ꝙ si añ sniam, vel post fuerit appellatum, hmõi appellãtib. ĩdulget ann°; & si iusta cã interuenerit, ĩdulget biẽniũ, nisi iudex, a quo appellat, breui° tps duxerit statuẽdũ, fm locorũ distãtiã, & ꝑsonarũ, & negotij qualitatẽ. Et si intra illud tps appłonẽ nõ fuerit, ꝓsecut°, tenebit sniã. Si post sniã diffiniti uã fuerit appellatũ, & a cã sua cecidit ẽvr, nec amplr sup eodẽ negotio audiet appellãs. Si vero a grauamine; & añ litis ingressũ fuerit appellatũ, hmõi audiet appellãs; qa canones ẽt ex iudiciũ passim appellare ꝑmittũt; & tales nõ solẽt ꝓprie dici appłones, sed ꝓuocationes ad cãm. Si vero añ sniã appellauerit qs, ꝓpelli dẽt stare illius iudicio, ad quẽ appellauit alternatiue, aut appłonẽ ꝓsequat, aut iudicio suo ster. Si vero ille, qui appellat, fuerit raptor, vel alienæ rei violẽtus detẽtor, talis appło lata ĩ iudicio apud ecclasticas ꝑsonas, admittit, nisi forte notari° vr raptor, vr fornicator existat; sicut ille qui apostol° absẽtẽ, & irreqsitũ ex
1 cõicauit. Ber. † No. 1. qđ appellãti post sniã, vr añ, ꝓfigit a iure annũ, qđ ĩtellige quoad ꝓsequẽdã, & finiẽdã app. simul; & idẽ dic si appellat ex iudiciũ, vt ꝓbat ĩ cl. sicut, e. ti. ꝙ satis declarat iste tex

Universidad de Deusto
Biblioteca



2 †No. 2. q ad hoc vt appellāti def biēniū, ꝛoporter duo ꝓcurre-
a re. Primo q ex cā necessaria nō potuerit cām ꝓseq, & finire ītra annū. Secō, q illa cā sit euidēs; nō ergo staī assertioni suæ; sed o-
3 porter q ꝓbet, aut sit notoria. † No. 3. iudicē a quo, posse ex of-
b ficio bꝓfigere appellāti terminū breuiorē terio iuris ad appōnē ꝓsequendū; & restringit terminus respectu ꝓsecutionis; nō aūt respectu finis. Nā vbi habet integrū annū ad ꝓsequēdū, & finiēdū, d. cle. sicut. ita, q nō tenebat intra annū ꝓseq, nisi ad libitū, put habet. 2. q. 6. c. ci qui. §. appellatore, & authen. ei q appellat, C. de tēp. app. nūc oportebit eū ꝓsequi in termino a iudice ꝓfixo; & fit næ restrictio pp cām de qua in gl. & no. hoc ꝓ lita tione c. ꝓcedētis, vt nō solū possit appellās sibi ꝓfigere terminū; sed etiā iudex, appellāte oīno cessante; hoc tn ita, q̄ iudex appellationē recipit saltē ad vlteriora nō procedēdo, si aūt appōnē nō admittit; sed ad vlteriora ꝓcedit, nō pōt tūc terīum ꝓfigere, ita sing. senrit Inn. in c. fi. de accu. pro hoc, qa quoad iudicē habet ꝓ nō appellāte, ar. c. eū qui, de do. & contu. lib. 6. &
4 eorū q̄ dixi in c. 3. de eo qui mitti. in posse. † No. quarto tex. hic satis expssum, maxime iūcta gl. q sicut deserit appō per lapsum termini iuris, ita per lapsum termini hoīs; ita q si iudex ēt appellāti à diffinitiua, statuit terminū mēsis ad ꝓsequēdā appōnē, lapso mēse appellatore nō prosequēte, sñia rata manet; nec expectat lapsus totius anni; qa terminus ꝓfixus a iudice, succedit loco termini iuris; & ideo quoad desertionē operaī eūdē effectū,
5 quod tenet Inn. ī. e. c. ex ratione, & ī. c. prox, vbi etiā dixi. † No. quinto q appellatio extraiudicialis, non dr̄ proprie appō; sed est potius quædā prouocatio ad causam; & hūc tex. sp notabis pro statutis, & aliis dispositionibus faciētib. mētionē de appōne; nā in odiosis, nō veniet nomine appōnis extraiudicialis appō; secus in fauorabilibus; quia largo modo potest dici appellatio, vt hic. & ī. eo. c. bonæ, facit reg. odio. restringi, de reg. iu. li.
6 6. † No. in §. Præterea, q in cā crimināli, pōt quis appellare, quinimo pēdente termino appellationis interponēdæ, non debet mandari sñia execution; etiam si immineat pœna vltimi supplicij; de quo per Bar. in l. qui vltimo supplicio, ff. de pœnis. Et est aliud speciale, quia inuito ꝓdēnato, pōt tertius appellare. l. nō
7 tñ, ff. eo. no. 2. q. 6. in summa. † Itē no. hic tex. apertissimū, q in facto notorio pōt ferri sñia ꝑ absentē nō citatū, si certū est absenti nullā defensionē ꝓperare, de quo vide q̄ plenius dixi in c. cū olim, de re iud. An aūt, & q̄n notorietas excludat quē a facul
8 tāte appellādi, dic vt dicā. ī. eo. c. cū spāli, §. porro, † Vltimo no. arg. opt. iudicē posse subditū absentē excōicare, q̄ ꝓbat hic, in telligēdo q iste Corinthius erat abūs extra territoriū: sed posset itelligi, q dicēcesēs nō erāt olim diuisæ, sicut hodie, iuxta no. in c. eū cā. de ꝓb. dictū tn in se est verū: de quo dic, vt plene ī c.
9 fi. de fo. ꝓp. † Veniō ad gl. j. cuius finē bñ no. in eo, q dicit, q licet impedito, intra annū dat̄ biennīū, ita impedito intra sm annū, dat̄ annus tertius, alleg. c. ex rōne ī. eo. hoc tn dictū nullibi
10 aperte ꝓbat. Vñ dic, vt melius & latius dicā in d. c. ex rōne. † Gl. in verbo recisus colligit ar. ex tex. iudicē posse abbreuiare īducias datas a lege. & allegat aliquas ꝓcordātias, ꝑ q̄d opponit de multis iurib. & tādē soluēdo cōcludit, ponēdo rām, q inducię, q̄ dant̄ a lege vel canone, pōt iusta cā interuenīētę, a iudice ab-
6 vide tex. in c. cũ ex eo, de cle. li. 6. & ibi per Io. And. † Potest etiã colligi ex tex. ꝙ valet appellatio interposita per clericũ, ne personaliter teneatur residere in beneficio suo, quod intellige, si prætendit iustã causam non residendi; & sic põt solui ꝫriũ de c. relatũ, j. de cler. nõ resi. vbi talis appellatio nõ admittitur, nã ibi bñficiũ erat curatũ, & promiserat residere; & nulla causa legitima allegabatur in ꝫriũ. In gl. 2. ibi: Admittitur hic frustratoria appellatio. Glo. sentit, ꝙ admittebatur olim frustratoria appellatio, quod profecto non est verũ, si constabat eam esse frustratoriam, vt in c. ad nostrã, & in c. ſuggestũ, ẽ. eo. & in c. ꝑsuluit. j. e. sed bene admittebatur olim appellatio ante sñiam nõ expressa cã, quæ per seipsam erat frustratoria. Nec obst. iste tex. qa hic non præsupponit, ꝙ illa appellatio esset frustratoria: sed præsumebaꝫ: & hoc ideo, qa prima fronte erat ꝫ dispositionẽ iuris, cum de iure cõi teneretur residere in beneficio. sed quia illud ius cõe habet multas exceptiones, ut in glo. j. ideo olim admittebatur ista appellatio, causã nõ expressã; quia poterat verificari in casibus exceptis. Hodie aũt necesse est exprimere cau-
7 sam rationabilem, vt in d. c. vt debitus, j. eo. allegato in gl. † Abbas tñ nititur saluare hoc c. etiam sm iura hodierna: quia cum
a opus exprimere causam in appellatione; [a] nec in mera diffinitiua, vt in l. 2. ff. e. † No. hoc dictũ Ab. sentit. n. ꝙ interlocutoria [b]
b hominis, habens vim diffinitiuæ, regulatur sm naturam diffinitiuæ. Idem sentit Spe. eo. tit. §. in quibus, ver. sed nunquid. Ioan. And. videtur velle distinguere, vtrum talis interlocutoria profe ratur lit. cont. vel ante, per no. in c. dudum, il 2. sup. de ele. quasi velit dicere, ꝙ si fertur li. conte. regulatur secundũ naturã diffi-

tiuæ: si ante, sm naturã interlocutorię, forte fuit ipse motus hac ratione; quia ante lit. conte. non potest ferri diffinitiua, quantuncunq; per confessionem liqueat de causa: sed fit quoddam præceptum de soluendo; nec datur tñ ꝑs ad soluendum, sicut datur condemnatis per sñiam, no. in d. c. dudum, & 2. q. 1. c. nos in quemquã. Bart. in l. nõ fatẽ, ff. de ꝓfe. vẽ velle, ꝙ vbicunq; fit præceptũ cã plene nõ cognita, nunq hẽt vim diffinitiuæ: vide gl. no. quæ hoc sentit, iuncto tex. in c. ex parte, il j. j. de ver. sig. D. de R. o. deci. 81. vñr distinguere, vt quoad effectum reuocandi, sortiatur naturam interlocutoriæ, vnde dñt, ꝙ si iudex pronunciauit appellationem esse desertam, potest illã sñiam interlocutoriam reuocare; licet habeat vim diffinitiuæ; sentiunt tñ hoc procedere, si fuerit appellatum: sed quoad effectũ cle. appellanti, eo. tit. & c. vt debitus. j. eo. dñt ꝙ habet vim diffinitiuæ; & sic in hoc sentiunt cum Abbate, vide per Arch. & Io. Mo. in c. cupientes, de ele. li. 6. vbi sentiũt cã hñe vim interlocutoriæ: & in hoc multæ sunt diuersitates, vide Bar. in l. qđ iussit. ff. de re iu. in fi. & in l. Titia, ff. de accus. Ego in hoc art. ad has opi. ꝓcordãtes ponerẽ hanc ꝓclusionẽ, ꝙ interlocutoria hominis, habẽs vim diffinitiuæ, nõ regulaꝫ ex toto, vt diffinitiua, nec vt interlocutoria, sed trahiꝫ qñq; ad naturam interlocutoriæ, qñq; ad naturã diffinitiuæ, sm ꝙ magis participat de diffinitiua, vel interlocutoria. Hæc interlocutoria hominis habens vim diffinitiuę, est quoddã medium inter pure diffinitiuã, & pure interlocutoriã. Non. n. est pure diffinitiua; quia nõ imponit finẽ toti causæ: nõ est pure interlocutoria; quia nõ expectat aliam sñiam diffinitiuam post se. Exemplum: qñ iudex pronunciat se non iudicẽ competentem: vel nõ esse rñdendum libello, tanquam inepto. vide glo. in cle. j. de sequest. pos. & fruct. si ergo hæc sñia tenet quoddã mediũ, debet trahi ad naturã alterius extremorum, sm quod magis participat cũ illo extremo. Simile in hermaphrodito. 4. q. 3. c. hermaphroditus l. quæritur; ff. de sta. homin. Simile etiam de tacente, qui tenet medium inter ẽdicere, & consentire. vnde qñq; habetur pro consentiente, qñq; pro ẽdicente, sm ꝙ magis participat cum natura alterius extremorum, vt plene no. maxime per Dy. in reg. is qui tacet, de reg. iur. lib. 6. dixi in c. nonne bñ dicimus, de ꝑsum. & ideo bonus iudex habebit discurrere per singulos actus. & causa exempli, vt intelligaꝫ, cedẽtia, discurramus per tres actus, nam aliter appellatur a definitiua, aliter ab interlocutoria; cum alia solennitate fert diffinitiua, alia interlocutoria. Interlocutoria potest per iudicẽ revocari, diffinitiua non. Nunc est dubiũ, qualiter regulabitur interlocutoria habens vim diffinitiuæ. † Dico. n. sm ꝓclusionẽ p-
9 missã, attingẽdo primũ actũ, ꝙ si interlocutoria c est talis, ꝙ sine
c iurisdlonẽ iudicis, siue officiũ siũ, in illa cã debet appellari tamquam

ADDITIONES.

a ¶Appone. Itẽ qđ appone ab interlocutoria, habente vim diffinitiuæ, nõ de primenda cã, tenet Bal. in l. in minoribus, C. de his quibus, vt indign. circa medium & Bal. in l. 3. C. quando prouo. non est necess. & idem sentit D. Abb. in c. cum cessante, in 8. colum. verſic. ex hic decidit. infra eod. dum dicit, ab appellanti, non habere locum in sententia appellationis desertæ, & pro hac rum limitatione vide Fed. in cons. 182. quem refert D. Abb. in cap. tuam, vltra med. de ord. cog. & vide ibi D. Anto. in 7. colum. & adde hic eundem ibi d. c. cum cessante, in 5. col. vbi dicit quod de interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ, idem iudicandum est, quod de diffinitiua, ad hoc vide quod not. D. Abb. post Card. in cap. ad dissoluendum, circa prin. de desp. impub. & adde hic Imo. post Ang. in l. si sic, in prin. ff. de leg. 1. vbi dicit, quod statutum loquens de mera diffinitiua, habet locum in interlocutoria, habens vim diffinitiuæ, de quo etiam dicit haberi per Ang. in l. stipulationum alius ff. de verborum obliga. Et quod interlocutoria habeus vim diffinitiuæ, non reguletur, vt mera interlocutoria, sed potius, vt diffinitiua, tenet Imo. in l. stipulationum aliæ, in princ. & alleg. Ioan. And. in hoc c. pro quo vide glo. in versi. ad nos, reputatam, sing. in c. 1. de elec. in 6. & omnino Do. super clo. & cum hac opi. concor. Dom. R. o. deci. 82. incip. item a sententia, quæ legit attentatis, & Spe. in ti. de app. §. in quibus versi. sed nunquid hic, & Fed. de Sen. in consi. 198. incip. casus est talis, lata fuit sententia. Sed in contrarium quod imo reguletur talis sententia vt mera interlocutoria, vide Bartolum, Titia ver. nunc pro declaratione. ff. de accu. cum quo concord. Bald. & Ima. in l. iuste, ff. de acquir. posses. sed de hoc vide per D. Ant. in c. sua nobis, in fi. infra eo. & per Bald. in l. consentaneum, in 2. colũ. C. quomodo & quando iudex. Item vide, quod de ista interlocutoria habente vim diffinitiuę no. gl. in l. cum a repulsione, ff. de app. & Dom. Anto. in rub. de re iudi. item vide de Archi. 20. distin. in sum. circa medium, vbi dicit, quod appellans a sententia lata super exceptione peremptoria, non potest prosequi aliam causam, quam expressam, cum sit interlocutoria, & ita dicit probari in c. dilecto, de app.

b ¶Interlocutoria. Vide Car. in cons. 74. incip. Titius, nunc sunt, versi. ad quæstum Fed. & de Sen. in cons. 198. inc. casus talis est, lata fuit sententia. No. ibi in cons. 41. in prin. cum multis alleg. per Fed. in rub. ff. de re iud. col. 3. versi. circa interlocutoriam habentem uim diffinitiuæ. Seb. Sap.

c ¶Si interlocutoria Ex his sentit Abb. quod quatenus sententia interlocutoria habet vim diffinitiuæ, non habet locum dispositio c. vt debitus, infeodatio quod etiam firmat ex pluribus Alex. in l. in minoribus, colum. 2. C. de his quibus, vt indi. & Aret. in consil. 20. incip. in quæstione, colum. 3. in consil. 119. incip. in præsenti consultatione. Ang. de Are. in l. eius qui, colum. 4. ff. de de appel. reci. Seb. Sap.



q̃ a diffinitiua; puta si ꝓnũciauit se iudicẽ nõ ꝓtẽtẽ, iuxta no. in c. significãtibus, de offic. delegat. & in auth. habita, C. ne fi. ꝑ pa. vbi per gloss. Nã hoc casu cessat ratio, quare ius voluit cãm exprimi in appone ab interlocutoria, vt scilicet debitus honor deferatur iudici. Nam, ex quo põt ꝓsequi iustitiã corã iudice, ñ dẽt ab eo recedere ꝑ appone: nisi expressa rationabili cã, vt in d. c. vt debita. Sed sm exẽplũ ꝓmissum, nulla iniuria fit iudici, cũ pronũciauit se nõ iudicẽ; ergo dẽt trahi ad naturã diffinitiuæ: sed si est talis interlocutoria, q̃ nõ finit officiũ iudicis, ita ꝙ possem ab eo iustitiã ꝓsequi; tũc dẽt regulari tanq̃ interlocutoria; qa magis trahitur ad naturã interlocutoriæ, rõne prædicta. Exẽplum, si iudex ꝓnũciauit nõ esse rñdẽdum libello, tanq̃ inepto. nã exprimẽdo cãm rationabilẽ corã eo, pt ipse mutare sententiã suã, vt in d. c. cũ cessante. Idẽ ꝑ omnia dic quoad sm actũ. nã si ista quasi diffinitiua hẽt omnẽ effectũ diffinitiuæ, seruabiꝫ solẽnitas, q̃ in diffinitiua seruãda est: alias secus. Quoad tertium actũ, scilicet reuocationis, dicã plene in c. cũ cessante. j. eod. vbi melius cadit; & ꝑ hæc opiniones ẽriæ pñt ad ꝓcordiam reduci. 10 In glo. in ver. assignes, in fi. † Ex hac glo. collige duas rationes, quare pẽdẽre appellatione fiat hic illa innouatio. Prima est specialis, scilicet in fauorẽ ecclesiæ, & cultus diuini. Secũda est magis gñalis & notabilis, videlicet ꝑ ꝓsumptionẽ, quæ erat ꝫ iustitiã appellationis. nã præsumebatur frustratoria. & Doct. circa hoc multũ insistũt. Sed vt clare habeas materiã, ꝓsidera duos casus. Primus, si iste canonicus ꝑtẽdebat se nõ debere residere ꝑsonaliter; nõ tñ negabat quin per substitutũ. Secundus casus, qñ prætendebat se nullo mõ teneri ad residentiã, nec ꝑ substitutum, forte ex priuilegio, vel ꝓsuetudine. Primo casu nullus fauor hic ꝓcurrit, nec ꝓsumptio appellationis iniustæ; sed mera iustitia exercef: qa cũ nõ negaret quin saltẽ ꝑ substitutũ dẽret deseruire, frustra expectaretur euentus, cuius nullus esset effect⁹ vt in c. cũ ꝓtingat, de offic. deleg. Nec fit hoc casu innouatio ꝫ appellationẽ. facit c. nobis, de elec. Secũdo casu militat ꝫrium glos. & tũc potes ꝓiungere illas duas rationes glo. qđ hic fit ista innouatio, tũ ꝑp fauorem cultus diuini. vt ne appellatione existẽte friuola, priuetur interim ecclesia suffragio istius: tũ ꝑp ꝓsumptionẽ friuolæ appellationis. Ex his habes casum notabilẽ in quo aliqd innouatur ꝫ appellationẽ, q̃ recipitur a iudice. Simile in c. fin. de eo, qui mit. in possẽ rei ser. & ꝙ ibi dixi, & c. cũ 11 de iure ciuili dic, ꝙ trahitur ad naturã diffinitiuæ; quia nõ ꝑt am plius reuocari grauamẽ; nisi nũc appellef, iuxta ea, q̃ dixi ẽ. eo. in c. sup eo. † Et vide ad materiã, ꝙ not. Cal. in c. ad dissoluẽdum, de desp. impu. & Fed. de Sen. 5li. 112. & Bar. in l. Titia, ff. de accus. vbi tenẽt ꝙ ẽ. dixi, ꝙ de iure ciuili põt appellari, ex quo nõ expectatur alia diffinitiua. Ideo in hoc excedit naturã diffinitiuæ; sed respectu solẽnitatis pronũciãdi, hẽt vim interlocutoriæ; qa nõ est necesse, ꝙ seruet solẽnitas, de qua in c. fi. de re iud. lib. 6. Et forte hæc opinio est verior; qa cũ nõ decidit totã cãm prici palẽ, nõ est seruãda tãta solẽnitas, cũ nõ agaf de tanto ꝑiudicio.

SVMMARIVM.

1 Appellatio, quæ est manifeste contra ius, non est regulariter admittenda; nisi exprimatur aliqua rationabilis causa.
2 Papa exercet iurisdictionem in laicos, etiam infideles, in concernentibus decorem Christianæ religionis; etiam peccato cessante. 3.
4 An à dispositione statuti possit appellari.
3 Statuta iniqua quando fiunt, potest vnusquisque contradicere, vel appellare, siue prætendat interesse, siue non.
Tacens in his, ad quæ tenetur contradicere; & non contradicit, habetur pro consentiente.
6 Officialis, an teneatur dimittere officium, si non potest alicui iniustæ rei obuiare, vide remissiue.

CAP. XXIX.

**Consuluit.** Appellatio ẽ canones, nõ admittitur, vel latius sic. A iudice iuris dispositionẽ exequẽte, nõ appellaf. Secũda, ibi: Nõ ꝓuenit. Et intellige hãc lram, duobus mo. Primo, ꝙ cũ epꝰ cõpelleret iudeos, vt dimitterent mãcipia christiana in sua libertate; cũ nõ sit licitũ eis, sm iuris gẽ Frãcorũ, qui interponebat appone in fauorẽ iudæorum, a quibus forte multa cõmoda ꝓcipiebat. Secũdo mõ ꝑt intelligi, ꝙ nõ appellabat hic Rex; sed appellabatur ab eo, q̃ tanq̃ minister ecclesiæ cõpellebat iudeos, vt dimitterẽt seruos christianos & vtraq; lectu. ꝑt adaptari lfę; nec mutat iuris dispositio. 2 erat admittẽda † No. ꝙ vbi appellatio manifeste est ꝫ ius, nõ tenef iudex supsedere; imo dẽt ꝓcedere ad executionẽ iuris, hoc intellige, nisi allegetur aliqua rationabilis cã, in qua forte illud ius gñale fallit, vt ꝑbatur ẽ. c. ꝓx. ad idẽ c. Romana, eod. tit. lib. 6. Hoc tñ est verum, ꝙ vbicũq; gñaliter a iure interdicitur appellatio, nõ tenẽt iudex supersedere executioni; nisi exprimatur aliqua rationabilis cã, iuri cõformis, de quo per Inn. in c. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. † Secundo not. ex tex. iunctis iuri

bus allegat. in glo. ꝙ Papa in ꝓcernẽtibus decorẽ christianę religionis, ẽt peccato cessante, põt statuere inter laicos, & infideles. nã nullũ peccatũ inest, vt iudęus habeat seruũ christianũ. sed dedecorat, & denigrat christianã religionẽ; & sic hẽs vnum casum notabilẽ, & gñalẽ, in quo Papa exercet iurisdictionẽ inter laicos ẽt infideles; & generaliter, q̃ potestatẽ habeat Papa circa
a infideles [a], vide no. per Inn. in c. quod super his, j. de vo. vbi dicetur. † Vltimo not. Regẽ seculare, ẽt superiorẽ nõ recognoscentẽ, nõ posse in regno suo statuere, vt iudęi hẽant seruos christianos; hoc iõ, quia principes seculares subsunt Papę in ꝓcernẽtibus salutẽ animæ, vel decorẽ christianę religionis. 96. dist. in c. duo, vide tex. in c. j. de homi. lib. 6. In glo. fi. Et ratio specialitatis est, qa ius neminẽ grauat; ita nec ius exequẽs. 23. q. 4. c. qui peccat. l. Gracchus. C. de adult. ergo nõ põt appellari; cũ immediata cã appellationis, sit grauamẽ iniustũ, vt in c. suggestũ, in fi. ẽ. c.
4 † Et hęc faciũt ad qõnem, nunqd a statuto loci possit appellari. ⁹
b Bart. ponit in repeti. l. oẽs populi, ff. de iustit. & iur. in vtim. q. 5. q. princ. & in l. fin. de appel. reci. In effectu facit tria membra, qđ si statutũ est gñale, effectu & verbis, nõ ꝑt appellari, sic nec a lege cõi, vt in l. ũi qua pœna, ff. de verborũ signi. vide text. de iure canonico, in c. quia nos. j. eod. sm verũ intellectũ. Si vero statu-
c tũ est verbis, & re, est ꝑsonale; vt qa ꝓcernit vnã ꝑsonã tñ; tũc talis ꝑsona ꝑt appellare, arg. in l. j. §. iolent, ff. quan. appel. sit. facit optime tex. in c. cũ oẽs, ẽ. de constitu. cũ ibi not. Et ratio huius dicti põt esse duplex; prima, quia statutũ debet esse generale, cũ sit quædã lex. 4. dist. c. erit autem lex. ergo nõ dẽt fieri statutũ in odium illius ꝑsonæ tñ. Itẽ tale statutũ põt dici quoddã præceptũ, & nõ lex. Sed a præcepto iniusto ꝑt appellari. vt ẽ. c. proxi. Tertiũ membrũ, qñ lex vel statutũ est gñale, quoad verba, sed in effectu est ꝑsonale; & idẽ dic, quod in prox. casu eisdẽ rationib⁹; non. n. verba; sed mẽs legis ꝑsideranda est, reg. fi. de reg. iur. lib. 6. l. non dubiũ. C. de legi. Optime facit l. j. in fi. ff. de doli excep. Et hęc verba sunt notãda. Aliquid per Cy. in l. 2. C. quæ sit lõga ꝓsuetũ generaliter dicerẽ, ꝙ nõ sit fiẽda differẽtia, an statutũ sit gñale vel ꝑsonale. sed solũ an ꝓtineat in se aliquã iniquitatem, & tunc posset appellari; & vnus solus ꝑt resistere omnibus statu-
5 tarijs, vt in c. j. de his q̃ fiunt a mai. parte ca. 65. dist. c. 1. † Vide pulchrũ dictum Inn. in c. j. prealleg. vbi dicit, ꝙ qñcunque statutum iniquũ editur, vel aliquid iniquũ fit in vniuersitate; quilibet ꝑten dens interesse põt ẽdicere & appellare; & si nõ prætendit interesse, tenef ẽdicere ꝑ iustitiam; nec sufficit tacere; alias inuoluerẽt pœnę, & peccato cũ aliis ꝓsentiẽtibus; quia ex quo est in
6 vniuersitate, tenef malefactis ẽdicere. † Quid aũt si est officialis, an teneatur dimittere officium, si non potest aliter obuiare? vide Doct. in c. aduersus, de immu. eccle. vbi dicetur.

ADDITIONES.

2 ¶Circa infideles. Adde Old. consi. 91. & 264.
¶Adde Ge. i c. mulier. §. tertio, & ibi Celsum remissiue in apost. ad ipsum. 2. q. 1. Felyn. in cap. iudæi, il 2. col. 2. versi. & de hac materia. infra de iudæis. & dixi in apost. ad istum. in c. quę in ecclesiarum, in apost. i ver. circa infideles, post alios, nu. 5. supra de constit. Zach.
b ¶Appellari. Vide Felyn. in cap. quę in ecclesiarum, col. 18. & in cap. cum omnes, col. 3. supra de constitu. Ioan. de Anan. in cons. 81. & And. Sic. in c. nã concupiscentiam, col. 5. sup. de constit. & in consi. 183. & col. 3. vol. 2. & i consi. 108. col. 3. in 4. volum. Seb. Sap.
c ¶Vnam personam. Adde Ang. consi. 149.
d ¶Obuiare. Adde Ro. sing. suis fo. 23. vbi an episcopus teneatur renunciare episcopatui, si videt sui causa scandalum imminere.
Adde, quod voluit allegare Roman. singu. suo 599. inci. an episcopus, quando ex persona sua, vbi dicit, quod cogitur, de quo dixi in apost. ad istum in c. 1. in verſ. suo. sup. de elec. vbi alle. hoc sing. & in c. considerauimus, num. 3. in apo. in ver. scandalum, eod. tit.
¶An episcopus debeat renuntiare episcoparui, si videt ex sua persona scandalum imminere, dicam, quod episcopus non solum sit ex dignitate prælationis; sed ex bona & sancta vita, vt in c. non omnes. 2. quæst. 7. nam qui malam vitam ducit, magis dicendus est canis impudicus, quam episcopus. 2. q. 7. c. qui nec regiminis. §. quibus, & c. quanquam. dicas tamẽ, quod episcopus, qui renunciauit episcopatui, dẽt habere sumptus vitæ ab ecclesia, cui præerat, vt in c. quamuis. 7. q. 1. raro autem sedes episcopalis potest nisi ex causa necessitatis mutari, etiam ad alia loca, vt in c. episcopus. 7. q. 1. in c. 1. de priui. & adde quod episcopus per superiorem compelli potest ad episcopatum suscipiendum, vt est tex. & glo. in c. ante omnia. 40. dist. & glo. in c. in scripturis, 8. q. 1. & in c. qualiter. de ele. & est glo. in c. omnis qui gemebat. 7. q. 1. & in c. episcopus, ead. cau. & q. & ideo quemadmodum per bonum publicum potest compelli ad suscipiendum episcopatum, ita ratione scandali potest compelli illum dimittere. Anton. Franc.

SVMMARIVM.

2 Iudex delegatus non potest se intromittere in causa, si pars aduersa ante notitiam commissionis miserit super dicta causa nuncium ad superiorem.

CAP. XXX.

**Ad hæc.** Idem dicit qđ c. nemini, & c. suggestũ, ẽ. c. Vel specialius sic. Qui ante citationẽ, vel notitiã literarũ misit nunciũ ad Papã, appellare potest, ne delegatus pro

cedat

cedat: secus, si post. Et vtrum hodie missio nuncij aliquid operetur, dicam plene in c. vt debitus, ℑ. eo. Per hanc remissionem, c. istud est expeditum. Casus litera. Aliqua causa commissa est alicui appel. remota, ille, ℑ quem commissio facta est, appellat dicens se pro eadē causa nuncium suū ad se. apo. destinasse, quę ritur, an tali appellationi sit deferendum? Rndet Pa. q̄ si constiterit iudici appellantem nuncium ad sed. apo. destinasse, anteq̄ partes essent citatæ, vel antequam delegatio causæ peruenisset ad ipsum, debet appellationi deferre: si vero post citationē fuit nuncius destinatus, non tenetur appellationi deferre; hoc intel

1 lige ſm illā decretalē, ℑ. eo. c. vt debitus. B. † No. j. q̄ sicut arreptio itineris personaliter facta ad sedē apo. defendit itinerantē, vt interim non procedaī ℑ eum; ex quo sine dolo itinerauit ad Papā, vt in c. meminimus, & quod ibi dixi, ℑ. c. sic & nuncij missio defendebat mittentē super causa, in qua nūciū miserat, vt interim nō teneaī rndere corā delegato impetrato p aduersam partem ex quo ante notitiam literarum, nuncium miserat: sed vtrum hodie sufficiat ista allegario, sup. remiſi ad c. vt debitus.

*SVMMARIVM.*

1 *Animia rigorositate superioris, licitum est appellare. 3. Subditorum interest habere bonum prælatum.*
2 *Appellatio iusta si non admittatur, iudex peccat, & venit puniendus. 7 Idem si iniustam admittat.*
4 *Prælato etiam notorie criminoso, obedire debent subditi; nisi in quibusdam casibus specialibus. 5.*
5 *Contra ordinarium non admittitur aliqua exceptio, donec toleratur in officio.*
6 *Appellari potest à correctione superioris corrigentis; non ex iustitia, sed ex odio.*
9 *Iudex, à quo, qui non admisit appellationem iustam, qua pena puniatur, tam de iure ciuili, quam canonico.*

CAP. XXXI.

**De priore.** Qui nōdetulit appellationi interpositæ ad Papam, mittitur cum literis ordinarij ad curiā puniēdus. Casus literalis. Quidā canonicus regularis appellauit a suo priore; qui modū excedebat in correctione, qui fecit eum vestibus vsque ad camisiam spoliari: prior non obstante appel. processit enormiter contra illum canonicum. vnde con questus fuit do. Papæ. vnde mandat cuidam iudici, vt si prefatus canonicus appellauit propter enormitates sui prioris manifestas, quæ reddunt ipsum notabilem; & ipse non detulit appellationi; compellat ipsum ad app. sed. cum literis veritatem contı

1 nentibus venire, satisfacturum de tanto excessu. Ber. † No. primo secundum vnum intellectum, subditum posse superiorem; suum propter excessus manifestos appellare ad superiorem; & ista appellatio est quædam prouocatio ad causam, vt in c. cum sit Romana, ℑ. eod. nec sit tibi mirandum. Nam sicut subditus potest accusare prælatum, & crimen suum denunciare superioribus, ca. licet Heli, de sımo. & in c. ex parte. c. olim, & c. veniens, de accu. cum si. ita & eum prouocare potest ad causam, interest enim cuiuslibet subditi, habere bonum prælatum. 8. q.

2 j. c. audacter, & c. qualis. † Secundo no. q̄ non deferens appellationi, etiam extra iudiciali puniendus est per superiorem. Ita crederem in deferente appellationi frinolæ, & iniustæ, vide tex. iuncta gl. in c. cum appellationibus, eo. tit. lib. 6. vbi gl. appellat hanc delationem iniustam reatum, & est ratio, quia dilatio est quædam interlocutoria, quæ debet esse iusta, si ergo appellatio est manifeste friuola, peccat iudex eam admittendo, facit cap. j. de re iud. li. 6. sicut est in pœna non deferendo appellationi iustæ, vt hic, nam contrariorum eadem debet esse disciplina. 32. distin. c. hoſpitio. Tertio no. ibi: Quæ ipsum notabilē reddunt, q̄ delicta, & mali mores reddunt quem notabilem, id est, infamem, & nota infamiæ dignum, sicut enim fama potest se habere ad bonum; & ad malum, l. capitalium, §. famosos; ff. de pœnis, per Barto. in l. de minore. §. tormenta, ff. de quæstio. ita & hoc verbum notabilis, adaptatur ad viros moribus, & origine generosos; & crimine infectos: quia iste se reddit notum aliis ex bonis operibus; alter vero ex moribus malis, cap. ex parte Adæ, de testi. In gloſſ. j. ibi: modum excedat in correctione &c. pondera gloſſ. quia sentit vnam lectu. ad text. vt intelligatur, quòd iste prior corrigebat istum canonicum; & in corrigendo excessit modum, affligendo eum contra iuris debitum; & propter hoc iste canonicus appellauit ad Papam. Hæc lectur. male potest ad text. adaptari: quia hic non dicitur, quod appellauit a priore ad Papam; & sic eum prouo-

3 cabat ad superiorem, propter delicta sua. † Sed si tu vis tenere hanc lectur. quæ est vera in se, expone text. ibi: Propter suas enormitates, scilicet commissas in affligendo, & corrigendo hunc canonicum contra regulam, & iuris dispositionem, & disciplinam; & tunc not. ex text. quod subditus quantuncunq; religiosus iniuste afflictus & correctus a superiore, potest appellare ad superiorem superioris; & suus superior tenetur appellationi deferre: aliàs puuitur, vt hic. Secunda lectu. potest colligi ex dictis Doctor. colligendo, quod iste prior compellebat istum canonicū ad consentiendū alienationibus, quas illicite faciebat de rebus eccl. consanguineis, & amicis suis. Item ad tegendū vitia sua, eum vrgebat ad iurandum, vnde iste tentiēs se illis grauari, appellauit ad superiorem; prouocatus prior istum incarcerauit, & coegit eū renunciare suæ appellationi, pp quod venit puniendus, vt in tex. Tertius in rel lectus etiā colligitur ex dictis Doc. intelligendo, q̄ hic non præcesserat gravamen: sed iste canonicus pp causas prædictas, seu pp delicta alistius prioris, appellauit eum ad sedem apostolicam; & fuit hęc appellatio extraiudicialis; & multum hęc lect. consonat literæ, vt supra dixi: & quamquā superior appellatus non teneatur ire ad superiorem per hanc appellationem extraiudicialē, vt dixi in c. cum sit Romana, supra. eo. non tū debet superior appellatem opprimere; seu cum a prosecutione appellationis abire impedire, quod si fecerit, debet puniri, vt hic. Quartā lect. vide Doct. colligo ex no. per Hoſt. & Io. And. in c. j. de censi. lib. 6. vbi dicunt, quod prælatus etiā religiosus, in mortali cōstitutus, notorius, vel infamatus, si sit incorrigibilis, potest per subditū appellari: & si defert appellationi, bene quidem: sin autē, punietur, vt hic, & reddit Hoſt. mirabilem causam, qđ correctio iudicialis non cadit in talem prælatum. 3. q. 7. c. iudicet. Et ex ratione ista Hoſt. colligo lect. istam in eo, qđ allegat istū rex. quod prælatus volebat istū corrigere: iste vero appellauit, dicēdo eū esse criminosum notorium, vel tamosum, ita qđ nō pōt alios corrigere,

4 & hāc lect. † clarius sentit Hoſt. in c. licet in corrigēdis, de of. ord. vbi dicit, quod si prælatus corrigens subditū, eodem peccato æquali, vel maiori notorie detinet; potest ab eo appellari, & ita dicit intelligendum istū tex. & ita recitando tranſit Io. And. ibi.

5 Additio. † Si hęc lect. esset vera, multū esset notabilis, sed prælato non est vera inditincte; quia antequam prælatus priuetur prælatura, potest iurisdictionē in subditos exercere: nec licet subditis recedere a prælato, quantuncūq; notorie criminoso ante priuationē; niſi quibusdā casibus specialibus. 8. q. 4. c. nonne. 2. q. 7. c. sacerdotes, vide gl. cum multis iuribus in ea allegatis, in c. cum non liceat, de præscrip. & ibi dixi. Et ad c. iudicet respondet quod non loquitur de potestate iudiciali exercenda, sed quoad meritum vitæ & damnationem suam; quia prælatus magis delinquit corrigendo aliū, & non se; sed nihilo minus corrigere potest, vide Inn. in c. cum nostris, de con cess. præb. & melius in cap. cum venerabilis, de exceptio. vbi voluit, quod etiam contra delegatum nō possum excipere de crimine, si

6 criminosus non potest esse iudex; sed de infamia bene possum excipere, & plus voluit in cap. scisscitatus, de rescrip. † Vbi dicit

a quo contra ordinarium, [a] non debet aliqua exceptio admitti quandiu toleratur in officio, & vide quod ibi dixi. Dic tu, quod vbi superior corrigeret non ex dilectione, seu iustitia, sed ex odio, potest appellari, ita notanter voluit Io. And. post Hoſt. in c. licet, de offi. ordin. alleg. c. ita plene. 23. quęſ. 4. Item facit, quod sententia dicitur iusta ex animo. 11. quæstione tertia, c. si quis copus, §. si ergo, vide glo. eadem causa, & quæst. in summa.

7 Additio. † In glo. fin. in fin. generaliter, cum quæritur de pena [b] infligenda iudici non deferenti appellationi legitimæ, concludе capiendo aliqua dicta Doct. hic, Arch. in c. decreto. 2. q. 6. quod aut quæritur de iure canonico, aut de iure ciuili. Primo casu, si causa est criminalis, debet deponi, ut in c. decreto, prælleg. Si vero causa est ciuilis, punitur ut hic, nam debet remitti ad superiorem puniendus, & credo quod pœna erit arbitraria, argum. ca. de causis, supra de offic. deleg. Si quæritur de iure ciuili, aut est causa ciuilis; & habet locum pœna pecuniaria gloſſ. vt puniatur in 30. pondo auri; & accipitur pondo pro libra, ut ff. de aur. & argen. leg. l. inter vestem; & ita debet intelligi, l. quoniam iudices, C. de appel. alleg. in glo. Si vero est causa criminalis, tunc debet iusto supplicio puniri, ut in la procedentibus, C. eo. & sic pœna erit arbitraria, vnde poterit arbitrari pœnam corporis afflictiuam, quę est maior, (quantu cunq; minor sit,) qualibet pecuniaria in persona honesta, vt in l. ij. seruorum, ff. de pœnis, & quod not. in l. j. cod. tit.

ADDITIONES.

a ¶ Contra ordinarium. Adde Lanfr. in c. quoniam contra, §. recusationem, num. 1. versi. iudex autem ordinarius, & ibi in apostil. Bened. Vad. & Cass. ver. recusari, & in versi. præcedent. & nume. 3. in ver. alias causas, supra de proba. Zach.

b ¶ De pœna. Vide Ang. Bal. & Sal. in l. quoniam iudices, C. de appel. Bal. in l. j. dicibus, eo. tit. vbi late de hac materia; & de officiali non residente, an puniatur, tradit Alex. in l. diem functo, col. 2. ff. de off. assess. Seb. Sap.

*SVMMARIVM.*

1 *Infamia notoria, punitur, citra aliam probationem: secus, si non est notoria: nam tunc requirit probationem duorum testium.*
2 *Prælatus non est remouendus, etiam ob notoriam infamiam, si paratus est ipsam purgare. nu. 3.*
*Infamia purgatur per iuramentum infamati, & aliorum de credulitate deponentium.*





4 *Infamia an sit sufficiens ad suspensionem episcopi, donec veritas discutiatur, vide remiſ.*
5 *Prælatus alius superior non tenetur ob aliquod delictum deponere prælaturam in manibus aliquorum, nisi superioris, nisi consuetudo sit in contrarium.*

CAP. XXXII.

**Quia nos.** A pœna legis etiam particulariter non appellatur. vel specialius sic. Contra constitutiones regulares appellatio religiosum non defendit. Casus literal. Comminatione facta cuidam abbti de infamia cōtra eū orta, appellationem interposuit. quæritur quid faciēdum? Rndet Pa. q̄ abbates qui publica infamia sunt respersi aut conuicti. si communiti in communi Capitulo renunciare noluerint, vocem non habeant appellandi. Ber. † No. quod quandoq; infamia ita est sparsa & clamosa, vt non exigat de ea altera probatio sicut dicimus de notorio facti permanentis, vt in c. euidentia, de accu. 2. q. 1. c. manifesta. Si aūt infamia non est sic sparsa & clamosa, oportet qđ probetur per duos testes, & sic intelige illā alternatiuam, Aut conuicti. & pōt infamia probari per duos

a testes, [a] sicut & notorium, no. gl. 2. q. 1. Deus omnipotens, §. fi. & in ca. si testes. §. item sæpe, 4. q. 3. & gl. iuris ciuilis, in l. 3. §. quæ argumenta, ff. de testi. per Bar. in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstio. facit tex. in cap. 3. ℑ. de præsum. vbi dixi. Secundo no. q̄ appellatio ℑ dispositionem consuetudinis seu statuti particula ris, non est admittenda, & sic est hic casus p̄ his, q̄ dixi post Bar. in c. consuluit, ℑ. eod. Nam hic erat consuetudo seu statutū arctans ad cedēdum propter infamiam, vt ℑ. dicam. In gl. 2. ibi. de qua purgare se nequeūt, pondera istam gl. quia ex ea hī vnus in tellectus ad c. fm quem multa ℑria silent, vt intelligatur. qñ isti abbates publice infamati, de delictis non poterant se purgare: si aūt potuissent purgare, nō fuissent constricti ad cedendum. fm hoc nullum speciale poneret ista decre. in religiosis. Idem est in secularibus; quia si deficiente accusatore superior indicit purgationem infamato, & ille se purgare nequiuit, habetur pro conuicto de illo delicto, vt in capitu. accedens, infra de accu. vbi plene dixi, & in iuribus hic alleg. in gl. i. & merito hoc

2 casu non admittitur appło; quia esset ℑ iuris dispositionem, vt

b in c. consuluit, ℑ. eo. † Ex hac glo. not. aliud, qđ est semper mēti tenendum, q̄ propter solam infamiam, [b] quantumcunq; publicam, & famosam, non dēt prælatus, etiam religiosus, remoueri a prælatura; dummodo de illa se purgare possit per suum iusm & aliorum de credulitate iurantium, prout tradit forma purga-

3 tionis, & in c. quoties, ℑ. de purg. c. † Sed Inno. videtur sentire a-liam lect. vt sit speciale in prælatis religiosis, vt ex sola infamia possint remoueri a suis dignitatibus, arg. c. qualiter & qñ, il 2. in l. ſi. ℑ. de accu. sed hæc lec. non probatur aliquo iure. illud c. qua liter & qñ, credo q̄ faciat in oppo. quia ibi datur forma inquirēdi propter infamiam, & ducitur ibi, q̄ in religiosis non est iste ordo vsquequaq; seruandus, præsupponit ergo, q̄ infamia contra religiosum prælatū, dat facultatem inquirēdi de veritate. & in inquisitione veritatis, nō est ordo iuris vsq; ad vnguem seruandus. Nec ob. ibi litera, dum dicit, q̄ facilius, & liberius possint remoueri &c. quia fatēdū est, q̄ pro facilioribus causis pñt remoueri &c. tā religiosi, q̄ seculares, vt ibi: non tñ sufficit sola

4 infamia, pro hoc est tex. opt. c. licet Heli, de sımo. & in c. p tuas, il. j. eo. tit. vbi quaſi vī hoc expressum. † An autem infamia sit sufficiens, ad suspensionem etiam episcopi, donec discutiatur veritas vide Io. An. in c. j. de accu. lib. 6.

5 Additio. † Tertia lect. colligitur ex dictis Hoſt. dicentis hunc tex. procedere, fm cōsuetudinem quorundam religiosorum, fm quam prælatus infamia respersus admonitus in capitulo, teneatur cedere administrationi. & dicit hoc esse de consuetudine fratrum Prædicatorū & Cartusien. respectu generalis ipsorū. si-cut enim generalis ex sola electione absque confirmatione ad cui ministrat, ita ex sola infamia tenetur cedere, si hoc placet omnibus præsidentibus, seu diffinitoribus capituli, vel maiori parti ipsorum; & fm hoc intellige summatiū, quod hic erat pœna legis particularis, seu dispositionis particularis; a qua dispōne, nullo modo appellatur, sicut nec a pœna legis generalis. Et hanc le

6 ctur. tenet Goff. & lect. hæc videtur magis consentanea literæ. nā cessante cōsuetudine seu statuto approbato per superiorem, non potest abbas, etiam in communi capitulo cedere prælaturæ, sed debet cedere in manibus superioris, vt in c. cum venerabilis, ℑ. de consue. nec potest per capitulum generale ipsorū religiosorum priuari, vt in c. in singulis, j. de ſta. reg. & fm hanc le ctur. omnia ℑria silent, quæ possent formari ℑ istum text. † Sed oppo. de c. admonet, & c. quod in dubijs, de renun. vbi patet, qđ

c quis non potest cedere prælaturæ; niſi in manibus superioris. dicit Hoſt. quod hoc c. procedit in religiosis, & vbi non est consuetudo. [c] tudo; ℑriū procedit in secularibus, & vbi non est consuetudo. Sed contra hoc dictum Hoſtien. facit tex. in c. cum venerabilis, prælleg. vbi damnatur talis consuetudo, etiā in religioso. Credo posse dici. quod illud ca. loquitur, quando sine causa legitima, propria authoritate vult dimittere prælaturam. Iste text. procedit, quando subest causa infamiæ; & qñ cedebat in cōi capitulo. Nam & si commune capitulum non habeat totalem iurisdictionem in particulares prælatos. habet tamen in aliquib⁹, vt in d. c. in singulis. In gl. ſi. ibi de triennio in triennium. sentit gl. quod hoc c. loquitur de illo generali capitulo de quo in casu singulis, prælleg. quod non placet Doct. quia illud c. fuit editum ab Inno. 3. istud ab Alex. 3. qui multo tēpore præcessit Inno. Ideo secundum Hoſt. loquitur de consuetudine quorundā religiosorum, vt ℑ. dixi. Credo tñ. quod tex. debet intelligi non de capitulo particulari, sed communi, vt quia conuenit religiosis multorum monasteriorum, sicut hodie videmus in Prædicatoribus, & Cartusiensibus, & similib. Demum gl. quærit, quid si noluerit cedere? respondet vide eam.

ADDITIONES.

a ¶ Per duos testes. Adde qualiter probetur infamia. Ale. consi. 64. 2. lib.
b ¶ Propter solam infamiam. Adde Ro. sing. suo. 506. incip. fuit a me quæsitum, an infamia priuet. Zach.
¶ Infamiam. An infamia priuet aliquem beneficio acquisito. Item an priuet honoribus, & dignitatibus, vide Eel. post Abb. in c. quædam, col. 2. sup. de iureiuran. Seb. Sap.
c ¶ Consuetudo. Adde quod Fed. de Sen. con. cl. dicit, quod valet consuetudo, quod fine iuris ordine, ex leuibus causis, religiosi viri, ex suis locis, de administrationibus moueantur.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudex a quo, etiā quod sit delegatus, potest præfigere terminum ad prosequendam appellationem; quo elapso reassumit iurisdictionem; etiam quod appellationi detulerit.*

CAP. XXXIII.

**Ad aures.** † Iudex, a quo, potest præfigere terminum appellanti ad prosequendā appellationem, quo lapso, reassumit iudex iurisdictionē. Et aduerte, quia istud c. non est ex toto superfluum. nā loquit in delegato, de quo nō habemus tex. ita apertum. Et ex hoc, & ex tex. no. qd non solū ordinarius, sed etiam delegatus potest præfigere terminum appellanti, restringēdo terminū iuris, fm dispositionē c. cū sit Romana, ℑ. eo. Sed circa hoc moueo notabile dubium: pone qđ delegatus detulit appellationi; & præfixit terminum appellāti, nunquid appellatore non prosequente, possit delegatus reassumere iurisdictionē? & sic habeat locū iste text. & vbi delegatus detulit appłonī dubium facit c. cū appłonibus, eo. tit. lib. 6. vbi dicit, quod per delationē abdicata est iurisdictio a iudice deferente. Sed vide gl. no. in d. c. cum appellationibus, quæ determinat contrarium, & vide plenius per D. de Ro. dec. 350.

*SVMMARIVM.*

1 *Appellatio potest interponi per alia verba, quam appello, puta, si dixerit, submitto me protectioni talis, dummodo seruentur illa, quæ requiruntur in appellatione. 3. 5. 6.*
2 *Solennitas verborum si nō requiritur in aliquo actu sufficit quod exprimatur affectus rei.*
4 *Attentata post & contra appellationem extraiudicialem, sunt ipso iure nulla.*
7 *Prælatus an possit esse iudex inter ipsum & subditū, dum agitur de causa subiectionis; in causa vero ecclesiæ suæ potest esse iudex. 8.*
8 *Iudex an aliquis possit esse in causa, quando ei us commodum, saltem in consequentiam venit applicandum ipsi iudici. 10.*
9 *Suspicio si non allegetur, procedit iudicium coram eo factum.*
10 *Iudex quando possit cognoscere, an sua sit iurisdictio.*
12 *Iudex a quo, potest cognoscere de iustitia appellationis, ad hoc, vt sciat, an debeat deferre, vel non.*
12 *Sententia lata sine causæ cognitione; est ipso iure nulla.*
*Excōmunicatio debet ferri cum causæ cognitione, tamen lata sine, tenet.*

CAP. XXXIIII.

**Ad audientiam.** † Qui se, & sua protectioni Papę submittit, licet verbū appello, [a] non exprimat, intelligitur appellasse. Vel summa melius sic Si pcedēte grauamine quis submittit se protectioni superioris, hī pro appellāte; dummō seruauerit ea, q̄ ī appłone sunt necessaria. ita ſita. Primo narrat factū. Sedo dat iudicem, ibi: Licet āt. Casus ſral. Eccla S. Iacobi zamoren. subest ecclesię Cōpostellanę. epūs zamoren, multipliciter molestabat G. prcōyterū dictæ ecclesiæ S. Iacobi zamoren. pp q̄ idem præbyter, se & ecclesiā suā sūb protectione Do. Pa. suppoſuit. sed pfatus epūs nihilo minus post inuocatum se. apo. patrocinium; quia verbum appłonis, nō expressit, dictū presbyterum excōicauit. pp quod idem presbyter do. pa. fuit ꝓquestus. Rndit Pa. licet pdictus presbyter ex simplicitate verbū appłonis nō expresserit; tñ ex quo ic, & sua, sub protectione apostolica subiecerat; sine cāe cognitione non debuit aliqua sniа cōdemnari. vnde mandat quatenus si con-

ADDITIO.

a ¶ Verbum appello. Adde Lanfr. de Oria in c. qñ contra falsam, num. 41. versequitur aliqua videre, & ibi in apostil. Bened. Vad. ℑ. de prob. Zach.

Universidad de Deusto
Biblioteca



si constiterit ita esse, sententiam, quam prædictus episcopus tu
2 lit in eundē presbyterum denunciet nullam esse. B. No. 1. qđ
a vbi ad certum actum a explicandū, nō est præfixa solennitas ver
borum, sufficit exprimere conceptū & effectū rei; licet non ex
primātur propria verba illi actui conformia, pro hoc, quia ver
ba deseruiūt intentioni, & non e contra. vide bon. tex. in simili,
in c. i his, j. de ver. sig. secus, vbi solennitas verborum requirit. l.
3 j. ff. de ver. oblig. facit c. pen. & quod ibi dixi, de iureiur. † Secun-
b do not. qđ submissio b protectionis & appellationis pari passu
ambulant, qđ intellige, qñ in submissione exprimunt ea, q̄ requi
runt in appellatione, vt j. latius dicā. Vlt. not. quod attentatum
post, & ȝ appellationem extraiudicialem, est ipso iure nullum:
de quo plenius dixi in c. consuluit. ȝ. eo. In gl. versic. nostræ pro
tectioni, ibi, gñrali protectione, &c. Vel dic melius post Hosti.
c quod ȝrium loquitur, cum Papa c per suas literas recepit aliq̄os sub protectione sua, quo casu non intendit eos eximere.
c. recepimus, j. de priuil. hic loquitur qñ quis in certa causa sub
mittit se protectioni apostolicę, & postea arripuit iter ad sedē
apostolicam: tūc. n. habet vim appellationis, vt hic. Et quamuis
Inno. multum inuolute in hoc insistāt, an & qñ submissio pro
tectionis habeat vim appellationis: tamen secundum Doctor.
facio istam conclusionem, qđ vbicunq; in submissione prote
ctionis, seruanē ea, quæ seruari debent in appellatione; tunc ta
lis submissio habet vim appellationis: quia non est facienda vis
in verbis, ex quo constat de intentione, vt hic, & in c. petitio, de
proc. & ideo, si quis appellare vult ante sniam in iudicio, debet
causas exprimere, vt in c. vt debitus j. eo. & apostolos petere, vt
in c. j. eo. ti. li. 6. si hæc & similia seruat, non est vis, an dicat Appel
lo, vel dicat Submitto me protectioni apostolicæ. Et idem dic,
qñ appellatur extra iudicium, vel post sniam, vt semper seruent
4 ea, q̄ sunt necessaria ad illam appellationem. † Sed circa hoc, &
ex tex. dubitatur, nunquid idem sit in eo, qui submisit se prote
ctioni alterius, citra Papam? Hos. & communiter Doct. q̄ sic, ex
quo ille est iudex appellationis, qđ satis mihi placet; qa est eadē
ratio in alio iudice ad quē, quæ est in Papa; pro hoc facit gl. in c.
j. eo. tit. li. 6. In gl. pe. pro intellectu glo. opp. videtur enim q̄ etiā
cum causæ cognitione nō potuisset iste episcopus procedere
contra appellationem: quia suspensa est iurisdictio, vt in c. non
solum, eo. tit. lib. 6. Sol. glo. (vt arbitror) metu huius contrarij,
supplet cum causæ cognitione delegata a Papa; quali per se nō
potuisset cognoscere, an appellatio fuit iusta, vel iniusta. Sed cer
te hæc opi. glo. licet sit vera in se, non tamen est verisimilis; qa
Papa non remitteret causam appellationis ad iudicem a quo,
per eum cognoscendam, vt supra. c. proxi. ideo extra gl. alij sup
plent ad tex. maxime. Vel tertio dic, q̄ Papa posuit hoc verbū
ad magis aggrauādum negocium. Item narrauit, prout in facto
contingit. Fatendum est ergo, q̄ etiam cum causæ cognitio
ne non potuisset cognoscere de iustitia appellationis, nec de
principali, pēdēte articulo appellationis, vt in d. c. si a iudice: sed
certe hæc gl. ponit etiam aliam rationem, dicens q̄ iste nō po
tuisset cognoscere, etiam alio respectu; non quia non poterat
sibi dicere ius, C. ne quis in sua causa iudie. l. vna. sed Io. An. mul
tum breuiter, & obscure vī approbare hāc vltimā lectu. dicens
hāc rōnem esse falsam; nisi referatur ad proximum dictum gl.
quasi sentiat iudicē nō posse cognoscere, an sua sit iurisdictio,
qū fuit ab eo appellatum, vt dicitur in princ. glo. quia ista cogni
tio spectat ad iudicē ad quem, vt habetur in c. dilectus, de relati.
q. d. secus, si nō fuisset appellatum, & tunc posset iste episcopus
cognoscere, an sua sit iurisdictio per iura generalia. sed D. Ant.
intelligit rōnem gl. generaliter; etiam vbi non fuisset appellatū:
quia hic cōtēdebatur non de nudo exercitio iurisdōnis: sed de
proprietate iuris, an iste presbyter esset subiectus episcopo; &
5 sic commodum consecutiue venit applicādū iudici. † Ex hoc
dicto Do. Anto. nota duo. Primo, q̄ vbi est contentio inter pre
latum & subditum super iure subiectionis, non potest ꝓlatus es
se iudex; qa suspectus est cū multa veniāt sibi cōmoda applicā
6 da rōne subiectionis. † Secundo not. generaliter, q̄ vbi aliquod
cōmodū saltē in ꝓsequentiam venit applicādum iudici, nō po
test in dubio cognoscere, an sua sit iurisdictio. vide Inn. qui vī
primum dictū voluisse in c. venerabili, de censi. & in c. ex parte,
il. j. de ver. signi. & sic transit Do. Ant. hic; & ibi attingit istam
mām; & maxime in c. super literis, de rescri. Sed ȝ hoc dictum,
multum urget tex. in c. cum personæ, de priu. li. 6. vbi specifice
disponitur, quod subditus allegans exemptionem debet eam
probare corā ep̄o, & gl. ibi apertissime est ȝ hanc opinionē D.
Ant. dicendo, qd ep̄s est ibi iudex; cum quia ista causa non est ꝓ
pria, sed ecclesiæ; & in cā ecclesiæ prælatus pōt esse iudex. 2. q.
7. c. si quis erga; tum qa ibi dubitatur de iurisdictione; ergo co
gnoscet, an sua sit iurisdō. Ad soluendū has opi. primo dicerē i
c. cū personæ, qđ ibi fit probatio corā ep̄o de exemptione, nō
vt iudicet super ea, sed ad instructionē suā, vt cognoscat, an in
terim debeat procedere ȝ subditū; & sic saluabitur dictū huius
7 gl. D. Ant. & Inno. sed hoc est ȝ glo. illius c. † Secundo potest di
ci, vt intelligatur, q̄ possit esse iudex, salua tñ recusatione, sicut
dicim[a] in patre, qui potest esse iudex in cā filij. 3. q. 7. c. infames.
§. cognitores, & in l. priuatis, ff. de iud. & tamen potest recusari
vt suspectus, vt no. in c. cum cōtingat, de foro compe. ita in pre
lato in causæ ecclesiæ, vt dicam j. c. postremo. Tertio potest di
ci, & melius, qđ superior posset esse iudex in cā exēptionis, qñ
8 causa est ecclesiæ, nō enim habet dominiū iure proprio. † Sed
vtrum poterit recusari, puto attendendā quantitatē nunerum
sibi consecutiue applicandorum per illū subditum, & qualita
tem personæ iudicis. nō enim est verisimile, qđ vnus episcopus
daret sniam iniustā, si recepturus est tantū a subdito quid mo
dicum: secus vbi esset magna quantitas, vel maximus honor im
mineret sibi, ad hoc, c. & si quæstiones, de simo. & sic concludē
d rē in quolibet iudice, cui cōmodum sportularū [d] esset applica
dum, vt secundum quātitatē, & qualitatem personæ iudicet in
spectus, vel nō suspectus, in cognoscendo, an sua sit iurisdictio.
Secundum hanc diffinitionem intelligerem glos. & Doct. in l.
de iure, ad muni. ff. & in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit, & ibi
per Bar. & per canonistas in d. c. super literis. Nam gl. & Bar. in
distincte voluerunt, vt iudicetur suspectus, ꝓp commodū spor
9 tularum, sed præmissa distinctio est ęquior. † Vlt. scias iudicem
a quo, posse cognoscere de iustitia appellationis ad instructio
nem suam. vt sciat an debeat deferre, vel ne. no. Inno. in c. patro
nalis. §. Præterea, de off. deleg. sed cōditionaliter no pōt cogno
scere, in præiudicium appellationis; quia hoc spectat ad iudicē
10 ad quē, ut dixi, & sic intellige primum dictum glo. Vlti. oppo. ꝓ
tra text. in eo, quod Papa mandat inquiri de appellatione, ad ef
fectum denunciādi sniam esse nullā. vī. n. qđ sine qualiber appel
latione ista snia erat nulla, tanquam lata sine causæ cogniti
one, vt in c. ecclesia sanctę Mariæ, & ibi gl. de cōsti. & in c. tum ex
literis, de in integ. resti. & per Bar. in l. prolatam, C. de sent. Sol.
dic, qđ iste presbyter prosequebatur illud attentatū per viā ap
a pellationis; ideo debebat ꝓbare id, qđ erat cā suæ intentionis, q̄
appellationem. non tñ sequitur quin attentatum sit nullum, nā
eo succumbente in cā appellationis, posset iste prosequi pe
viam nullitatis, vt dixi in c. j. supra eo. Facit iste tex. ad vnum re
tellectum, quē ibi dedi, facit c. exhibita, de iud. & quod no. in c.
ex parte Adæ. de testi. Vel dic quod procedit hoc cap. sententia, scilicet excommunicationis, quæ licet sit ferenda cum cau
sæ cognitione, vt in c. nemo, 2. quęst. 1. lata tamen sine ea tenet
vt ibi, & in c. sacro. inf. de sentēn. excommu.

ADDITIONES.

a ¶ Certum actum. Vide Bal. in l. 2. C. commoda. & in rub. C. de iure emph. vbi
tradit, quod in quolibet actu debemus considerare effectus, & quod diligē
fitio potius ab effectu, quam ex verbis prolatis inducatur. Seb. Sapia.
b ¶ Submissio. Vide hic per Do. Philip. de Peru. & Dō. in c. cordi, in prin. in tex
tia colu. versic. quid si subditus, eod. titu. in. 6. & idem est si dicat, Commit
to me iurisdictioni superioris, secundum Bal. in authen. si quis litigantium
circa prin. C. de epis. aud.
¶ Adde eundem Bal. consi. 308. 3. lib. vbi consuluit in facto.
c ¶ Cum Papa. Quid importent ista verba recipere aliquem sub protectione
declarat Dom. And. Sicu. in consi. 1. in quarto volumine, Ange. in l. 1. C. de ru
cu. mu. lib. 10. Barto. in procę. fforum. in prin. col. 4. versicu. Item dicitur hic
Andr. Sicu. late in consilio 62. vol. quarto, & in consilio 11. col. septima. in fi
cundo volumine. Aretin. consilio 165. col. 4. Socin. pulchre in consilio 70
col. 7. & Fely. in cap. postulati, col. 4. sup. de foro comp. Seb. Sapia.
d ¶ Sportularum. Adde Fran. Areti. consi. 107.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ordinarius, vel appellationis, nō potest a se abdicare onus iudicādi.*
2 *Appellationi potest renunciari; & ad iudicem a quo, reuerti ex consen
su vtriusque partis, non autem vnius.*
3 *Pluralitas quo casu resoluatur in singularitatem.*
4 *Renunciari non potest appellationi a diffinitiua, sine consensu appellati;
secus ab interlocutoria. ratio ponitur hic.*
*Appellatus potest prosequi appellationem, inuito appellante a diffinitiua,
secus ab interlocutoria.*

## CAP. XXXV.

**Accepta.** Causa non est ad iudicē a quo remittenda, appellatione adhuc non iustificata; nisi de partium cōsensu. secunda pars, ibi. Non debet. Primo no. vbi regulam, ad quam quotidie iste tex. alleg. quod appellans non
a tenetur redire ad iudicem a quo, licet iudex ad quē hoc præcē
1 piat: nisi cōstaret de iniustitia appōnis, vt in c. debitus, j. eod.
† Secūdo no. qd nō est in facultate, iudicis ad quē, recipere ap
pōnē, vel ipsam renuere: sed si est iusta tenet eā admittere; cō
gā iudicare est mun[a] publicū, cui renūciari nō pōt. l. muneri.
2 §. iudicādi, ff. de mu. & ho. nec pōt iudex, quātūcūq; ordinarie
b se abdicare onus iudicādi. l. legatus. ff. de of. ꝓsi. † Vlti. no. ꝓ
tes cōi cōsensu pñt renūciare appellationi, b & redire ad iudi
cem,

ADDITIONES.

a ¶ Inf. eod. Iunge hic, id quod dicit ad hoc in c. fi. in ver. vlti. opin. & habebis
reg. cum duabus limitationibus; & vide hic D. Phil. de Peru.
b ¶ Appellationi. Adde quod no. Ro. consi. 501.



cem, a quo. Nunquid hoc procedat; si iudex detulit appellatio
ni, vide quod no. eo. tit. lib. 6. in c. cum appellationibus. In glo.
2 in fin. hanc opi. sequit Io. An. & cōiter Doc. qa de hoc vī tex.
3 in d. c. interpolita, all. in gl. vnde ponit hic pro singulari, ſm Io.
An. Simile in c. vt priuilegia, de pri. † Et no. pro statutis, vt plura
a Je[a] resoluatur in singulare, quando ex pluralitate sequit absō
nus intellectus, vel iuri ȝrius. Sed saluando tex. puto posse dici,
q̄ partium consensus requirit ad hoc, vt libere fiat remissio ad
iudicem a quo, sine alia condemnatione expēsarum; sed qñ ad
est consensus appellātis tñ, fit condemnatio expēsarū; & hoc
casu loquitur d. c. interpolita, §. ille deniq;, j. eod. & dic plenius
1 *Appellatio illicꝫ non admittitur, qui appellationem aduersarij non admisit, & nu. 2. & 3. vbi plene.*
2 *Auxilium legis frustra inuocat, qui in legem committit, intellige, vt infra, nu. 5.*
4 *Iniuriantes se ad inuicem, non compensant; imo alter alterum accusat.*
6 *Obligatio si non fuit per vnam ex partibus adimpleta, altera non tenetur etiam adimplere: intelige quando vna istarum obligationum est respectiua ad aliam: aliàs, si sunt separatæ, secus.*
7 *Exceptio spoliationis excludit appellantem: secus exceptio attentati. Excommunicatus appellat indicialiter; sed extraiudicialiter non.*
8 *Dictiones, incontinenti, statim, mox, & similes, vbi non habent determinationem temporis à iure communi, recipiunt interuallum arbitrio iudicis.*

CAP. XLII.

1 **An sit deferendum.** † Hẽt duos intellectus, fm primum põt summa ri dupliciter. Primo sic. Appellationi suæ renũciat, qui post eam aliquid in ipsius præiudiciũ innouauit. Vel sic, Nõ tenet iudex, vel aduersarius deferre appellationi, cui nõ detulit appellãs. Secundum aliũ intellectũ, non est deferendũ appellationi illius, q appellationi aduersarij nõ detulit. Secunda pars, ibi. Rñdemus, Casus literalis. Aliquis paratus erat spoliare aliquẽ re sua: ille appellauit ne aliquã sibi iniuriã faceret, vel grauamen; non obstan
2 re illa appellatione, spoliauit illũ, spoliatus traxit suũ spoliatorẽ in causam paratus probare incontinenti suã spoliationẽ, ille spoliator appellauit, quæritur, an eius appellationi sit deferendum? rñdet papa, ꝙ cum in eo sit puniendus, in quo peccauit, appellationi illius non est deferendum, quia appellationi defer
2 re neglexit Ber. † No. secundũ utrunq; intellectũ duos casus, in
a quibus tollitur appellatio. Primus, si appellans a non detulit appellationi propriæ: sed aliquid innouauit in præiudiciũ aduersarij. Secundus casus, qñ nõ detulit appellationi aduersarij. tunc enim sua appellatio tollitur. An tollatur indistincte, & an possit reduci ad pristinũ statutum restituto attentato, j. dicã. Ex quo infertur, quod peccans ɔ vnam legem, non potest consequi beneficiũ illius legis: quia frustra legis auxilium inuocat, &c. j. de vsur. c. quia frustra. Itẽ no. ex fi. huius c. qđ appellatio dr beneficiũ, ex quo infertur, ꝙ clausula, appone remora, est onerosa; & sic merito restringenda, facit j. eo. tit. c. inquisitioni. Quæro de intellectu literæ, nunquid appellatio indistincte tollat per innouationẽ factã post ipsam appellationẽ? Solu. vt dixi, hoc c. habet duos intellectus. Primus est, ꝙ vnica appo hic intercesit, filius, q spoliauit aduersariũ post appone suam; & iste intellectus in se est planus, & põt fm Doc. practicari in iudicio, & extra iudiciũ; q a non deferendo appellationi suę, iudex, vel aduersarius,
3 nõ tenetur deferre. † Sed circa hunc intellectũ oritur dubium, nunquid ista appellatio prorsus tollatur per innouationẽ appellantis, an vero sufficiat restituere attentatũ, & demũ prosequi ipsam appellationẽ? D. Ant. putat, ꝙ indistincte non tollat: sed qđ facit sibi præiudicium ante restitutionẽ attẽtati. Ego putarem oppositũ per istam literam, dũ dicit puniendum istum in eo, in quo deliquit, ad illius restõnem multis remedijs iuris compelli possit. Secundo obst. litera in fi. ibi: Se reddit beneficio appellationis indignum; nõ. n. dicit, ꝙ reddit se indignũ prosecutione, sed appellatione: ergo appellatio prorsus est sublata. vr enim in nouando recessisse ab appellatione; & contempsisse beneficiũ iuris sibi authoritate propria prouidendo: arg. in l. fi. C. de pact. ꝓuen. super dot. &c. & eorum, quæ no. gl. in c. non solum, cod. tit. lib. 6. melius facit tex. in simili in c. eum qui, de do. & contu. lib. 6. Secundus intellectus principalis est, ꝙ hic intercesserunt duæ appellationes. Primo appellauit reus, & postmodũ actor eum spoliauit; & tunc expone literam, ibi: Post appellationem legitime interpositã. scꝫ ipsum reum spoliatum, pro hoc facit, quia nõ est verisimile, ꝙ reus nartãs appellationẽ aduersarij, dixisset eã legitime interpositam. Iste intellectus habet multas difficultates, nã dicit Inn. & post eũ Host. ꝙ in iudicio praticari nõ potest: sed procedit in appellatione extraiudiciali. Do. Ant. dixit se nõ videre causam restringendi hoc c. ad extraiudicialia tm̃, vnde practicari poterit ẽt in iudicio. Sed aduerte, qa difficile est nũc perscrutari, vtrum appellatio istius innouantis, indistincte tollat, tam in eadẽ, quam in alia causa D. An. dicit, ꝙ si iste spoliatus deducit attentatũ per viã exceptionis; tunc excludit aduersariũ ab omni appellatione, tam in eadem causa, quã in alia, quemadmodũ exceptio spoliationis, obstat agẽti in quacunq; causa, in c. fi. de ord. cog. Ita & hæc exceptio attentati, post appellationẽ: sed si attentatũ nõ deducitur per viã exceptionis; sed per viã agendi, vt ille puniatur ꝓ illam nouitatem tũc tenet, ꝙ tollatur prima appellatio, ẽt legitima in eadẽ causa: secus in alia causa. Hoc vlt. sentit Io. And. super gl. fi. Iste intellectus mihi non placet, qa delictũ vnius partis nõ debet præstare impunitatẽ delicto alterius partis, nã fm hunc intellectũ requeretur, ꝙ iudex, vel pars posset me grauare in alio articulo, & esset mihi præclusa via appellãdi; & sic multa scandala oriẽ
4 tur, quod non est dicendũ, ar. l. æquissimũ, ff. de vsuf. † Ad hoc quod nõ. Spe. in tit. de acc. §. j. ver. quid si te vocaui, vbi dicit, ꝙ
b dixi tibi cõuiciũ, & tu mihi, non fit compensatio: b sed quilibet de iniuria sibi illata agere põt. Idẽ Inn. in ca. inteleximus, j. de adul. vbi plene per eũ, placet ergo mihi intellectus Spe. co. tit. fi. ver. itẽ ꝙ appellans, vbi dicit, ꝙ istud c. & c. ꝓstitutis, §. eo. & c. bonæ, de ele. cum si. habent locũ, qñ secunda appellatio venit ad defendendũ attentatũ post appellationẽ aduersarij; vt puta
5 spoliauit te post appellationẽ tua; & interpono appellationẽ, nec aliquid innouetur, certe nõ obstante hac appellatione põt iudex procedere ɔ istũ super hmõi innouato. Procedũt ergo illa iura, qñ istæ duæ appones reflectunt circa idẽ; secus si circa diuersa. tunc. n. punietur iste, quantũ nõ detulit appellationi aduersarij; & sua appellatio alias legitima admittetur. † Ad hoc fit dictũ Inno. in c. inteleximus, de adul. vbi dicit, ꝙ illa reg. frustra legis auxiliũ inuocat, &c. habet locum, qñ circa idem in legem commisit, d. c. inteleximus. Et pro hoc intellectu ego allego textũ apertum, & notabilem. j. eod. in c. dilectus, vbi probatur, ꝙ licet decanus non detulisset appellationi epi; li cet legitimæ, epꝰ tñ debuit deferre appelationi decani super alio articulo interpositæ, adeo, ꝙ excõicatio lata post appellationem decani per episcopum non tenuit, quod ibi dicam latius.

7 Additio. Sic distinguimus ꝓ in simili, qñ ɔcurrũt duę obligationes, vt si vna obligatio respectiuat ad aliã, vno nõ seruante, alius seruare nõ tenet; secus, vbi obligationes essent prorsus separatæ, vt plene no. in c. ꝓstitutus, j. de pœ. & in c. peruenit, de iureiur. per Cy. in l. cũ proponas, C. de pact. & l. 2. C. quæ sit long
8 ꝓsue. † Nec placet illa similitudo D. An. vt exceptio attentati excludat appellantẽ in oi causa, sicut excludit exceptio spoliationis qñ exceptio spoliatiõis nõ obstat, ꝓsequẽti appone; ga potiꝰ iste dr se defendere, g̃ agere, vt expresse tenet In. i c. 2. de or. cognal. ꝓ hoc, qa ꝓsequẽs appone, non excludit ꝑ exceptionẽ excõis, qđ plꝰ est, vt in c. cũ inter, & in c. fi. de exce. nisi esset appo lis appo est ad cãm ꝓuocatio; sed secus, vbi appo nõ est talis qa tũc est defensio aduersus stimulũ sniæ, vel grauaminis illati
9 & per hoc hẽs clare intelm huius c. † Gl. in verbi. incõtinẽti, ibi Põt cõmitti arbitrio iudicis. No. bene hoc dictum pro figura
10 istius dictionis, Incõtinẽti, c & aliarũ similiũ, vt mox, illico, &c.
c vbi. n. non hñt certã determinationẽ a iure, recipiunt interuall
d ũ, fm arbitriũ boni iudicis, d facit c. de cauſis, de offi. dele. tenet Bar. in l. j. ff. de verb. obl. vide gl. in c. quia pp, §. de ele. & 20. q. c. si in qualibet. Sed quoad casum nostrũ gl. recedit ab opi. Alt. dicentis idem esse, si incontinenti hæc exceptio nõ probet, qa nulla ratio vrget arctandi facultatẽ probãdi. Host. dicit, ꝙ intra 15. dies hoc habebit probare, ar. c. frequẽs, de rest. spol. li. 6. vbi datur terminus 15. dierũ ad probandũ exceptionem spoliationis. Hoc nõ placet Io. An. qa ibi excipit de spoliatione, & in vim dilatoriæ: hic aũt agit sup ipso attẽtato; & sic sumꝫ ex casu illius c. vr ergo approbare opi. gl. D. Ant. distinguit, ꝙ si attẽtatũ deducit dilatorie, ad effectũ repellendi appellantẽ; nisi restituatur attentũ, tunc ꝓcedit opi. Ho. Si vero deducit perẽptorie, ut puneſ iste bũficio appellandi, tũc procedat opi. gl. Putat tñ iste, qnunq̃ ex toto tollit appo, vt §. dixi. Mihi placet opi. gl. ꝙ (vt §. dixi) semper tollit hæc appo. Et ad tex. dū dicit. Incõtinẽti, &c. dic ꝙ narrat factũ, qa aduersarius sic dicebat; nõ aũt ponit iuris ministeriũ. In gl. fi. ibi. Qđ semel punitus est, Ioan. And. hic post Doc. antiquos dicit, ꝙ per iura, quæ hic allegant in gl. puniretur tñ in vna appellatione in eadẽ causa; vnde si secũdo grauatur in eadem causa, poterit appellare; sed dic clarius, ut supra dixi.

ADDITIONES.

a ¶ Si appellans. Vide de isto casu Matesi. in nota. a 8. inci. no. quod actor & Rab. in c. ex parte Adæ, col. 6. ver. item scias, quod ille qui non defert. sup. de re. fli. Ang. in l. fi. C. de tem. app. Seb. Sap.

b Com-



b ¶ Compensatio. Adde istũ in c. dilecti filij, circa fi. sup. de exce. & in c. oli, ver sic. hoc dicit Spec. col. 2. sup. de rescri. de quo plene per Fely. in prælleg. c. dilecti, vbi concordat Do. in 5. col. ver. prouocatus delinquens. Zach.

c ¶ Incontinenti. Dꝰ significatione istius dictionis, incontinenti, mox, illico, & similium, vide etiam per glosl. in l. 3. §. eum igitur, ff. de vi & vi arma. per Bal. in l. petens, & in l. bonæ fidei, C. de pact. & tex. in l. fi. C. de iud. quẽ Bal. Sal. & alij no. quod illud dr illico fieri, quod fit intra triduum. simile in verbo incontinenti, quod etiam triduum importat l. fi. C. de erro. addo. & diuersimode secundum materias accipi debent. & vide per D. Alex. Imol. in l. hi qui, C. de conue. fi. debi. lib. 10. in addi. ad Bar. gl. Bar. & D. in l. 1. ff. si certper. de natura autem istius dictionis & similium, est proprie importare causam immediatam. hic dicit gl. fin. quam sequuntur ibi Bal. & Ang. in auth. de incc. nupt. in princ. quod quando lex imponit pœnam per illam dictionem, Mox, censetur pœna imposita ipso iure: & non expectatur sententia, vide D. Abb. & quod ibi dixi in c. 1. in ver. & not. hanc gl. C. de nu. pe. Aeneas Falco. Adde de prædictis dictionibus Alex. consi. 77. 3. lib. Calde. consi. 5. de verb. signif.

¶ De dictione, Incontinenti, & similibus, de quib. hic fit mentio, vide Spe. in tit. de appel. in §. 6. circa princ. & Bal. in l. 2. C. de edict. diui Adr. tol. vbi dicit quod aliquando ponitur pro quinque diebus, aliquando pro decem, aliquando pro duobus mensibus, secundum subiectam materiam. Alex. in l. 3. in §. eum igitur, ff. de vi, & vi ar. vbi dicit hoc esse relinquendum arbitrio iudicis. & vide Bar. in l. si ita, in §. 1. ff. de noua. in l. 1. ff. de sol. & Bal. in l. 1. C. de oper. lib. vbi dicunt, quod intelligitur per tempus parum ante, vel parũ post. & vide etiam quæ habẽtur in l. secta, in verſ. dicebam, ff. si cert. pet. Et adde, ꝙ intelligitur etiã illud fieri incontinenti, antequam partes diuertant ad actus extraneos l. quod ait lex §. ꝙ ait lex, ff. de adul. l. cum antiquitas, & ibi per Bald. C. de test. & dicebat Bal. in l. petens. in antepen. col. C. de pac. quod ille actus dicitur factus incontinenti, quando fit eodem loco, & corã eisdem testibus, quod etiam voluit ipse Bald. in l. penult. in §. mulier, circa ff. fol. mat. & vide omnino Ang. in l. si ventri, in §. fi. ff. de priui. credi. & Ro. in l. 1. §. 1. ff. de verb. oblig. vbi dicunt, quod pactum de retrouendendo dicitur esse appositum incontinenti, prout arbitrabitur iudex, quod est not. ad materiã c. illo vos, de pig. & c. ad nostram, de emp. & ven.

d ¶ Boni iudicis. Vide late per Alex. in l. 1. §. qui præsens. ff. de verb. obli. & quot modis sumatur dictio incontinenti, tradit Fel. in c. præterea, col. pen. ver. in gl. fi. in fin. sup. de test. cog. post Abb. ibi col. vlt. vbi dicit, quod relinquitur arbitrio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Executor non recusatur, nec ab eo appellatur; nisi modum excesserit in exequendo.*
2 *A iudice suspecto non potest recedi per appellationem; nisi cum non acceptauerit recusationem, quam fecit de eo.*
3 *Clausula, appella. remo. non excludit, quin iudex possit remoueri ex legitima causa.*
4 *Cardinalis si fuit deputatus iudex, non potest recusari.*
5 *Papa mandans aliquam sententiam ferri; an censeatur ipse ferre.*
6 *Executor an, & quando possit recusari.*
7 *Executor deputatus per Papam in beneficialibus, an & quo casu possit recusari.*
8 *Exceptio spoliationis, an retractet executionem sententiæ.*
9 *Spoliatus non potest cum effectu ad iudicium vocari; nisi primo restituatur.*
*Exceptio spoliationis, obstat petenti, vel imploranti officium iudicis, contra tertium.*
*Excommunicatus non potest petere executionem sententiæ, & si petat, obstat exceptio spoliationis.*
10 *Exceptio nullitatis, quæ incontinenti potest probari, obstat executioni sententiæ.*

CAP. XLIII.

1 **Nouit ille qui,** † Habet duos intellectus, fm primum hoc intendit: Merus executor non recusatur, nec ab eo appellatur, nisi modũ excedat; maxime si est datus cum clausula, Appella. remo. h. d. fm alium intellectum, hoc intendit: A iudice suspecto non receditur per appone; nisi modũ excedat. Secunda pars, ibi: De suspicionis. Pro intellectu præmitte, ꝙ pp discordiã olim vertẽtẽ inter Regẽ Franciæ, & Regẽ Angliæ, Papa mãdauit cuidã legato, q erat in partibus Frãciæ, vt totã terrã Regis supponeret interdicto. ɔ interdictũ postea ꝓmulgatũ Rex Frãciæ allegabat tria. Primo, ꝙ ille legatꝰ tpe publicationis, erat extra legationẽ suã. Ad hoc rñdet in c. nouit, de offi. dele. Scdo opponebat, ꝙ is ab ipso legato appellauerat. Tertio, ꝙ ipsum hẽbat suspectũ. Ad ista duo respondetur hic. Not. principiũ, ex quo habes, Deo nihil esse occultum, quid de dæmone. a vide de natura dæmonũ pulchrum tex. Aug. 26. q. 4. c. fciendũ. Secundo no. differentiã esse inter executorem, publicare, & dictare, seu exequi. Nã proprie ille dr edere ɔ stitutionẽ, vel snĩam, qui fuit author. Publicare dr ille, qui publicat snĩã ab alio editã. & sic nota, ꝙ iste, q publicat seu declarat, dr, ꝙ ꝓstitutio antiq iuris, declaratoria b extenditur ad præterita, vt not. in c. cum tu, de vsur. & plene in c. fin. de consti. Dicta tamen non est author dispositionis, vt in l. dictantibus, C. de testa. Executor est ille qui pure exequitur factum ab alio gestum, l. executorem, C. de exe. rei iudi. & hoc not. propter stata facientia mentionem de his vocabulis. † No. vlt. ꝙ a iudice suspecto non potest recedi per appellationem. Ratio, quia immediata causa appellandi est ipsum grauamen, vt in c. vt debitus, j. eo. sed is qui est mihi suspectus, me non grauat: debeo ergo eũ recusare: & si recusationem non acceptauerit; tunc possum ab eo appellare; qm̃ grauat me in non recipiendo recusationem legitimam, probatur in c. super quæstionum, in fi. ff. de
3 offic. deleg. Item not. subtiliter, † ꝙ iudex datus cum clausula, app. re. potest ex legitima cã recusari. concor. c. postremo, & ꝙ ibi dixi. §. eo. & plenius tetigi in c. super eo. 2. §. eo. & vide bon.
4 gl. in c. si autem. §. si quis in quacunque. 2. q. 7. † Vl. Doct. colligunt ar. ꝙ Cardinalis deputatus iudex, non potest recusari: sed
c non video, qũo hoc colligatur ex tex. imo potius colligitur c ɔrium, dũ dicit, ꝙ si iste fuit suspectus, non debebat ab eo recedi, appellatione via. † In gl. j. in fi. Host. dicit, ꝙ Cardinalis Legatus sniam promulgauit ex mandato Papæ, vt in c. nouit de off.
5 leg. Papa dr hoc edidisse ex quadam iuris interpretatione: quia ipse vr facere, ex quo mandauit hoc faciẽdum; text. bo. in c. mulieres, de sent. excom. Io. An. dicit in hoc nõ instãdum: quia Papa edidit, vt hic dr. Et ad c. nouit, præalle. rñdet ꝙ illa sunt verba regis, non Papæ. Sed in ɔrium allega. c. j. de postu. præla. vbi eadem materia ponit, & Papa vr asserere Cardinalem, sniam promulgasse. Põt dici, ꝙ ẽt opi. Host. est in se vera. nam respectu appellationis, vel recusationis, non dr quis facere, si ex quitur mãdatum superioris: vide tex. cum gl. in c. cum aliquibus. de rescr. lib. 6. no. Inn. in c. ex parte, il. j. j. de verb. sig. In gl. fi. in fi. Ex ista gl. colliguntur isti duo intellectus, de quib. præmisi. Primus est, ꝙ iste legatus, tãquam merus executor non potest recusari, sicut nec ab eo poterat appellari. Hunc intellectum not. & facit pro eo tex. in fi. dum pỏderat, ꝙ non proprio motu processit iste legatus; sed præcepto Apostolico. Secundus intellectus est, ꝙ Rex Franciæ non fuit auditus propter ineptum modum procedendi; quia si habebat legatum suspectum, nõ debebat illico appellare; sed recusationẽ corã eo ꝓponere; & ea nõ admissa, appellare, pro hoc facit tex. ibi: Propter appellationem interpositam, &c. quasi dicat, ꝙ appellatio hic non fuit legitima. Sed primus intellectus magis vr conuenire huic literæ pp snã cap.
6 † Sed nunquid, d hoc sit verũ indistincte, vt executor nõ possit
d recusari? Distingue, ꝙ aut est executor mistus, id est habẽs iurisdõnem; & tũc recusari potest, cum possit grauare; & sic potest intelligi c. super quæstionũ. §. cum aũt. de offi. deleg. secundum vnum intelm. Aut est executor merus, nullam. l. habẽs in actu iurisdõnem; & tũc aut est deputatus ad certũ articulũ; ita ꝙ nõ ꝑt excedere, quin notorie ꝓstet; & nõ potest recusari: & sic intellige istũ tex. ad hoc qđ no. Inn. in c. ex parte, il. j. j. de verb. signi. vbi dicit iudicem posse vlcisci notoriam iniuriam sibi illatã; quia potius est executor iuris; q̃ iudex. Aut est executor datus, & deputatus ad certũ actũ, in quo põt occulte grauare partem, puta vt recipiat dicta testiũ, vel vt audiat aliquid, & referat; & põt recusari; quia posset grauare partẽ occulte in referẽdo, vt no. Io. An. post Host. in c. pastoralis. §. præterea, de offi. dele. In casu. n. nro nõ poterat legatus grauare partẽ; qñ notorie ꝓstaret, ꝙ hñret certũ mandatũ; & limitatũ, nec haberet procedere iudicialiter: sed tm̃ subijcere terrã Regis interdicto, merito
7 recusari nõ poterat. a g. opt. in c. ꝓposuit, §. eo. † Hæc faciũt ad quæstionẽ quotidianã, nũqd executor deputatus ꝙ Papã in bñficialibus possit tanq̃ suspectus recusari ab alia parte? Arch. 2. q. 6. c. ei qui appellat. §. sunt ẽt quorũ. verſi. ab executione, tenet ꝙ nõ. D. An. distinguit, ꝙ aut assumplit partes iudicis, & põt recusari. nec credo ɔrium sensisse. Arch. ad hoc qđ no. in d. §. præterea. Aut fuit deputatus ad dãdã possessionẽ bñficij; & tũc nõ ꝑt recusari, fm cum; secus, si ad alium articulũ. Aduerte, ꝙ ex verbis istis non haberes aliquam perfectam doctrinam: ideo dic plenius, vt §. dixi. Nec vr verum indistincte, ꝙ si deputatur ad dã possessionẽ, ꝙ non possit recusari; quia non põt executor possessionẽ dare aduersario, possessore nõ citato, vt no. idẽ In. in c. cũ olim, de priui. & in c. 1. de concess. præb. lib. 6. facit c. licet ep̃s, de præb. eo. lib. & l. fi. C. li per vim, vel alio mo. cum ergo possit

ADDITIONES.

a ¶ De dæmone. Vide ad hoc multa congesta per Deci. in c. nouit, in 1. col. in 1. not. supra de iudi. Seb. Sap.

b ¶ Declaratoria. De hoc est text. opti. & ibi gl. ordinaria in §. fin. in Auth. de sanctis. de. instr. na. quam alleg. Bald. in l. non dubium, ubi etiã de hoc est text. no. C. de legi. unde dicit Io. An. in c. fi. de uer. sig. in 6. in nouel. ꝙ declaratio se habet in plus, quam constitutio: quia declaratio respicit præterita & futura: constitutio solum futura. adde Bal. in l. leges, & constitutiones, in 1. & ulti. col. C. de le. Bar. plene alle. multos text. ad hoc in l. omnes populi, ff. de iust. & iure, 2. quæst. 5. q. princ.

c ¶ Colligitur. Sequitur dom. Phi. de Peru. hic remittendo se de hoc articulo ad no. per ipsum in c. postremo, supra eo. Seb. Sap.

d ¶ Sed nunquid. De hac materia vide Fel. in c. de cætero, supra de re iudi. & in c. fin. supra de præsump. & in c. quod ad consultationem, col. 1 3, supra de re iudi. ubi tangit, quando ab executore possit appellari.

Universidad de Deusto
Biblioteca



possit grauare circa exceptiones proponendas per possessorē: merito poterit tanquam suspectus recusari. Conclude ergo (ut prædixi) quòd quando deputatur ad certum ministerium, in quo non potest grauare, quin clare conster; tunc non pote-
8 rit recusari; aliàs secus. Scias vltimo, quòd Innocen. valde impertinenter tractauit hic, an per exceptionē spoliationis debeat retractari executio sententiæ; & dicit se credere ꝙ non, sed Hostien. dicit hanc exceptionem obstare spoliato, qui non est soluendo, per capit. olim 2. de restitutio. spoliato. Sed Ioann. Andr. idicit illud prouenire ex inopia, quæ sufficit sine spoliatione; sed tu vide quod dixi in d. capitu. olim, il 3. sed quoad casum nostrum, credo exceptionem spoliationis factæ a petē-
9 te executionem, obstare. † Moueor [a] primo, quia spoliatus nō
a potest ad iudicium cum effectu vocari, obstante spoliationis exceptione; nisi plene prius restituatur, vt in ca. nullus. 2. q. 2. & 3. quæst. j. capi. 2. Secundo facit dictum Inn. in cap. 2. de ordi. cogni. vbi dicit, quod contra petentem, seu implorantem iudicis officium contra tertium obstat spoliationis exceptio. Tertio facit, ꝙ sicut excommunicationis exceptio obstat petenti executionem sententiæ, vt in c. pia, de exce. lib. 6. ita debet obstare exceptio spoliationis, cum hæc exceptio sit multū fauorabilis,
10 vt in c. fi. de ord. cog. † Quarto, adduco theoricam Io. de Lig. in clem. j. de re iud. in illa q. an exceptio nullitatis obstet petenti executionem: & concludit, ꝙ aut incontinenti potest probari, & differtur executio, ad hoc l. iudicati, C. fi ex fal. instrum. Aut non potest incontinenti probari; sed exigit longiorem tractatum ad suam liquidationem, quam exigat summaria cognitio executionis; & tunc non obstat, ad hoc quod in simili habetur in l. fi. C. de ord. cog. sed hodie est prouisum, vt intra breue tempus. s. intra quindecim dies debeat probari spoliationis exceptio, vt in c. frequens, de restitutio. spoliato. lib. 6. ergo fortius debet in casu nostro in odium spoliationis: & in fauorem spoliati admitti hæc exce. arg. cle. j. de causa possess. & propr.

ADDITIO.

a Moueor. Et idem tenet Inno. hoc intelligens verum, quando spoliatio interuenit post sententiam: quia secus, si ante, cum sit exceptio dilatoria, vnde imputatur spoliato, si eam non opposuit ante litem contest. & idem etiam tenet hic do. Phi. de Peru.

SVMMARIVM.

1 *Terminus datus ad prosequendam appellationem, quæ per iudicem fuit admissa, vel a parte recepta; obtinet vim peremptorij; adeo, vt etiam in appellatum, vel appellantem absentem procedatur, ac si esset peremptorie citatus, & nu. 6. & 9.*
2 *Contumacia procuratoris ante litem contestatam nocet domino: quia ipse debet reficere expensas: post litem vero contestatam nocet ipsi. Procurator debet citari post litem contestatam, & non dominus.*
3 *Positionibus iuris scripti non est respondendum: secus iuris non scripti, vt est consuetudo.*
4 *Contumax vel in citatione hominis, vel in citatione iuris, potest se excusare ex aliqua legitima causa.*
5 *Lis, istud nomen, quando ponitur in aliqua dispositione, potest verificari non solum in contentione iudiciali, sed etiam extraiudiciali.*
7 *Citari debet pars etiam, vbi vertitur quæstio iuris.*
8 *Facilis probatio dicitur illa, quæ fit per instrumentum, vel testes præsentes, vel confessionem partis.*
9 *Appellans debet citari coram iudice, ad quem, si appellatio non fuit admissa à iudice, à quo, vel approbata à parte: aliis secus, & nume. 1. & 6. intellige, quod non debet citari quando fuit approbata à parte; secus si fuit admissa a iudice, & nu. 12.*
10 *Appellatio si est deserta, tam per appellatum, quam per appellantem, iudex ad quem, non potest amplius se impedire: secus, si per appellantem tantum, appellato volente prosequi.*
*Renunciari non potest, quin sententia transeat in rem iudicatam.*
11 *Appellatus si impetrauit literas in termino, & velit appellationē prosequi, potest etiam appellans dicere, ego volo prosequi; nisi appellatus velit renunciare illis literis. & appellationem non prosequi.*
13 *Terminus datus à iudice ad appellationem prosequendam habet vim peremptorij neutro prosequente appellationem; quia ea deserta, potuit iudex procedere, etiam sine citatione.*
14 *Appellatio si præcessit sententiam, etiam excommunicationis; si postea deseratur, non confirmat ipsam sententiam. secus, si appellatio sequatur sententiam.*
15 *Sententia censuræ per appellationem non suspenditur; sed sententia depositionis.*
16 *Appelllatio suspendit sententiam suspicionis, quando est lata in pœnā alicuius.*
17 *Iudex tenetur in syndicatu de imperitia; etiam si pars appellauerit: & deseruerit.*
18 *Terminus hominis succedit loco termini iuris; non autem computatur in termino iuris.*
19 *Iudex appellationis, an pronunciabit super expensis, & quando.*
20 *Appellatio si malitiose non admittatur, vel approbetur a iudice; vel parte, nihilo minus habet vigorem suum; tamen oportet quod appellatus citetur.*
21 *Terminus anni datus à iure ad prosequendam appellationem, non est peremptorius; licet appellatio approbetur à parte.*
22 *Iudex à quo, præfigendo terminum ad appellationem prosequendam, non censetur per hoc deferre appellationi.*
23 *Iudex appellationis potest condemnare in expensis factis, non solum in secundo iudicio, sed in primo, item potest reuocare condemnationē expensarū factā à primo iudice; & addere, & detrahere sententi ꝙ primā.*
24 *Iudex potest ex suo officio condemnare partem in expensis factis non plus post, sed etiam ante litem contestatam.*
25 *Condemnatio expensarum etiam respectu unius articuli, potest reseruari in fine causæ, & nu. 26.*
*A condemnatione expensarum, non potest appellari, quando pars nō appellauit ab illa pronunciatione, super qua, vel ob quam fit talis condemnatio expensarum; nisi iudex excederet modum in taxando.*
*Condemnatio expensarum, post diffinitiuam non potest fieri; nisi per totam illam diem; sed post interlocutoriam potest reseruari usque ad finem causæ.*

CAP. XLIIII.

1 **Sæpe contingit.** † Si appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte, terminus ad eam prosequendam præfixus, obtinet vicem peremptorij, vt in absentem procedatur, ac si peremptorie fuisset citatus; nec talis terminus præueniri potest ab aliqua partium hoc dicit. Diuiditur. Primo ponit constitutionis causam. Secundo statuit, ibi: Præsenti, in qua sex facit. Primo statuit, vt appellatione recepta, terminus habeat vicem peremptorij. Secundo ibi: Quod si forsitan: quid si interposita prouocatio nō fuerit recepta. Tertio, ibi: Saluis: saluat quæstiones disponentes super desertione appellationis. Quarto ibi: Quicquid, declarat primum dictum huius constitutionis. Quinto, ibi. Si quis, punit præuenientem terminum. Sexto ibi: Hoc autem, constitutionem determinat. Casus literalis. Aliqui appellant ad sedem apostolicam: sed propter defectum alterius partis non prosequentes appellationem interpositam, nec per se, ne per aliū; vel forte ex malitia procuratorum mandatum occultantis, lites quæ de facili possunt terminari, remaneant indecisæ. quia si iit quæstio iuris, illa posset citius expediri, cum probationes ibi non sunt necessariæ. & si esset quæstio facti, de leui posset partibus præsentibus comprobari. vnde licet super hoc olim statutum fuerit in Lateranensi Concilio, vt in quocunque negotio quis appellauerit; & ille qui appellatus fuit, venit, appellante minime comparente; appellans debet appellato condemnari in expensis: sed quia propter hoc lites nihilo minus prorogabantur, statuit Innocent. 3. vt si huiusmodi appellatio, vel a iudice recepta, vel a parte fuerit approbata, iudex terminum statuat appellanti; ita ut si intra terminum appellationem non fuerit prosecutus, eo lapso peremptorij edicti vires obtineat terminus assignatus; vt ex tunc in absentem perinde procedat, ac si peremptorie vocatus fuisset ad iudicium, quòd si appellatio interposita malitiose, recepta vel approbata non fuerit, nihilo minus vigorem suum obtineat; cum appareuerit legitime prouocatum, saluis constitutionibus promulgatis de appellationibus post sententiam: quia tunc illis non prosequentibus appellationes suas, post terminum appellationi prosequendæ præfixum, rata manet sententia, quæ fuit appellatione suspensa, verumtamen quicquid possit proponi contra appellationem peremptoriam ab absente ad sui defensionem; & illud idem proponi possit aduersus huiusmodi appellationem. In fine dicit si quis præuenerit terminum appellationis, & veritate tacita literas impetrauerit, careat impetratis, & in ex-
2 pensis parti alteri condemnabitur. Bernardus. † Not. primo ibi. Ex malitia respōsalis &c. quia si citatur dominus, & ipse mittit procuratorem, qui non comparat, seu occultat mandatum, condemnabitur dominus in expensis, tanquam contumax: secus dic, si procurator fuisset contumax post litem contestationem; quia tunc ipse condemnabitur, vt in l. vltima, ff. si quis ius dicent. non obtemp. §. procurator, & hoc intellige, si fuit citatus procurator, qui fuit litem contestatus: secus, si fuit citatus dominus; quia tunc nemo erit condemnandus, quia debuit citari procurator, qui fuerit in iudicio, de quo vide quod nota. Bartol. in l. j. C. de senent. & interlocuto-
a omn. iudi. & in l. mutari, in fin. ff. de procu. & de hac materia, dic, ut plene nota in capitu. j. vt lite non contesta. & prædicta voluit Innocen. hic. Secundo not. quòd si appellatio recipitur a iudice, vel approbetur a parte; tunc causa appellationis
b est in curia; vnde non [b] sufficit tunc mittere procuratorem ad impe-

ADDITIONES.

a ¶ Materia. Et vide omnino Bal. in auth. hodie, in 2. col. C. eo.
b ¶ Vnde non. Quid sit effectus, quod causa dicatur esse in curia, vide hic D. Ant. in 13. col. ver. effectus autem, & in c. veniens, in pen. col. de renun.



a impetrādū [a] literas, sed oportet quod sit procurator ad totam cām appōnis pertractādā. Tertio not. qđ nō delatio iudicis, vel reprobatio partis nō impedit vires appellationis; sed tūc causa nō dēr in curia. & ita intellige ver. Quod si forsitan, & de hoc
3 j. plenius. † Itē not. qđ quæstio iuris nō indiget probatione; &
b per hoc inferē, qđ positioni iuris [b] non est rndendū; quia quod
c non est probabile, nō est punibile, de quo vide gloss. in c. fin. de confess. lib. 6. per gloss. & Docto. in l. 2. de iura. cal. Hoc tñ intelligē qñ ius est scriptum, vel esset ꝓsuetudo, de quō dicendum, vt plene no. Bar. in d. l. 2. & de materia ī Spec. in tit. depositi. §. postremo, ver. 2. Itē not. verbic. Saluis, qđ licet possit procedi ꝺ appellātē nō comparentē in termino; nihilominus si appellatus nō vult ꝓsequi, appellatio est deserta, & declara, vt j. latius dice
4 tur. † Not. in ver. Quicquid, quod id, qđ allegari pōt ad excusandū ꝓtumaciā respectu citationis hominis, allegari pōt respectu citationis iuris. No. in ver. Si quis, ꝙ terminus ꝓfixus a iudice a quo, ad appōnem ꝓsequēdā, impedit ēt appellātē; vt ante lapsum terminū ꝓsequi non possit. Vltimo not. ꝙ ista constitutio hēt locum tam in appellationibus iudicialibus, quā extraiudicialibus: & expone ſram in fin. ibi: In litibus, id est ī appellatio-
5 nibus interpositis extra iudiciū, & ibi; Iudicis, id est appellationibus interpositis in iudicio. Ex quo inferē, † quod verbū litis ve ificatur ēt in contēstione extraiudiciali, probatur in c. forus, j. de verb. sig. Et hæc not. propter statuta facientia mentionem de litigantibus, seu de litibus. In glos. prima, in fi. idem dicit Inn. in appellato: & dic quod ideo forte glo. exposuit, de appella. qa hæc ꝓstitutio in prime. refert se ad c. reprehensibilis. s. cod. vbi tñ disponitur de appellante, & non comparente. Sed dic, qđ ibi appellans non comparens, puniebatur in expensis; quia ve-
6 xauit appellatum in veniendo; sed appellatus non puniebatur vigore illius constitutionis; nisi prius fuisset citatus. nam appellatio non erat in curia ante istam cōstitutionem. † Hodie autē si appellatio recipitur a iudice, vel approbatur a parte, tunc ꝺ appellatum absentem, ꝓceditur. vñ effectus huius ꝓstitutionis habet locum in vtroq; hoc apertissime voluit gloss. in versic. abſentem, licet gl. in versic. qui appellauerit, aliud dixerit in ap-
7 pellato; & minus bñ, vt ibi dicetur. † In gloss. in versic. iuris qstio, in fin. Ex hac gl. iūcto text. nota, quod etiam vbi est quæstio iu-
d ris, dēt pars citari, c & ratio est, quia forte absenti cōpetit aliqua defensio, tendēs ad offuscationem illius iuris, vel forte allegabit consuetudinem in oppositum, vel quid simile. Vide in simili bonā glo. in c. primo, de officio deleg. lib. 6. & quod dixi in c. cum sit Romana, ſ. cod & credo tex. procedere etiam in alio iudice in feriore. citra Papam; quia licet præsumatur omnia hſe in scrinio pectoris suiſtñ id quod est iuris; non subijcitur probationi ꝓsumptionis, nisi tñ id quod est iuris; non subijcitur probationi facti. sed ideo tex. dicit. Apud nos, & c. quia sepe super intellectu alicuius iuris sunt opin. de quibus inferior potest multū dubitare; vt in c. literas, ſ. de restit. spolia. & in c. capellanus. de fer. Sed
8 hæc omnia cessant in principe, cum de nouo possit legem con dere, & antiqua sunt clarissima apud eum. † In gl. in ver. factio, in fin. no. gl. iūcto tex. pro statutis disponentibus super facili probatione habēda. nam facilis est probatio, quæ fit per instrumēta, vel per testes ꝓsentes, vel per ꝓfessionem partiū: & vide ꝙ
9 not. in cap. cum ad sedem, de restitu. spolia. † In gloss. in ver. aliquis appellauerit, ibi secus est de appellato, & c. Hæc glo. videtur sentire primo, quod dispositio huius cap. non habet locum in appellato; & quod appellatus debet citari, vt sentit ibi, prius citato &c. sed ꝺ rium est verū; quia hęc ꝓstitutio prouidit, tam ꝺ appellantem, quam contra appellatum, vt patet ibi. In absentē perinde procedatur. Et hoc apertissime voluit gloss. in versic. absentem, & hoc idem probatur in ver. Si quis autem, vbi generaliter diponit: sed dictum gl. potest procedere, si appellatio non esset recepta a iudice, nec approbata a parte; tūc enim appellatus non tenetur ire, nisi citetur. In eadē gl. ibi: Et no. ꝙ qui appellat, hęc gl. vſque ad fi. ponit tenorē illius c. j. c. ti. li. 6. Sed ad
uerte; quia illud. c. primum solum requirit ꝓsensum appellati, vt causa sit in curia. Sed tex. hic vī velle, vt sufficiat delatio iudicis. Sed ꝺclude sic, quod quātū ad deuoluendū articulū appōnis sufficit delatio iudicis, vel ꝓbatio partis per istū tex. q loquit alternatiue; sed quo ad hoc, vt appellans teneat deferre omnia munimēta cāę, vt omisso articulo appellationis possit procedi in principali, nō sufficit delatio iudicis; sed requiritur ꝓsensus appellati. Et an requirat consensus appellantis, vt ꝓcedat omisso articulo appellationis: dic vt no. ibi Io. An. post Inn. vbi ꝺclu
10 dit qđ non. De hac materia vide Domin. de Rot. dec. 98. aliās 209. vbi in effectu volunt. qđ præmisi, & allega. Inn. in c. interpo sita, j. cod. In gl. in versi. Obtineat, in fin. † Sed ꝺ tex. fortiter sic opponitur. Si appellans non fuit prosecutus in termino, ergo appellatio fuit deserta, sine sit appellatum a diffinitiua, siue ab interlocutoria, vt in c. personas, & c. cum sit Romana. ſ. cod. ergo iudex ad quem, non potest amplius se impedire, vt in dictis utribus: cuius ꝺrium innuit ista litera. Sol. multa possent dici. breuiter concludendo dic, quod si appellans, & appellatus nō prosequūtur in termino, habēt locum ꝺria; adeo quod si post terminum vellent prosequi appellationem; non minus censebitur sñam trāsiuisse in rem iudicatam: quia partes non possunt huic transitui in rem iudicatam renunciare, vide text. in cle. si appellationem, eod. titul. & ibi gl. 2. Si autem appellans nō prosequeretur ī termino, appellato prosequente; tunc quoad appellantem deserta est appellatio, & appellatus habet facultatem approbandi desertionē, vel petēdi, vt ꝓcedatur in cā appellationis. Vt quia vult petere confirmationē, seu reformationē sñæ, & condemnationem expensarum; & in hoc casu proprie loquitur tex. iste, maxime dum refert se ad c. reprehensibilis, ſ. eo. qđ loquit de appellato prosequente. Et aduerte, quia si est appellatū ab interlocutoria, satis dr appellatus ꝓsequi, si cōparuit in termno; maxime si literas in termino impetrauit, qđ voluit Fed. consilio 140. de hoc dico casum esse hic. Nā hic solū cōparuit appellat⁹ in termino: & nihilominus dr. ꝙ post terminum pōt ꝓcedi ꝺ absentē. Et idē dico si fuit a diffinitiua appellatū, ex quo ꝓparuit in termino hoīs, vt hic, poterit. n. postea finire appōnē ī termino iuris: nō tñ reputo vtile appellato ꝓcedere.

ADDITIONES.

a ¶ Impetrandum. Et intellige hoc in omni cā appellationis, ét si cā sit, non bñficialis: nam causæ beneficiales de sui natura sunt tractandæ in curia, vt in cle. cām. de ele. & in c. 1. eo. tit. de ele. lib. 6. item intellige istum tex. de parte appellata, secundum Inno. hic, quia approbatio partis appellantis, non sufficeret, quia dēt esse in facultate appellantis, quod ea deuoluatur ad curiā, & per quæ verba, seu quando dicatur iudex deferre appellationi, vide hic Imo. & sing. determinationē Bald. in rep. l. edita, C. de eden. in pen. char. in prin. vbi dicit, quod si iudex dicat admitto, vel defero, si & inquantum de iure teneor, & non aliter, quod tunc iudex censetur detulisse, sicut de iure erat deferendum, pro qua determinatione consuluit ēt Ang. consi. 183. inci. in causa accusationis, col. 3. quod no. in alijs vero terminis de virtute prædictæ clausulæ, si & inquantum de iure teneor, vide ꝙ Do. in l. fi. qñ. de leg. 1.
¶ Si iudex admittit nō admittēda, ét adiecta ista clausula, si & i quatū, talis ad missio nihil operat, & hī ꝙ nō fcā, ita Bar. in l. fi. qñ, in fi. prin. & ibi Io. de Imo. ff. de le. 1. & vide Bar. in l. ambitiosa. 1 ver. quæro q. d si in reformatione, ff. de decr. ab or. fac. & in Lille, a quo, in § si de testamento, in verficul. quæro quid operatur, ff. ad Treb. & vide Rom. in consilio 56. & nor. Doct. in cap. constitutus, de app. & vide Bal. in l. generaliter, in §. sed & iuramento, in 1. colum. de re. credi. vbi dicit, quod ista clausula, si & inquantum, facit, quod ea quæ fuerunt admissa, dicantur esse de actis: & habetur in c. præsentium, de testi. & de huiusmodi clausula, vide Bal. in l. 1. in vlt. colum. C. quomodo & quando in. vbi dicit, quod debet exponi de iure, & non de facto.
b ¶ Quæstio iuris. Vide Bar. & Mod. in l. præscriptione, C. si contra ius vel uti. publ. vbi dicit, quod positioni iuris, non est respondendum, quando est ius scriptum; secus si est ius consuetudinarium, de quo vide Laudr. de Orta. in c. quoniam contra fallam, in ver. responſiones, in 2. col. sup. de prob. & Do. Franc. Cur. in trac. positionum. in 13. breuiloquio. Seb. Sap.
c ¶ Positioni iuris. Et quod non debeat fieri positio iuris, tenet gl. in l. non fatetur, ff. de confes. imo plus ibi dicit Bar. circa fi. illius l. quod si fiat positio iuris, contra ius, & aduersarius respondeat confitendo, illa confessio ei non præiudicat. Item adde omnino hic, quod fin. dicit Ang. in d. l. non fatetur, in fin. vbi dicit, quod bene potest fieri positio æquitatis, seu iuris æqui, & hoc dicit esse de mente l. 2. ff. de iu. & fa. ign. & est no. ad deducendum in practica in materia speciali, vel coram arbitratoribus, cum quibus seruatur æquitas, vt fiat positio æquitatis contra rigorem iuris scripti. Et quod non sit respondendum positioni iuris, tenet etiam Ang. in l. 1. in fi. 1. col. C. de confes. idem tenet Domin. 19. dist. in sum. circa fi. & ad hoc allega. gl. in c. 1. in fin. 3. q. 6. de quo vide late in l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. & Oldra. in consi. 253. & per Do. Phil. de Peru. hic in 2. colum. & late hic per Do. Ant. in 2. col. cum seq.
¶ Circa istam materiam positionum, vide per Spec. in tit. de teste, in §. nunc videndum, in versic. sed pone ago. & ibi per Bald. in addit. & per eundem Spec. in tit. de posi. in §. 3. in vers. fiunt quoque, vbi dicit quod possunt fieri tam ab actore, quam a reo: sed prius debent fieri ab actore, nisi iudex ex causa statuat vtrique parti terminum ad ponendum, & probandum, quod etiam voluit Spec. in eo. ti. de posi. in §. 3. vers. hoc quoque, & habetur per Alex. in l. si non fuerit, ff. de iureiur. Ant. Franc.
¶ Et adde, quod positioni iuris regulariter non est respondendum; ita Bald. in l. 2. §. quod obseruari, C. de iur. cal. in 7. col. & not. Bar. in l. non fatetur, in fi. 1. col. ff. de confes. & vide glo. & Bar. in l. 1. in 2. col. ad fi. C. de confess. vbi dixit quod si tali positioni responderetur, responsio non releuaret ponentem, & vide Oldr. in consi. 243. & illud intellige verum, quando positio esset de iure scripto: secus, si esset de iure non scripto, puta de consuetudine, quia tunc tali positioni esset respondendum, ita Bal. in rub. C. quæ sit long. consu. ad fi. & Bar. idem voluit in d. l. non fatetur, de confes. vbi et dixit, qđ positioni iuris municipalis, vel extrauagantis, debet responderi, & debet probari, si negetur, ita Bar. in l. præscriptione, C. si contra ius vel uti. publ. in vlt. col. & in l. de quibus, ff. de legib. & quæ dicatur esse positio iuris, vide Bal. in d. §. quod obseruari, in vlt. col. & in addit. Spec. in tit. de posi. in vers. vbi positio. & vide Pau. de Cast. in l. eum quem tenere, in §. 1. de iudic. & gl. in c. 2. de confes. in 6. & Bal. in l. cum virum, in 1. nota. C. de fideicō. vbi dixit, quod positioni de præsumptione iuris debet responderi, & vide D. de Ro. in decisio. 108. in nouis, vbi dicunt, quod si fiat positio iuris, & illa admittatur, vel super illa recipiantur testes, valet talis testium depositio, quod est no. Vide omnino hic Do. Phil. de Peru. in 4. colum. vbi in casu isto tenet contra gl. & Panor.
d ¶ Pars citari. Contrarium sentit Bal. in l. postquam liti, colum. 3. C. de pact. & in c. cum inter vos, sup. de consue. & l. Imperator, colum. 1. in fi. vers. item posito, ff. de stat. ho. Pet. de Anch. in consi. clxij. incip. visis, columna secunda, Sebast. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dere,& ꝓsequ appłonē, sed melius est approbare desertionē, ne exponat se periculo ℨriæ sñæ, q̄ posset reportare in cā appłonis: & expēsas poteri ꝓsequ corā iudice a quo; vt dixi in c:re-
11 p̄hēsibilis, prius allegato.† Vide no. dictū Spe.e.ti.§. nūc videdū, ver, sed pone, vbi dicit, ꝙ si appellat⁹ impetrauit lr̄as in terio,& appellās postea ꝓarēs, velit appłonē prosequ, p̄or appellatus ℨdicere,& renūciare lr̄is suis: ga quoad appellātē appło fuit deserta: si tn̄ vellet absolutus prosequ audiet et appellās, ar. l. peteridæ, C. de tēp. in int. rest. & eorū, q̄ dixi s. eo. tit. in rub. Si aūt appelās ꝓpareret in terio. & appellatus nō; tūc casus est clarus; poterit. n. appellās petere, vt procedat in cā appłonis ℨ appellatū, ac si peremptorie fuisset citatus, vt hic: sed difficilius est, si iudex ꝓnūciat bñ appellatū, nūquid poterit procedere in principali sine alia citatione? de hoc dicā. ℨ. super gl. in ver. ac si peremptorie, ibi: Vt si lis nō est ꝓtestata, &c. Aduerte quia (vt dicit Io. An. & bñ) quoad decidēdū articulū appłonis, non est necesse ꝓsiderare, an sit lis ꝓt. vel nō: ga sine noua ꝓtestatione, p̄ot decidi articulus appel. sine sit appellatū ab interlocutoria, vt in c. interposita, ℨ. e. c. p tuas: sed ꝓside ratio gl. habet locū in ꝓcessu super negotio principali, vt si iudex prius ꝓnūciauit bñ appellatū & postmodū ℨ absentē procederet, ꝓut dr̄ in prin. gl. Sed dicit Io. An. & credo ꝙ bene, no uā citationē requiri ad hoc, vt possit ꝓcedi sup prin. nisi in casu c. j. de ele. lib. 6. & c. cordi, e. ti. & li. & tota uis qōnis depēdet ab intellectu illorū verborū, ibi: Ac si peremptorie vocatus, &c. Nā si p̄fixio termini hēt vim peremptorij quoad articulū appłonis, & cām principalē, tūc bñ diceret gl. Sed certe de mēte literæ nō est, nisi citare respectu articuli appłonis; cū tn̄ hic loquatur de articulo appłonis. Hoc vī ēt probari in d. c. cordi, arguēdo per locū a spāli. An aūt in casu illius c. requiraf citatio sup
16 principali. Io. An. sentit hic ꝙ nō; sed dic, vt plene no. per D. de Ro. dec. 119. & ut no. in d. c. cordi, q̄d hic omitto, ga esset legere illud c. In ea. gl. ibi. Iudex p̄ot facere gratiā, &c. No. bñ ista gl. pro litatione notabili ad c. ꝓsuluit; de of. dele. ꝙ iudex possit facere gratiā ꝓtumaci; & expectare in sequētē die; nisi ius sit acqsitū parti puta qa per nō ꝓparationē in terio deserta est appło, q̄d bñ notabis. In gl. in verbo. Saluis in fi. p̄odera bñ hāc gl. nā vī velle ponere dr̄iam respectu desertionis, inter appłonē interposita a diffinitiua, & ab interlocutoria: sed nō ista do in verbis, dic nullā in hoc esse dr̄iā. Nā, si neuter prsequir appłonē in termino hominis, vbi p̄fixus est, vel in terio iuris, vbi terius hoīs nō fuit p̄fixus, quælibet appło est deserta, vt ꝓbat in c. p̄sonas, & c. cū sit. Rom. s. eo. sed altero in termino prosequēte non est deserta appło, ēt post terminū, vt s. dixi, sed forte gloss. sentit, ꝙ hęc ꝓstō nō hēt locū in appłone interposita diffinitiua. D. Ant. dicit, q̄d nō videt cām restringēdi. cū tex. loquaf indistincte, &
12 no. bñ hoc dictū D. An. † Sed vide Spe. eo. tit. §. qualiter, ver. porro, vbi latius attingit hūc articulū. Et vī tandē ꝑcludere, ꝙ dela tio iudicis nihil operaf in app. diffinitiua; ga nō p̄ot iudex non differre, per c. non solū, eo. tit. li. 6. sed si appellatio approbatur, a parte; tūc sentit, ꝙ p̄fixio termini hēt vim peremptorij: & hoc dictū est valde no. & æquū. Sed difficultas est, quare hic Papa tn̄ saluauit ꝓstitutiones loquētes de appłonib. interpositis a diffinitiua; cū eadē sit ratio in appłonib. interpositis ab interlocutoria, vt inducatur desertio ex nō prosecutione? Credo ꝙ ver. Saluis, ꝓprie habuit respectū ad processum, qui omnino est futurus super principali: sed in appel. a diffinitiua, nō est necesse, vt
13 procedaf ad vlteriora, si appellatus vult ꝓtentari desertione appellationis.† Nunquid aūt iste terminus habet vicē peremptorij respectu iudicis a quo, neutro prosequēte appellationē. Gl. fin. in c. personas, supra eo. tit. sentit, ꝙ sic; & etiam Hostien. sed non puto hoc esse de mente literæ, per principium huius cap. vbi fit prouisio respectu iudicis, ad quem: fateor tamen ꝙ iudex, a quo, poterit procedere appellatione deserta, etiam sine noua citatione, non per hoc c. sed per alia iura, ut in c. directæ, & quod ibi dixi. sup. eo. & per id quod leg. & no. in c. cum qui. de dolo & contuma. lib. 6. dixi plene in c. cum causa, de re iudi.
14 vbi vide.† In gl. in ver. sñæ, ibi: Sed hoc non est verum in sententia excommunica. & c. dicit Io. And. hoc procedere, quando appellatio sequitur sententiam, tunc enim bene est diuersitas inter sententiam excommunicationis, & alias sententias, ga effectus aliarum sententiarum bene suspenditur per appellationem, ut in l. furti, ff. de his qui nota. infa. hic alle. & hic in tex. nostro, sed effectus excommunicationis non suspenditur, vt c. pastoralis, ℨ. eo. sed vbi appellatio præcessit sententiam, non est differentia inter excommunicationem, & alias sententias: quali vellit dicere; ꝙ sñia, quæ sequitur appellationem legitimam, non conualescit per desertionem appellationis, vide tex. no. in c. li-
a cet,[a] de senten. excommu. lib. 6. & quamuis ille tex. loquatur in excommunicatione, idem tamen est in alijs sententijs, ut habes in gl. ord. quam semper tenebis menti. Probatur ratione: si appellatio fuit legitima, habuit suspendere iurisdictionem iudicis, vt in c. si a iudice, eo. tit. lib. 6. adeo, ꝙ appellās dr̄ facere se exemptū, quoad illā cām a iurisdōne iudicis, a quo, vt dicit tex. no. in c. directæ, ℨ. eo. et sñia, vel alius actus sequēs appłonē lis. mā est nullus, ad hoc c. nō solū, eo. tit. li. 6. ergo per desertionē appłonis nō ꝓualescit, vt reg. nō firmaf de reg. iur. lib. 6. Pōt ergo deserens appłonē allegare nullitatē actus, ad cuius probationē poterit doceri de pēdētia appłonis. Et idē dicēdū, si appellās renūciet appłoni suæ, vt actus gestus pēdēre appłone lītis non fit nullus. Idē volūt Do. de Rot. dec. 126. & vide Arch. 8. q. 4. in summa, vbi aūt appło sequīr sñam; merito per desertionē tractū retro effectus sñæ; qa sñia a prin. fuit valida; & tn̄ eius effectus fuit suspēsus per appłonē, deserta ergo appłone, ga cessauit cā suspēdens, remanet sñia in priori statu. In ea. glo. ibi: Sed pone, aliquē epm̄ depositū &c. No. istā gl. vsq; ad finē; & idē in effectu tenet gl. 8. q. 4. in summa, & cōiter approbatur a Doct.
15 † Ex qb. gl. no. primo, q̄ sñia dispositionis suspendīr per appłonē sequentē. Et aduerte licet nemo pōderet, nā videref dicēdū ℨriū, cū depositio ab ordine ꝓtineat in se suspensionē: ga depositio est perpetua remotio ab altaris ministerio; suspēsio ad tps, vt in c. at si clerici, de iud. sed suspēsionis sñia nō suspēditur per appłonē sequentē, vt in c. is cui, de sen. exc. li. 6. ergo fortius idē dicendū in sñia depositionis. Sed saluādo istas gl. possumus dicere, ꝙ speciale est in trib. sñijs censuræ, vt nō suspendant per appłonē sequentē, vt in c. is cui, præal. facit c. ℨrenti, de ver. sig. hoc iō ga sñiæ cēsuræ sunt medicinales, & veniūt principaliter ad corrigēdū aliquē, vt in c. j. de sen. exc. li. 6. vñ ne ꝓtextu friuolæ appłonis impediref correctio, fuit inducta illa specialitas in eis sed sñia depōnis nō est sñia censuræ, vt patet in d. c. q̄rēti, nā ibi imponit in pēnā maximā, vt in c. tuæ, de pe. vñ cū sit res gauisa mi p̄iudicij; & cesset ratio p̄al. debet suspēdi per appłonē, sicut
17 cæteræ sñiæ.† Ex quo posset attentari vnū nouū dictū, ꝙ si fiat pensio infligitur alicui in pēnā, q̄d fieri p̄ot, iuxta no. per Inn. in c. j. de excess. præl. in c. ad hæc qm. s. eo. dixi in c. reprehensibilis, s. eo. quod tunc talis sñia suspensionis, suspendatur per appellationem sequentem, non enim potest tunc dici medicina. Vt de simile: qm̄ iura communiter disponunt, vt suspensio ab officio non fiat sine monitione precedente, vt in c. j. de sen. exc. li. 6. & in præl. c. reprehensibilis; & tamen vbi infligitur in pēnam non est necessaria monitio, vt no. Inn. in locis præal. & sic posset litari dictum c. is cui. Secundo, principaliter no. bonam limitationem ad l. furti, ff. de his qui no. infa. quod licet appellationem non prosequens retro efficiatur infamis, si sñia infamans
17 bat; actus tn̄ gesti medio tpe ratione publici officij, non re-
b tractantur, facit l. Barbarius Phil. cū materia sua, ff. de of. prætō.
c † Extra b gl. quæro, nunquid non prosequens appellationem a possit

ADDITIONES.

a ¶ Licet. No. ad ampliationem c. licet, de sen. excom. quod non solum sententiæ censuræ; sed etiam alia iudicialis lata post appellationem est nulla; ideo non ratificatur, licet appellatio sit deserta, & idem dicit D. Ant. hic, & in c. cum venissent, in 6. col. de eo, qui mit. in pos. & vide Bal. in c. cum olim, in 1. col. de dolo & contuma. vbi dicit, quod post lapsa fatalia appellandi, non potest quis prosequi nullitatem attentatorum, & alle. Arch. viij. q. 3. c. quod autem, quem etiam alleg. & hic iste. Do. de Rot. deci. 357. in ordine meo tertiussimo.

b ¶ Extra. Vide alle. per Alex. in l. illis. § fi. ff. de dam. in fec. & per. And. Sic. in c. pastoralis. § quia verbo. sup. de off. dele. & in cons. 12. in quarto, vol. vbi plura. Seb. Sap.

c ¶ Appellationem. Deserens appellationem, nihilo minus pōt agere contra dicem, ut puniatur, quia fecit litem suam, vel quia detulit appellationi. Tu esset si non appellasset, ēt si sñia transisset in rem iud. quia poterit agere contra iudicem, ℨm gl. quam sic ibi intelligunt Doc. in c. pastoralis, § quia verbo in fi. gl. mag. de off. dele. & adde q̄ de ista doctrina Io. And. meminit Pan. de Anch. in c. 1. in fi. de re iudi. in 6. & idem quod hic dicit, tenet Bal. in l. fi. C. de re iud. in ver. quæro si ferunt, & alle gl. in d. cap. pastoralis. & idem dicit Inn. in c. facro, in gl. sua, quæ est super ver. revoca. de sent. excommunicat. & vide Bar. in disputa. sua. inci. a sñia iudicis, qui per imperitiam iudicantis & aliud q̄ ēt q̄n sñia transiuit in rem iudic. ita q̄ non pōt appellari, tñ ille contra quem est lata, poterit petere restitutionem in inte. ex clausula generali qua mihi &c. illud fuit dictū Host. quem sequuntur ibi cōiter Doc. excepto D. Ab. in c. significantibus, de pur. vul. & adde quod hoc dicit, & tenet Ang. in l. 4. § in eum, ff. de dam. infe. & alleg. Inn. in c. sæpe. & idem Bar. in sua disputa. quæ incipit a sñia iudicis qui per imperitiam iudicauit & Bald. in l. seruare, § præfici, in 28. q. ff. de off. procon. & Bald. in c. j. de pace iura. & sequitur Ro. prædictas omnes quotas, allegando in d. l. 4. § in eum, in verb. quod licet pars non appellauerit a sñia iudicis, ita dicit Bal. in l. item si res in fi. prin. ff. de app. & in l. fi. in prin. ff. quod quisque iu. & Ang. in l. filiusfa. § de iudi. & Imo. in c. fi. de empt. & vend. & Bal. & Ang. in d. l. in prin. ff. quod quisque iur. Item de qōne hic posita per D. Ant. vide per Bal. in c. fi. in verb. scias tñ, tit. quo temp. mil. inuest. pe. de quo vide ēt per Ang. in consil. suo 186. quod incipit, nunc videndum; & ad prædicta bene facit quod not. Bar. post gl. in l. j. ver. quæro an imputetur, ff. quod quisque iu. vbi dicit q̄ licet pars non appellauerit a sñia, in qua iudex statuit ius iniquum, per hoc nō cessat, quin iudex teneatur hoc eodem iure iniquo, vti contra se. Item adde, quod quando dicit dispositio, q̄d omnino debeat stari sñiæ alicuius, siue sit æqua siue iniqua, tñ si iudex inique per dolum pronunciat, contra eum pōt agi de dolo, & ad hoc est tex. cum gl. sua in l. fi pp iudicii. § planes. ff. si men. fal. mo. di. & vide ad idem Bal. in l. cum duobus, § fi. ff. pro socio.



possit agere ℨ iudicē, ꝙ inique, siue p imperitiā condēnauit eū, vī quod non; quia non prosequēdo renunciauit appellationi, & per ꝓsis videtur purgasse omne vitium sñæ; & renūciasse appellationi, cū accessorijs, arg. c. solicitudinē, ℨ. eo. ℨrium tenēt hic cōiter Doc. quia ex quo hēbat iste duas vias, vnam p appło nē, aliam agēdi ℨ iudicem, Inst. de obl. quæ qua. ex delic. nasc. in prin. renunciando vni, nō vī renūciasse alteri. allegant l. ℨ maiores. C. de inof. test. vide bo. tex. in simili. in c. ex tuarum, de autho. & vsu pall, & l. si domus. ff. de ser. vr. præd. vide Inn. & Ioan. An. in c. sacro, de sen. excom. vbi idē volunt, q̄d si fuit appellatū bis, nō licuit tertio appellare, vt no. gl. in c. pasto, § quia vero, s. de off. dele. Ista. n. est alia via agēdi, iō non ob. exceptio l. cū q̄rit. ff. de exc. rei iud. Idē dicit Bart. in l. j. de app. & in l. fin. ff. de var. & extraor. cog. vbi ēt tractat, q̄d de arbitratore, cōsiliario, & in similib. & de his vltimis vide q̄d dixi in c. iudicante, de pser. & in Spe. de requisi. ℨ filij, § j. ver. consiliarij, &c. dicit Io. An. hic, si vult agere ad pēnam, quia iudex nō detulit appellationi legitimæ iuxta no. in c. de priore, s. eo. nam potest agere, nō obstāte desertione appłonis.† In gl. in ver. careat, in fi. Io. An. & cōiter Doc. sequentes. reprobant gl. dicētes & bñ, istum terminum hoīs cōputandum in termino anni qui indulgetur a iure. Nā terminus hoīs succedit loco termini iuris. Hinc est, q̄d lapso hoīs termino, deserta est appło; nec expectat lapsus termini iuris, vt in ca. personas, s. eo. Sed aduerte, quia, ℨ hanc gl. puto esse casū expssum, in c. cū sit Romana, s. e. vbi dicit tex. q̄d iudex ex eā potest abbreuiare terminū iuris; ergo ꝓputat in anno alias nō esset abbreuiatio, sed elongatio. Item quia terminus p̄signat in odiū appellatoris, vt in c. puenit, s. eo. Sed si compararet in anno, cedet sibi ad ꝓmodū, ℨ c. & si necesse. ℨ. de dot. post diuor. rest.† In gl. pen. ibi; Punit in expēsis, vide Fed. consi. 156. vbi dicit q̄d pœna ꝓtumaciæ in hoc est duplex: nā procederet ℨ absentē, vt in ver. pūti; & ēt condēnabitur in expēsis tanq̄ ꝓtumax. Aduerte ex hoc, q̄d sentæ, q̄ vbicunq; pōt procedi ℨ absentē contumaciter, quia condēnatio expensarū fit rōne interesse partis, l. sā cimus, C. de iu. sed nullū interesse pōt pars ptēdere, si procedat ℨ absentē. ergo nō dēt hīc locū condēnatio expsarū; sed potest fieri eōdēnatio expēsarū in fi. cāæ, quia victus victori, &c. Vide pro hac mā gl. no. in c. j. de ele. lib. 6. in fi. & p Io. And. in nouel. dicā plene in c. fi. de dol. & ꝓtu. ideo reuertēdo ad tex. nr̄m dicerē, q̄d si pōs facit procedi in cā ℨ absentem, non hēbit locū condemnatio expēsarū, nisi in fi. cāę, si obtinebit i cā appłonis.
20 † Extra gl. q̄ritur pro declaratione tex. quid intendit ifra, in ver. Q̄d si, vbi dī, q̄d si prouocatio malitiose non sit recepta vel reprobata, nihilo minus dēt hīc vigorē. Sed q̄dā intelligūt, q̄d hēt vigorē añ, si fuisset recepta, vel approbata; ne malitia iudicis, vt parris, noceat appellāti. Sed hæc opi. cōiter nō tenet; cōis intellectus, & ēt verus est, q̄d si appło recipit a iudice, vel approbat a parte, p̄fixio termini hēt vicē peremptorij, vt in ver. præsenti. Si vero malitiose nō recipit a iudice, vel parte, hēbit nihilo minus vigorē quoad retractationē attentatorum; qm̄ appło ltima suspēditur iurisdictionē iudicis, retractabit ergo q̄cq̄d gesserit post appłonē, si receperit, vel nō, vt in c. nō solū, eo. tit. lib. 6. Sed nō hēt
21 vigorē, vt termin; p̄fixio hēat vicē peremptorij; vñ nō tenet appellatus ꝓparere nisi citet, p hoc c. p tuas, ℨ. eo.† Secundo q̄rī, nunquid si terminus ab hoīe nō fuit p̄fixus, hēat locum iste tex. in termino iuris; vt sic terminus anni hēat peremptorii, q̄d q̄d nō. Ho. stien. tenet istū tex. procedere indistincte, cū indistincte loquaf. Io. An. sequīr primā opi. Mouef, qa terminus hoīs, p̄signat ad appłonē inchoandā; meritō hēt vicē peremptorij, vt ꝓcedat in cā. terminus iuris. s. anni p̄signat ad appłonem ꝓsequēdā, & finiēdā, vt in cle. ficut, eo. ti. iō nō p̄ot hre vicē peremptorij; quasi sentiāt, quod post lapsū illius termini iuris, nō est locus prosecutionis, cū rata maneat sñia. D. Ant. dicit q̄d p̄ot hre locū in termino iuris, in casib. in quib. p̄ot procedi post terminū iuris; & obscure loqr. sed vult dicere, q̄d si altera pars ꝓparuit i termino iuris; qua tunc p̄ot ꝓsequi post terminū, hēbit ille terminus vicē peremptorii. Sed nō credo hoc procedere, qa iste tex. vult, q̄d ꝓcedat post terminū; ergo sequeref. q̄ appellans, vel appellatus posset differre cām vsq; ad vltimum diē anni, q̄d est falsum, nā si est appellās, dēt prosequi tali tpe, q̄d possit finire intra annū vt in d. auth. ei qui, si aūt est appellatus, oportet, q̄d cōpareat saltē p mēsem ante finē anni, vt in d. auth. ei qui. & 2. q. 6. c. ei qui. s. appellator; ergo iste tex. nō hēt locū in termino iuris. Ad idē adduco tex. hic expssū in verſ. Si qs aūt. vbi dr̄ q̄d neutra partiū p̄ ꝓuenire istū termin: ergo loqr de termino hoīs:
22 d. auth. ei qui. † An iudex p̄signēdo terminum ad appłonē prosequendam, videatur appellationi deferre, vt sic præfixio talis, habeat vicē peremptorij, prout hic dr̄; vt sic nō exigatur alia recatio, & termini p̄fixio, ponunī vt diuersa. Ad idē bñ facit iste tex. ibi de vtroque sit mentio principaliter, & sic sola p̄fixio termini, non operatur dilationem; & hoc tenet gl. or. in c. cū appłonibus, ℨ. eo. tit. lib. 6. vbi etiam per Doc. & arg. 2. q. 7. c. ei qui. §.
23 appellatore, & Do. de Rot. deci. 96. alias. 219.† Tertio hic q̄ritur de quibus expensis, p̄ot iudex ad quem, condemnationem facere. vide plene hic per Inn. Conclusio sua est hæc, ꝙ nedum potest condemnare in expēsis factis post appłonem, sed etiam in expensis factis post sñiam, & etiam ante sñiam, in causa principali, ratio, quia iudex ad quem, succedit loco iudicis, a quo: ergo sicut potest addere, & detrahere primæ sñiæ, vt in c. Raynu. & c. Raynal. de testa. eodem modo potest condemnare in omnibus expensis; si iudex a quo, minus bñ prætermisit. Itē, si p̄ot reuocare condemnationem expēsarum factam per iudicem a quo; ita & supplere, vbi ille minus bñ prætermisit. Et no. bñ hoc dictū in alio, vt officium iudicis ad quem, non vertatur simpliciter in pronunciādo male vel bene appellatū. sed p̄ot distinguere & reformare sñiam in aliquibus addendo, vel minuendo, vi-
24 de quod dixi super rubrica.† Vltimo, quærit Inn. vtrum iudex [a]
a ex officio suo possit ēt in expensis factis ante lit. cōt. p̄dēnare. & concludit quod sic. vnde, quemadmodum potest ex officio suo mulctare partem ante lit. conte. l. vna, ff. si quis ius dicen. nō obtem. eodem modo potest ex officio condemnare in expensis factis ante lit. conte. licet non fuerint petitæ per partē. & no-
b tabis semper hoc dictum. nam gl.[b] tenuit cōtrarium in c. fin. de do. & contu. dicendo ꝙ expensę factę ante lit. cont. veniunt iure
c re [c] actionis; & non officio iudicis; quia ea quæ fiunt ante litem contesta. non pertinent ad officium iudicis. ideo concludit, quod si nominatim petantur in libello, non potest iudex condemnationem facere, per l. ædiles, § item sciēdum, ff. de ædi. edi.
d Sed tenet primum dictum Inno.[d] quia ea, quæ fiunt post lit. cō testa. permaxime pertinent ad officium iudicis. Ita intellige. §. item sciendum. non tamen sequitur, quin & ea quæ ante fiunt, pertinent ad officium iudicis. nā (vt s. dixi) ex officio suo mulctat contumacem; & mulcta inducitur ex mero officio iudicis, vt not. Barto. l. 2. ff. li quis in ius vocat. non ierit. & multa alia ex-
25 plicant ex officio ante litem contestat.† Vltimo quæritur, pone quod iudex pronunciauerit super aliqua exceptione; & non condemnauit partem in expensis; nunquid possit post-
e modum vsque ad finem condemnare in illis expensis; Innoc. [e]
dicit

ADDITIONES.

a ¶ Vtrum iudex. Vide Abb. & Pet. de Anc. in c. finem litibus, s. de dol. & contu: Bal. post Bar. in l. fi. C. quando prouoc. non est necef. Seb. Sap.

b ¶ Nam gl. Cum qua tenet D. Ant. ibi, & Bar. in l. 4. § hoc autem iudicium, in versi. quomodo. ff. de dam. infec. Spec. in titu. de offi. ind. § deserit. in versi. post litem, cum versi. seq. & late defendit D. Alex. Imo. in l. properandum, § fin autem alterutra, C. de iud.

c ¶ Veniunt iure. Quo iure petantur expensæ, vide hic Dom. Ant. versf. fi. & in c. ex parte. in fi. versi. no. quod in causa, de refcrip. & vide Inn. in c. calumnia, in fin. de pe. vbi dicit, quod expensæ petuntur actione in factum, Et quo iure petuntur expensæ contra calumniosum accusatorem, vide per Saly. c. in l. qui crimen. versi. nunc aliqua. C. qui accusa. Et quod expensæ non possunt peti iure actionis, videtur firmare Do. Ant. in capitulo vnico, de plus peti.

¶ Quo iure petantur expensæ, & qua actione. Dicas, quod quandoque petuntur condictione ex l. eum quem temere, ff. de iudi. vel condictio ex l. non ignorat. C. de fru. & lit. expen. quandoque actione in factum, descendente ex edic. prætoris, ff. de bono. authori. in dic. possid. vel de eo qui mitur. in possess. causa rei seruā. quandoque etiam officio iudicis, de quo vide Specu. in titu. de dolo in § fin. in versi. verum, & in titu. de offic. iudic. in § 7. circa finem.

¶ Et adde, quòd quando per statutum, victus victori condemnaretur in expēsis, posset etiam peti, condictione ex statuto, vt per Bar. in l. non solum, ff. de rei ven. Ant. Fran.

d ¶ Imo. Idem tenet Sal. in l. properandum, § fin autem alterutra, C. de iud. qui dicit esse tex. valde peregrinum in Auth. de execu. in princ. vbi dat legitimū modum iudici prouidendi circa expensas, quæ ante lit. conte. processerunt; tamen tu aduerte quod in illo tex. non potest fieri fundamentum; quia ille tex. ibi in specie non declarat, quod iudex procedat, si expensæ petitæ non fuerintfam opi. tenet etiam Cyn. in l. fancimus, in 8. q. & ibidem Bal. per illum tex. C. de iudi. & late Imo. in l. fi. in pen. col. ff. de re iudi. Io. And. & Imo. in c. auditis, de procu. nunquid autem iudex qui potest ex officio condemnare in expensis non petitis, si non condemnet, teneatur parti, dic quòd non, ita tenent Cyn. & Bar. in d. l. properandum. § finautem alterutra, C. de iud. quia dato, quòd possit, tamen non tenetur imparti officium, si non petatur, p reg. l. 4. § hoc autem, ff. de dam. infec. & ideo cautela est, quòd petatur & secundum formam ibi per eos traditam. & cum eis tenent Ang. & magis communiter alij. Io. an. And. in addi. vt in tit. de expen. § fin autem, super versi. 1. & Dyn. & Barto in d. § hoc autem iudicium, & gl. fi. in c. fi. de refcri. & tenendo hanc partem, adde illud quod dicit Bal. in d. § fin autem alterutra, q̄ sufficeret petitio implicita, vel generalis; puta peto sententiam pro me ferri, quia tunc video re petisse, quod ferat sententiam tam super principali; q̄ super accessorijs. & sic super expensis, arg. l. fi. C. de an. exce. quod dictum sequitur, & reputat tenendum menti Pau. de Cast. & ibi sequitur simpliciter, D. Ale. de Imo.

e ¶ Inno. Et ipsum refert & simpliciter sequitur Pau. de Castr. in l. fancimus, C. de iudi.

¶ Inn. Vide Bart. referentem Imo. in l. terminato, C. de fruc. & lit. expen. refert Ias. in l. properandum, § fina utem alterutra, ver. secundo quæro, C. de in. ubi limita, vt per eum. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicit notabiliter, quod sic; ga semper durat officiū iudicis, etiā per totū diē latæ īniæ diffinitiuę, vt in c.cū appellationib. eo.ti.
2 lib. imo plus dicit Inn. quod si pars non appellauit a pronunciatione super exceptione, nō poterit post decendium appellare ab illa cō.dēnatione expensarum; quia condemnatio ista est executio illius pronūciationis. vñ nō appellādo vr acquieuisse illi interlocutoriæ: nisi iudex excederet modum in taxatione, vel nisi pars posset probare, qđ probabiliter illā exceptionē ꝓposuit, argum. l.q solidum §.etiam, ff.de leg.2. & in c.1. in fi. de
26 ele.li.6.† No.semper hoc dictum; ex quo habes vnā bonam limitationē ad l.terminato, C.de fruc.& li.expen. & ad Auth. de iudi.§.oporter, & ad not.in c. . .vt lit.non conte.per Do. Ant. in fi.vt post sniam diffinitiuā nō possit iudex condemnare in expēsis; nisi per illam diem; secus in interlocutoria; tunc enim pōt vsque ad finem causæ. Ratio diuersitatis est, qa per diffinitiuā exspirat officiū iudicis; merito non potest postmodum habere rationem de accessorijs, sed per interlocutoriā non expirat officium suum, ideo &c. vide simile in c. quærenti, de of. deleg.

ADDITIO.

2 ¶ Appellauit. Si lata fuit interlocutoria, a qua nō fuit appellatum tempore de bito, si postea lapsis. 10. diebus feratur sententia super expensis illius interlocutoriæ, non poterit appellare, nisi modus excedatur. Et adde quòd istud dictum Inn. alle. & sequitur Ro. in suis ling. & dicit quod qui nesciret istud dictum in curia Romana reputaretur grossus, & pro hoc optime facit qđ no. Do. Ant. in c. Quintauallis, de iureiu. & in c. pastor. infra eod.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deserta ex negligentia partis, iudex aliquo casu potest ex suo officio inquirere de meritis, propter quæ fuerat appellatum; & hoc quando iudicis officium exuberat; secus si concerneret merum commodum priuatum.* 3.
2 *Accusator si cessauerit ab accusatione, pōt iudex ex suo officio inquirere.*
4 *Facilitas quæ consideratur in vno casu, præsumitur in alio simili; nisi probetur contrarium.*
5 *Argumentum a simili procedit; licet non in omnibus detur similitudo.*
6 *Compromissum quod fit in aliquem de eligendo, debent omnes de collegio approbare, & in ipsum consentire.*
7 *Collegiati non possunt committere votum suum alicui; nisi sit de collegio, quando alij opponunt, quia interest collegij, ne eius secreta pateant forinsecus. aliàs si alij non opponunt, potest votum extraneo committi.*
8 *Vniuersitas, vel collegium potest regulariter statuere, vt non valeat actus, nisi habeatur omnium consensus: item quòd valeat actus gerendus a pluribus de vniuersitate.*
9 *Iudex ad euitandum scandalum, potest se intromittere, vbi non habet iurisdictionem.*
10 *Iudex a quo potest se intromittere ad faciliorem exitum appellationis; ex officio tamen suo videlicet, vt hoc ab eo gestum teneat: non autem quod pars teneatur suæ citationi parere, ita collegi ex hoc.* 11.
12 *Cardinali etiam legato non creditur, in præiudicium partium de iure cōmuni; nisi sit consuetudo in contrarium.*
13 *Electus an, & quādo, & in cuius manibus possit renunciare iuri suo.* 14.
15 *Electio secunda an, & quando valeat, prima non cassata.*

CAP. XLV.

**Constitutus.** Si appellans in causa electionis intra tempus legitimū nō prosequitur, nō per hoc præiudicatur cognitioni faciendæ, officio iudicis sup impedimēris electi. Vel summa generalius, & notabilius sic. Appellatione deserta per negligentiam appellātis, pōt iudex ex officio ꝓcedere in casib. in quib. eius offm exuberat. & est casus valde no. Diuidit. Primo ponit partis narratio. Secundo, ibi intellecto. Papæ motiuū, & iudicū datio. Casus literal. Vacāte decanatu Claremo. quidā canonici cōtulerunt potestatē eligendi in eum; & quidā non; hoc acto in illa translatione, qđ episcopus nō procederet ad electionē sine alijs dū essent in tractu electionis. 11. canonici appellauerunt, ne aliquis eligeret in decanū, sine assensu omniū. eps, cum quibusdā alijs contulit decanatū Archidiacono eiusdē ecclesiæ, & pars alia aliū elegit. Qui dam Cardinalis legatus apostō. sedis per partes illas iter faciens, examinationem electionis illius cōmisit duob. abbatib. vt cām instructā ad sedē apostoli. remitterent, nō vt appellationi interpositæ derogaret; facta examinatione Card. transmisit illam ad sedē apost. Partib. postmodū in pntia Pa. constitutis, Arch. prædictus omnia allegauit, petēs electionē de se factam confirmari. Ex parte aduersa respōnsum fuit, quod nō erat cōfirmanda; sed infirmanda; quia fuit post appellationem, & contra formā episcopo traditam, & quod Archid. sponte renunciauerat, facto episcopi. ad hoc fuit per Arch. allegatū, ꝙ illi nō erāt vlterius audiēdi; cū appōnem suā intra annū nō fuerāt; prosecuti. Dūs Papa his, & alijs auditis, intellexit per assertionem Card. p̄dicti qđ sub ea forma fuerat appellatū; ne sine assensu oīum ꝓcederet in electione decani; & qđ appōnem intra annū nō fuerant prosecuti, nec allegauerūt cām pp q̄ esset eis bienniū concedēdū; quia sicut intra annū miserut bis nunciū; ita potuerūt mittere ꝓcuratorē, veruntamē ne videat Do. Pa. peremptorias exceptiones ex corū parte propositas sub silentio præterire, mandat iudicib. quatenus, si constiterit Arch. sponte renunciat se facto epi; ex quo facto nitit: vel si constiterit ipsum epm processisse ad electionē ipsius Arch. contem ptis prædictis canonicis, sine quib. ad electionem ꝓcedere nō valebat, fm sibi tradita potestatē, eidē Arch. super decanatu silētiū imponāt. alioquin nominationē, siue electionē de alio factam, & quicqd fuerit se
1 cutū ex ipsa denuncient irritū, & inane. Ber. †Primo no. & tenemenți, qđ dixi in secūdo summario, qđ deserta appellatione ex negligentia appellātis, nō cessāt officiū iudicis, quominus possit procedere, & inquirere de meritis eorum pp quæ fuerat appellatū; sed hoc intellige, vbi iudex officio suo potuisset aliter procedere, sicut ex causa electionis; ga negligentia partis non dēt nocere officio iudicis; ex quo .n. duo sunt modi procedendi, vno sublato, remanet alius, pro hoc c. ex tuarū. de autho. &
2 usu pal. c. accedēs, ī. de accusa. † Sic videmus in simili in instātia principali, qđ deficiēte accusatore iudex ꝓcedit ex officio ad vtilitatē rei publicę, vt in c. crimina. ī. de collu. dete. facit optime l.q̄uis, C. de adul. vide aliud simile in c. si forte, iūcta gl. de ele. li.
3 6. & bonū tex. ī c. cū nobis, & in c. cū dilecti, de ele. † Secus dic, vbi esset talis causa, in qua nō exuberaret officiū iudicis, vt puta ꝙcernēs merū commodū priuatum; ga tunc iudex non debet se impedire, actore vel appellatore cessante, iuxta notata in c. ad nostrā. ii. a. de iureiu. vide bo. tex. cū ibi no. in l. 4. §. hoc autē iudiciū, ff. de dam. infec. & l. ad perēptoriā, & qđ ibi per Bar. no. ff. de iud. Secundo no. tene menti istū tex. qđ licet legatus, etiā Cardinalis, non possit se intromittere de appellatione interposita ad Papam in ipsius appellantis præiudiciū; pōt tñ se ingerere extraiudicialiter, vt cām instructā remittat ad Papam, de hoc
4 ī. plenius. † Tertio no. & est tex. iste bñ notādus in alio, qđ vbi duo sunt paria expedibilia, si ꝓbatur vnū fuisse gestū, p̄sumitur potētia expediendi aliud; licet illa nō sint omnino similia. Nā Papa arguit hic de missione nūcij ad missionem procuratoris, vt quemadmodū potuerūt isti mittere nunciū, ita præsumitur potuisse mittere procuratorem; tñ vt dicit Io. An. & bene, quia facilius reperitur nuncius, quam procurator; quia per talia loca transit nuncius, per q̄ non posset transire ꝓcurator; sed prima fronte stat prima præsumptio; & idē ꝓbatur in c. cū dilecti, de do. & cont. † Ex hoc infert ad vnū notabilissimū. qđ ꝓcedit
5 a a. simili, licet illud nō sit omnino simile. a facit qđ no. Io. An. in c. nō potest, de præb. li. 6. in nouel. facit tex. in c. cū dilecta, de cōfir. vtil. vel. Sed modus destruēdi hoc argm, est probare dilimilitudinē in illo actu, ad quē sit collatio. vñ, si isti ꝓbassent interfuisse tutū nuncio, & nō procuratori; peculdubio cessasset illa præsumptio. ad hoc qđ no. in c. translato, de cōst. & in l. nō p̄ ff. de leg. No. quarto vnā partē capituli posse vota sua in aliū ex
6 forinsecum a collegio committere. † Sed ꝫ hoc op. de c. quia pp. de ele. vbi le. & no. ꝙ ad hoc vt valeat cōpromissum fō
b per electione, oportet, ut nemo dissentiat b in c. causam quæ, de ele. Item nō pōt quis committere votū suū; nisi sit impedimus nec tūc, nisi ei q est de collegio, vt in d.c. quia pp. Sol. dicit Inn. licet specifice nō attingat hæc ꝫria qđ ꝫrium procedit hodie; sed olim poterat fieri quod hic dr; & sic tenit qđ in hoc istud cap. sit correctum. Pe. aliter dicit, quod cōtrarium ꝓcedit in his electionib. in quibus est seruāda illa forma illius c. quia proc. fqñ per mortē ꝓlati ecclesia remanet viduata. Do. And. dilimguit, qđ aut minor pars seu maior faceret cōpromissum, & inp iudiciū non cognoscentiū: & nō pōt, ut in d.c. quia pp. & nota in d.c. scriptū, e.ti. Aut vult ꝓstituere ꝓcuratorē: & sic nō trāg. do aliorū ꝓiudiciū; & tūc vbi est seruanda forma. c. ga pp., non pōt nisi prout ibi dr. Sed si nō est seruāda forma illius c. pōt ꝓcedere dictū Pet. & qđ ibi dr. Aduerte latius. nā respectu cōpromissi arctātis alios nō ꝓsentientes, verū est, ꝙ oēs dēnt ꝓsentire ga tractat hoc casu de ꝓiudicio iuris singulorū, vt priuet facultate vocis dādæ. iō nō sufficit maior pars. hoc puto verū nedū in actu electionis, sed in oīb. actib. vniuersitatis, per rōnē p̄dictā & p ea, q̄ no. i. c. ga pp., & in c. scriptū, de ele. & ita plures in vario actib. allegaui in ꝓcilio Senēsi ġrali. Sed quoad facultatē eligtuēdi ꝓcuratorē credo, qđ spāle sit in qualibet electione, vt nō impedit nequeat ꝓmittere alteri vices suas, alijs maxime quia dicentur

ADDITIONES.

a ¶ Omnino simile. vide Abb. & alios in c. translato. supra, de const. & nunquā allegans simile debeat probare similitudinem, in eo in quo res conuertit an vero aduersario incumbat onus probandi similitudinem, vt tollat damentum a simili, non reperio ab aliquo tactum. Ego tetigi in rep. d. quæ Nerua, in 1. no. ff. depositi. considerando an ea, quæ allegantur pro similibus habeant plures differentias, an vero principales conuenientias; quia casu incumbet onus probandi similitudinem: in secundo casu incumbit ganti, vt ibi late probant. Seb. Sapia.

b ¶ Nemo dissentiat. Solus enim contradicens impediret illud, vt dixi in ad illum in c. in causis, nu. 15. in ver. omnib. sup. de ele. & no. Car. Manda. suo tract. de elec. parte. 2. c. 5 9. & ibi apost. in ver. specialiter. Zacharias



dicētibus, p c. ga pp. §. illud, ꝑall. & facit fō c. is cui, de off. dele. lib. 6. & c. cum in ecclesis, de præb. eo. li. Sed in alijs actibus po-
7 terit non impeditus committere, quia hoc nō reperitur prohibitum. †Nunquid aūt possit cōmittere exneo, vt forisseco a collegio? credo quod nō possit, ꝫdicente vniuersitate, qualis cūq; sit actus gerēdus, ga interest vniuersitatis, ne eius secreta pateāt forinsecus, qđ sentit Io: And. in reg. quod alicui, de reg. iur. lib. 6. in Mer. & sic intellige tex. c. pe. de ele. eo. lib. In gl. in verbo: Prę ter assensum omnium, ibi: Nō valuisset appō dic fm Doc. qđ imò valuisset, si in compromisso fuit actum, vt eps nō eligeret,
8 nisi habito omniū consensu; & hoc iudicio meo videtur ꝓbare tex. iste prope finem, in ver. Vel prędictum epm, &c. † Ex quo notabis bene. quod isti de vniuersitatę pñt statuere, vt non valeat actus, nisi habeatur omniū consensus. Nec est ꝫ ius cōe, ex quo a prin. hoc voluerūt oēs. hoc procedit, nisi in actu esset a iure ꝓdita certa forma vt valeat actus a maiori parte, &c. vt in c. quia propter, de ele. vel nisi pp istam reformationem impedire tur vtilitas ecclesiæ. Quid. n. si nunquam possent oēs esse cōcordes, & instat necessitas, vel vtilitas ecclesiæ? Tūc putarē actū valere a maiori parte, ar. c. j. de his quæ fi. a maio. par. c. facit quod leg. & no. in c. cum oēs, de const. sic eꝫ potest vniuersitas statuere vt valeat actus gerendus a plurib. de vniuersitate; licet nō faciat maiorē partem totius vniuersitatis, sed sint plures partium ꝓparatione minoris, vide gl. no. q̄ semp tenebis mēti, in c. si cui, de ele. lib. 6. aliàs aūt nō valet quicquid faciunt plures de vniuer
9 sitate, nisi ꝑstituant maiorē partē totius vniuersitatis, & est tex. no. in c. cum eccla, il. j. ī. de ele. hocīō, ga nō reperīt hic vniuersitas, ex quo nō est maior pars totius vniuersitatis, l. qđ maior, ff. ad treb. & c. de his q̄ fi. a ma. par. ca. in gl. in ver. delegauit, in fi. dantur & aliæ plures sol. per Doc. inter cætera dicit Inn. qđ vbi negatur fuisse appellatū, vel appellationē deuoluisse negociū, pōt inferior de hac cognoscere. Sed hæc sol. licet sit vera in se, & notabilis; & faciat qđ ipse no. in c. pastor. §. prætereа; de off. dele. nō tñ congruit huic lr̄æ, quia hic inferior cognoscebat, vt
10 cām magis instructā remitteret; nō aūt vt videret, an sua esset iurisdō. † Hoſt. dicit ꝙ hic imminebat scandalum; a ideo potuit le gatus se intromittere, l. eq̄ssimū, ff. de vsuf. No. hanc sol. in prac. c. sed non ꝓgruit lr̄æ, ga non allegat cām scandali, sed facilioris instructionis. † D. An. dicit inferiorē se posse intromittere ad effectum, de quo hic, cū hoc rēdat ad faciliorē exitū appōnis, p ea quæ no. in c. 2. de matr. ꝫ d. ꝫ inter. eccl. alleg. Spe. de of. leg. §. nunc ostendendū, ver. 33. Non credo hoc procedere in quo libet inferiore, maxime a iudice, a quo fuerit appellatum, p tex. apertum in c. si a iudice, co. tit. lib. 6. vbi dr, qđ appellās nō tenetur ꝓparere ad citationē iudicis a quo, nisi solū ad audiēdā relationē grauaminis; ergo nō tenet ꝓparere, si citat, vt causā magis instructā remittat ad superiorē; sed hoc puto esse spāle in legato, de latere vt dicit hic Gof. tum quia legatus repsentat personā Papæ; tū quia ex quo est Cardinalis de collegio ipsius Papæ, pōt se intromittere ad hunc finem, vt cām magis instructā remittat ad Papā. ita ꝓprie loqtur Spe. vbi sup. licet D.
11 Ant. eum alleger gñaliter vide circa hoc multa tacta. p Spe. ibi, & hæc notabis. † Nec ob. motiuū D. Ant. fateor. n. qđ inferior pōt se impedire de ꝓcernentib. faciliorem exitū cāæ appellatio
ī. ea. & in c. 2. qđ ipse allegat; vel qñ partes non contradicunt;
12 d. c. si a iudice. † Sed ex gl. opponit text. alio modo. vr enim qđ assertioni istius legati, nō erat standum in præiudicium partiū, b vt in c. a nobis, de test. Hoſt. hic primo soluit, quod partes acqe uerunt relationi legati, vel hoc est speciale in legato b de latere, ex consuetudine generali, vt credat relationi illius; sed de iure cōi secus est, vt pronūciauit Papa Clemens; vt refert Spe. in tit. de rest. §. j. ver. sed nunqd aduocatus. Ego alleg. gl. no. in c. sicut ī. de sen. excom. quæ vult. qđ de iure non credatur legato, etiā
13 Cardinali in ꝑiudicium partium. cessante ergo ꝓsuetudine, tenet primam sol. & no. hoc cōe dictum Doc. in illa gl. † In gl. in verbo, renunciasse. ibi, Quod ei licuit, ꝫ hoc op. de c. admonet, & c. quod in dubijs, de renun. vbi non renunciat quis bñficio, nisi in manibus superioris. Sol. Hoſt. ꝙ electus in discordia; ēt si cōsenserit, & sit appellatum ad superiorem, potest renunciare iuri, ex
14 cordia subesset. † No. primū dictum. sed intelligerē fm no. per gl. in d. cap. quod in dubijs. aliquid in cle. gratiæ, de resc. & gl. in c. si electio. de ele. lib. 6. quæ est multū no. & generaliter tractat, gl. si. in fi. de hac materia an, & qñ valeat secunda electio, prima an & quando possit electus renunciare iuri suo, & dic vt ibi. † In non cassata, dic vt no. in c. consideramus, & in c. auditis, de elec. An minor pars contenta in electione prima, possit procedere ad secundam, sicut fecerunt isti, dic vt plene no. in c. bonę, & in c. quia propter, de electio.

ADDITIONES.

a Scandalum. Si iste intellectus esset uerus, redderet istam decre. multū sing. sed diuinat in eo intellectu quem ponit D. An. hic est amicus literæ fm Bart. de Bel. hic in addi. ad D. Ant.

b ¶ In legato. Vide de hoc D. Ant. hic, uer. op. quod nō stetur &c. qui dicit ꝙ nō statur assertioni Cardinalis legati, licet aliter de cōsuetudine obseruetur, sed de hoc vide per eundem, & quod ibi post istum addidi in c. quoniam contra de proba.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus timens, ne patronus præsentet aliquem non idoneum ecclesię ad preces forte aliquorum; potest ipsum adiuuare vt bonum & vtilem præsentet.*
2 *Conscientia debet esse informata iudicio rationis; & secundum Deum; aliàs non excusaret.*
3 *Episcopus, & quilibet administrator, non solum debet esse idoneus, sed vtilis.*
4 *Scholaris notorie peritus, transit sine examinatione, vel saltem modica pro forma.*
*Natus potest promoueri sine examinatione.*
5 *Possessio in beneficialibus transfertur per inuestituram factam post electionem, & confirmationem.*
6 *Electus & confirmatus, debet consequi possessionem, non obstante app. vel electione de alio extraindicialiter facta.*
7 *Electores, qui eligunt idoneum, an vulnerent conscientiam eorum, si possunt idoneorem eligere.*
*Peccatum incurrit, qui operatur bonum, & potuit optimum operari.*
8 *Habens duas voces, vnam iure proprio, aliam tanquam procurator; nō potest vnam vni dare; & aliam alteri, & si secus, secrit non tenet.*
9 *Prælatus impeditus ministrare propter senectutem, remouetur, & ei datur coadiutor.*
10 *An, & quando sit eligendus potius in prælaturam doctor dines, an potès & quando electio facta de aliquo istorum cassetur, tanquam nan expediens ecclesiæ.* 11.
12 *Diuitiæ, an, & quando possint possideri sine peccato.*
13 *Causa si exprimatur vna ex multis, quæ sit frivola; aliæ præsumuntur frivolæ.*
14 *Confirmatio electionis, an, & quando habeat vim diffinitiuæ sententiæ.*
15 *Agenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus, obstat exceptio defectus proprietatis, si incontinenti potest probari; & aliæ, de quibus hic.*

CAP. XLVI.

**Constitutus,** Appellatio frustratoria possessionē confirmati non impedit. ita cōiter sū matur. Sed fm hanc summationem hæc decretalis esset de indubio ideo summo sic. Contra electum, vel confirmatum, nullum aliud ius expectantem, non admittit rr̄ exceptio, vel appellatio; maxime frustratoria ad impediendum electionis, & confirmationes effectum. Sed possessione habita, poterit accusari, vel denunciari, & fm hoc est casus notabilis. Diuiditur; primo narrat factū, secūdo diffinit, ibi. Nos ergo, tertio protestatur, ibi: Si qs Casus literal. Vacāte præpositura S. Saluatoris, dic statuta ad celebrandum electionē, eps Metensis adiurauit canonicos illos per patrē, & filiū, & spiritū sanctū, vt fm Deū, vnū eligerent de duobus, in quos partes videbanī ꝓuenisse, quē magis vtilē & idoneū ecclesiæ reputarēt post hoc decan° cū qbusdā nominauit ꝓpositū cantorē Metensē, Cantor S. Saluatoris cum quibusdā alijs ꝓcorditer Cancellariū Metensem elegerūt in ꝓpositū; eius electionē tanq̄ a maiori & sāniori parte capituli Metensis eps ꝓfirmauit. & cū vellet ei dare inuestiturā, decan° appellauit ad sedē Apostolicā ꝫ ipsum impotentiā allegādo, dicens illū cancellariū impotentē in partib. illis, in qbus bona ꝓpositurę consistūt, addens qđ alia sibi opponeret in pśentia Papę, q̄ ī pśentia iudicis suspecti noluit explicare. Demū cā ista ad sedē apostolicā est delata, decanus pro parte sua in pśentia Papę hęc, & alia ꝓposuit. d. Papę. examinato negotio pśtit euidēter app. cām corā epo exp̄ssam rōnabilē nō fuisse; & aliā nō exp̄ssit, quis dixerit ꝙ exprimeret corā Papa. vñ ipse statuit, vt p ea q̄ dicta fuerūt ꝓfirmationis affectus nō dēat impediri, posīq̄ vero pacificā possessionē ipsius ꝓpositurę habuerit, si ꝫ ipsum aliqđ proponere voluerit, nō in modū exceptionis, sed in modū nūciationis, vel accusationis, licētia hēat ꝓponēdi. Be. No. superiorē posse p abiurationē astrīgere electores, vt eligāt fm Deū,
a & ꝓficētia magis idoneū, & vtilē eccię, & hæc adiuratio a est lo-
1 co iurī, in gl. 2. q̄ tene mēti, & idē Arch. 2. q. 2. c. si qs. † Ex hoc īsero ad vnā notabilē theoricā, qđ vbi eps timet, qđ pśoni nō pśentēt vtiliorē ecclæ pp̄es aliorū per dilectionē carnalē, qđ possit eos cōstringere iuramento, vel hac abiuratione, vt pśentent magis idoneum & vtilem. Ex quo. n. de iure ad hoc tenentur, vt

ADDITIO.

a ¶ Abiuratio. Vide tex. in c. fraternitatis. infra de frig. & male. ibi in periculo animarum & c. quem ibi ponderat Dom. Ant. Item adde hic Archi. 2. q. 5. ubi dicit. ꝙ verum iuramentum est si quis se asserit dicere veritatem in periculum animæ suæ, vt in c. fraternitatis, ita dicit tenere Inn. & Hoſt. in c. & si Christus, de iureiu.

Universidad de Deusto
Biblioteca



2 vt ꝛ dicã, ergo pōt ſuperior interponere partes ſuas. † Secundo not. qđ quis debet eligere ſm Deum, & iuſtã conſcientiã; ergo ſufficit ſequi purã cõſcietiam, niſi illa ſit informata ſm Deum. Vnde alibi dicit tex. no. quem tene menti, nõ debet puritati cõ ſcientiæ deeſſe iudicium rõnis. vnde peccat ille, qui ſequitur cõ ſcientiam ſuã nõ informatam ſm Deum; licet credat bene fa-
cere, vt in capi. non ſolum, vbi tex. de reg. iur. lib. 6. Nam peccat
3 iſte per ignorantiam & ſic nõ excuſatur, maxime circa ea, quæ ſunt Dei. 38. diſt. c. qui ea, de pe. diſt. 2. c. ſciendum. † Tertio no. ꝙ eligendus in prælatum, non ſolum debet eſſe in ſe idoneus; ſed etiam vtilis eccleſiæ. Et ideo alibi dicitur, quod epiſcopus non debet eſſe cuſtos chartarũ, nec ſolũ attendere ſtudio litera-
rum, ſed ẽt in alijs exterioribus, vt in ea. in canonib. 16. q. 1. fa
cit 39. diſt. c. Petrus, vbi ſimplicitas repellit a promotione. Item no. qđ canonici tenent eligere magis idoneũ. nõ ergo ſatis eſt, ꝙ ſit idoneus, dũmõ reperiat idoneior. qđ an ſit verũ indiſtin-
4 cte, dicã in gl. 3. † Itẽ no. ꝙ notus pōt ꝓmoueri ſine examinatio
ne. hẽt. n. teſtimoniũ totius populi, vide bo. tex. in c. nullus. 24. diſ. facit iſte tex. vt ſcholaris notorie peritus trãſeat ſine exami
5 natione, vel ſaltẽ modica ꝙ forma. † Itẽ not. qđ per inueſtiturã factã poſt electio. & ꝓfirmationẽ, trãsfert poſſeſſio. de hoc ple-
6 ne no. in c. trãſmiſſam, de ele. & in c. 2. de ꝓſue. † Vltimo no. qđ electus, & ꝓfirmatus, nõ obſtãte elect. vel appõne extraiudicia
li, dẽt ꝓſequi poſſeſſionẽ. nã exceptio nõ eſt hoc caſu propor-
tionabilis petitioni poſſeſſionis; ga petẽs poſſeſſionẽ petit qđ facti; ſed exceptio opponit iuri, qđ dicã latius ꝛ. cã gl. ſi. Alia nõ colligo, ga examinabunt ꝛ. In gl. 3. ex qua habes duas ꝓclu-
ſiones. Prima qđ doctior, & ſcientior eſt eligẽdus. Secũda, qđ licet nõ eligat doctior & ſcientior, tenet electio, dũmo ſit facta
7 de idoneo, & de hoc vide plene. 8. q. 1. in c. licet ergo. † Sed dubi
8 tat nũq; ſ eligẽtes ſ ulnerẽt cõſciam ſuã, eligẽdo idoneũ ex quo potuerũt eligere idoneiorẽ? D. An. tenet hic in quodã notabili ꝙ ſic, nihil tñ allegat, ꝓter iſtũ tex. Tu vide gl. hoc diſputatẽ in d.
ca. licet ergo. q̃ refert varias opi. finaliter cõcludit ꝛ. ſicut. n.
agens bonũ no peccat, ſi pōt facere magis bonũ, ita eligentes idoneũ nõ peccãt, ſi potuerũt eligere idoneiorem. Alij ꝛ, vt ibi no. Arch. vbi dicit, ꝙ in volũtarijs, ꝓcedit illa opi. gl. ſed in neceſ
ſit. is oportet eligere meliorẽ, vt in d. c. licet ergo. Hoc idẽ re-
perio ſenſiſſe. Fed. conſi. 90. vbi dicit, qđ eligentes nõ ſaluãt cõ-
ſciam ſuã, ſi potuerũt eligere meliorẽ. In hac mã ſic diſtingue-
rẽ, ꝓrehẽdẽdo vtrãq; ꝓclu ſionẽ gl. qđ aut a principio fuit ap
pellatũ, ne fieret electio, niſi de idoneiori; & tũc puto, ꝙ ſi in eo
dẽ collegio reperiſ idoneior, nõ valeat electio facta ꝺ idoneo; cũ de iure teneãtur eligere idoneiorẽ, vt in d. c. licet ergo, & in
9 melius conſulatur eccleſiæ per potẽtiam, ſeu diuitias iſtius. Nõ enim datur ſibi beneficiũ, ſeu ꝓlatura, vt inde viuat, ſed vt bene diſpenſet, vũ alibi dicitur. Qui epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. no. qđ dicit opus, idẽ eſt qđ appetere ſolicitudi-
nes, & labores; vnde principaliter, vbi verſatur onus, ibi in conſe
quẽtiam eſt honor, & participat de fructibus in conſequentia, 11
cum indiget. 10. q. 2. c. epiſcopus. Ex quo ad q. glo. dicit Hoſtẽ. conſiderandũ qualitatem, & ſitum eccleſiæ, vt ſi eccleſia indi-
get potentia vel diuitijs, tunc potentia præferetur ſcientiæ, arg.
bonũ in c. officiũ, de elec. vbi vero non indiget potentia, ſcien-
c tia ᶜ præfertur potentiæ, argu. c. cauſam. de elec. Si vero indiget
diuitijs, vt quia eſt onerata debitis, tunc diuitiæ ꝓferentur po
tentiæ, & ſcientiæ, argum. 10. q. 2. c. ea enim, §. hoc ius porrecti.
ceſſantibus autem prædictis conſideratiõnibus, vt puta quia ec
cleſia nõ indiget potentia, vel diuitijs; tunc licet prædicta gradi
adijciant, non tamen propter hoc reprobabitur electio facta
de eo, qui non eſt diues, vel potens; ex quo alias eſt idoneus. Et
ponderabũ hoc dictũ Hoſt. quia tacite ſentit, ꝙ vbi eccleſia in
diget viro potenti, vt puta quia habet poſſeſſiones circa inimi-
cos; vel indiget diuitijs. tũc electio facta de nõ potẽti, vel nõ di-
uite, eſt retractãda, qđ ſatis mihi placet; quia licet in ſe iſte ſit ido
neus; nõ tñ eſt vtilis eccleſi ɾ; & ꝓlatus nõ ſolũ dẽt eſſe idoneus
in ſe, ſed ẽt vtilis eccleſiæ, vt hic in tex. quod no. Nũquid autẽ ꝙ
ſumatur pro potentia ſeu nobilitate. vide glo. in c. illud, 40. diſt.
vide aliã gl. in ꝛrium in c. qñ vetus. 24. q. 1. in verbo inuidia, q
narrat, qđ cum duo eligerentur, fuit oppoſitũ per alterã par-
tẽ de impotentia alterius. replicatũ extitit, quod Petro piſcato
ri & fabri filio, ſucceſſorẽ quærimus, nõ Auguſto; id eſt cum ip-
ſe debeat ſuccedere nõ Imperatori, vbi conſideratur ſplendor
domus, ſed in adminiſtratione eccleſiaſtica, in qua præfuit Pe-
trus, qui fuit piſcator, & filius fabri, non eſt curãdũ de nobilita-
te, pro hoc c. venerabili, ꝛ. de præbẽ. vbi bonus ɾ text. Sed intelli-
ge ſm ꝑdicta, niſi indigeat potẽtia. † Ec pro diuitib. an, & qñ pot-
ſint diuitias poſſidere ſine peccato, vide bo. tex. in c. hęc aũt ſcri-
ptus, 30. diſ. & bona gl. in c. clericus. 12. q. 1. In gl. in verbo, Ro
nabilẽ, ibi non fuit iuſta cã appellandi, lit. nita iſtã gl. ſm ea quę
dixi in præce. gl. In gl. in ver. Aliã. Ex gl. iſta colligũtur tres ſolu-
tiones. Prima, ꝙ ſpeciale eſt in electione, vt appellãs in ea poſ-
ſit proſequi cãm in appõne non expreſſam. Sed certe iſta ſolu
tio nõ ꝓcedit maxime hodie, per c. vt circa, de ele. c. ꝛſtitutio-
nẽ. c. ti. Nec ob. iura alle. in gl. qa (vt dicit Hoſ. licet poſſit iudex
ex officio procedere, nõ tn dẽt pars audiri, vt appellãs, ꝙ hoc
tex. in ſimili in c. ꝑce. & c. cũ dilecti, ɜ. de ele. in fi. Secunda ſo. eſt
iſti contraria, vt non admittatur volendo aliam profeq per iſtã
tex. Et ſol. eſt vera, & ꝙbat in text. dũ põderat, qđ tũc aliam non
expreſſit. Tertia ſo. quod iſte repellit propter præſumptionem
13 ortam ꝛ eum, quia cauſa expreſſa erat irrationabilis. † No. bene-
hanc vltimã ſolu. ad aliũ effectũ, qđ vbi, quis in ſnĩa, vel appella-
tione exprimit vnam cãm, & ſubijcit, qđ eſt ex multis alijs cauſis, &c. qđ ſi expreſſa cauſa eſt irrationabilis, præſumitur etiam,
quod non expreſſæ comprehenſæ ſub clauſula generali ſint
etiam irrationabiles, facit in arg. c. forte, de elec. li. 6. & reſpectu
ſenten-

ADDITIONES.

a ¶ Eligentes. Vide Abb. in c. 3. vbi gl. in verbo, maiorib. inf. de iurepa. cum pluribus allegatis per And. Sicul. in conſ. 29. incipi. illud afferam. in medium, in 1. vol. Seb. Sap.

b ¶ Conſcientia. Vide tu hic Imo. & Dom. Philip. de Peru. vbi probat, quod electio facta de idoneo ſit valida in foro iudiciali; licet alius idoneior poſſet eligi, dummodo ſit electus a maiori parte; & appellatio in contrarium non videtur legitima; & ius canonicum inquantum diſponit in foro iudicali ſemper tendit in ſalutem animæ, vt patet in c. cum contingat. de iureiu. vt de inferitur, quòd ſi electio facta cum idoneo eſt valida in foro iudiciali, licet poſſit eligi alius idoneior, eo. & ſimili modo dicendum in foro conſcientiæ; quia ius canonicum nunquam inijcit alicui laqueum. 17. q. 2. de vi-
duis. nec ſcienter defendit aliquem in peccato. c. literas, de reſti. ſpo. ſi enim eligere idoneum induceret peccatum, nec ius canonicum validaret tunc electionem, ſicut facit, c. quia propter, & c. cum in cunctis, de elec. & hic tex. ergo eligentes non peccant, l. Gracchus. C. de adul. & ex his facit vnam concluſionem, quod de iure canonico quando factum eſt certum, & de eo conſtat omne id, quod eſt licitum & permiſſum in foro iudiciali, cenſetur licitũ, & permiſſum in foro conſcientiæ; alias ius canonicum inijceret laqueum, & peccarent exercentes actum, auctoritate canonis, quod non eſt dicendum, vt ibi latius per eum.

¶ Circa hoc an ſufficiat eligere idoneum, etiam ſi reperiatur magis idoneus, credo verum eſſe, quod iſte dicit. Et adde quod idoneus ad beneficium dicitur, quilibet qui ſcit bene legere, bene conſtruere, & bene cantare, vt ex glo. quam D. Card. ibi no. in cle. 1. de conceſ. præb. & adde quod idoneus dicitur eſſe ille, quem Papa eligit pro idoneo, vt per Car. vbi ſupra, vbi dicit quod reputare non idoneum quem Papa reputauit idoneum eſſet facinus. 17. q. 4. in c. ſi quis ſuadente Diabolo, §. qui aũt, & dixit Bal. in l. proconſ-
bus, C. de imp. & alijs ſubſtitu. quod ille dicitur idoneus, quem virtus probat, & alibi dixit text. in l. qui fatiſd. §. fi. ff. de fideiuſ. quod ille dicitur idoneus, quem approbat is cuius intereſt. Anto. Fran.

c ¶ Scientia. Adde dictum Ioan. Monachi in c. cum ex eo, de electio. in 6. quod eccleſia maxime indiget viris literatis, non aſmis ferratis, refert Felin. in c. ſi quando, ver. de inferioribus ſupra de reſcrip. Seb. Sap.



14 ſiñę vide, quod plene dixi in c. ſicut, de re iu. † Sed ꝛ prædicta op
po. cõfirmatio electionis hẽt vim diffinitiuæ ſnĩæ; ergo ſicut in
diffinitiua, nõ tenetur exprimere oẽs cauſas in appellatione l.
Scio. ff. e. vide gl. in c. cũ cã, ꝛ. c. ita, & in appellatione a ꝓfirma-
tione. ergo poterat iſte proſequi cãm non expreſſam. Sol. dicit
Inno. ꝛrium procedere, qñ cõfirmatio ſit oblato libello, lit. ꝓt.
& alio iudiciario ordine obſeruato; ſecus aũr qñ ſit cum ſum-
maria cãe cognitione; quia tunc nõ habet vim diffinitiuæ. Io.
And. dicit poſſe dici, qđ cum hodie ſit ſeruãda in cõfirmatione
ſolẽnitas c. ſi. de ele. li. 6. ſemp ꝓfirmatio hẽt vim diffinitiuę. Cer
tenõ bñ loqtur; & ipſemet aliud ſentit in c. auaritiæ, de ele. li. 6.
in nouel. Nã diſtinguendũ eſt. Aut. n. non ſeruaſ ſolennitas illi⁹
c. ſi. & non valet confirmatio: aut ſeruaſ, & tũc ſi cõfirmatio fit
cõparẽte cõtradictore in iudicio, & iudice iudiciali ter ꝓfirmã-
te, tunc eſt diffinitiua. Si autem nullus ꝛdictor apparet, & ſupe-
rior confirmat cũ ſummaria cognitione, tunc illius ꝓfirmatio
non habet vim diffinitiuæ; ga eſt actus extiudicialis. Hæc no. ga
valent ad multa; nec ſolent recitari hic. In gl. fi. gl. multa ꝛria li-
mul incidcat, & formaliter nõ ſoluit. Et pro ſtellectu gl. formo
quatuor ꝛria, quæ eliciuntur ex ea. Primo obſtat regula, cui da
mus actionẽ, fortius exceptionem in l. iniuitus, §. cui damus, ff.
de re iud. hic alleg. & in reg. quia ad agendũ, de re iu. lib. 6. ſed ꝛ
iſtum electum, & confirmatum poteſt agi, ergo fortius excipi.
Secundo ob. c. tantis Daniel, 81. diſt. & in c. omnipotens, ꝛ. de ac
cu. vbi patet, qđ pendente accuſatione alicuius, non debet pro
moueri ad bñficium; ſed hic pendebat controuerſia: ergo &c.
Tertio obſt. c. ſuper his, ꝛ. de acc. vbi excipitur ɔ electum, & cõ-
firmatum. Quarto pōt adduci pro, & ɔ c. accedens, eo. tit. vbi ex
cipitur contra prouiſum de crimine famoſo; & ſic exceptio eſt
proportionabilis petitioni poſſeſſionis. Sed in contrarium fa-
cit iſte tex. in eo, quod regulariter non admittit exceptio. Ad
primum arg. gl. in prin. reſpondet, quod hic ponitur ſpeciale ꝓ
pter ꝓſumptionem ortam ɔ iſtum. Sed in fi. gl. nũdet formaliter,
quod iſte electus, & confirmatus, poſtquam habuit poſſeſſionẽ
corporalẽ, q̃ Papa ſibi mãdat tradi, ſecutus fuit plenum ius; &
ſic nihil reſtabat petere: merito non dẽt admitti exceptio, quæ
eſt actionis excluſio, ſed in c. ſuper his, reſtabat conſecratio, vel
bñdictio & ſic reſpectu illius iuris de futuro, poterit excipi. Sed
aduerte, ga licet Doct. non ponderent; tñ gl. rẽcte loquitur. Nã
illud de quo quæritur, eſt, quare Papa voluit exceptionẽ admit
ti. antequam traderetur ſibi poſſeſſio; ſed voluit, vt ante omnia
iſte conſequeretur effectũ confirmationis. Inno. hic dicit, quẽ
cõiter ſequũtur Doc. quod cum excep ſit actionis, vel intẽtio-
nis excluſio; & ipſe iam per cõfirmationẽ conſecutus erat ſuã
intentionem, ꝙ habebat plenum ius; ideo non obſtitit ſibi ex-
ceptio, ga non ſupereſt aliquid, cui opponebat. Et ſi diceres, ꝙ
hinc pendebat appõ; & ſic petebat iſte confirmationẽ ſiue ele-
ctionis; & ſic petebat aliquid iuris; R. reſpondet ipſe, ꝙ ſi iſte fuiſ-
ſet admiſſus ad excipiendũ, renũciaſſet appellationi; nec ſimul
poterat admitti ad appellandum. & excipiendum. Sed hęc ſol.
mihi non ſatisfacit; ga Papa prius pronunciauit ſuper illegiti-
mitate appellationis, & poſtmodum dixit exceptionẽ non ad-
mittendam, ſed qđ ante omnia conſequereſ poſſeſſionẽ. Et cir-
ca hoc Inn. inſtat, ſed non rẽcte, iudicio meo, ſoluit ꝛriũ; & ma
xime in eo, quod ſentit, qđ poſſeſſio venit ɔſecutiue ad ius ob-
8 defectū, & c. & sic inualidū facit validū, vt in c. 1. de transac. 2. q. 6. c. hic quippe, adde quod dicam i gl. seq. † In gl. in ver. Exorta, ibi. Sed certe non est verum. Hæc impugnatio concernit primum membrū distinctionis Vinc. & non fm, vt patet ex sequentibus. Et vt habeas clare totam mām gl. distīngue sic. Aut confirmatio fuit facta in forma cōi, vt dixi in præcedenti gl. & tunc nō præcludet viam iudicibus ordinarijs cognoscendi de validitate iuris confirmati, seu de iure competenti ei, qui obtinuit confirmationē, qa talis ꝓfirmatio parū aut nihil operat, vt ꝺ. di xi. de tali confirmatione non loquitur iste tex. nec c. sequens.

d Aut confirmatio [d] fuit facta ex certa scientia, & tunc, si est surreptitia, puta quia fuit obtenta super relitigiosa, non habita mē tione de litigio, vel alio modo, peccat in surreptione: & dicendum est idem; non enim valet talis ꝓfirmatio, vt hic in c. seq. & hoc intellige qñ notorie ꝓstat de vitio surreptionis: puta ut dicit Inn. in c. seq. quia pars confiteꝛ, vel ꝓstat ex tenore bullæ. Et

9 no. hoc dictū, qđ id, ꝙ ꝑstat ex tenore literarū papę, dī notoriū & ita loqtur tex. in c. seq. dū dicit. Aut certum sit, &c. Si vero est probabilis dubitatio sup surreptione, nō pōt inferior sup hoc cognoscere, quemadmodū nō pōt cognoscere gñaꝛ de priui legijs papæ; ex quo insurgit probabilis dubitatio, vt est tex. in c. cū venissent. ꝺ. de iudi. secus dic, vbi dubiū esset leue, vt ibi not.

10 † Si vero confirmatio non est surreptitia, non potest inferior cognoscere de validitate confirmati. vnde respectu ꝑteritorū, ꝑclusa est via inferioribus; sed respectu eorum, q̄ de nouo orta sunt: vt puta, si accusaꝛ de crimine, pp qđ priuari mereꝛ iure cō firmato, nō est inferioribus iudicibus sublata potestas. vt no. di

11 xit ista gl. q̄ tenebis mēti, & ꝓbaꝛ rōne. † Primo, ga cōfirmatio seu priuilegiū nō extēdiꝛ ad ius nō cogitatū, ad hoc qđ in simili legi. & no. in c. cū inter P. de renun. & in c. suggestū, de dec. Itē si diceremus oppositū, sequereꝛ quod confirmatio præstaret exemptionem respectu ordinariorum, quod nō est dicendum cum tñ papa velit sibi confirmare ius, respectu iuris obtenti de

12 præterito. † Sed extra gl. quæriī, nunqd possit peti cōfirmatio sñię, a qua intra decendiū nō fuit appellatū? Inn. instat, & primo arguit qđ non, quia si sñia tenuit, transiuit in rem iudicatam, & facit ius inter partes, licet fuisset iniusta, vt in c. cum inter, de re iudic. & l. ingenuum, ff. de stat. ho. & sic frustra fieret confirmatio. Aut sñia erat nulla, & idē dicendū est, quia quod nullū est, confirmari non pōt, vt in c. auditis. ꝺ. de elect. cum simi. Itē possessori nō est prodita actio, vt in c. examinata, supra de iud. & Insti. de act post prin. Sed his non obstan. Inn. hic tenet oppositū, dicens, quod confirmatio multum poterit operari. nam si sñia erat nulla, & confirmaꝛ postea iudicialiter cum causę cognitione, efficitur valida: quia scientia sñia, quæ est ꝺ ius partis, transit in rem iudicatam; si ab ea nō appellatur nec poterit postmodū

c obijci exceptio nullitatis, [e] si prima sñia petitur mandari executioni. & cum hac conclusione Inno. transeunt Docto. hic. Sed aduerte, quia idem Inn. in c. seq. assumit gñaliter materiā, quia actus iurisgentium, seu iuris ciuil. & canonici possunt peti confirmari, & ibi cōcludit quod actus iuris ciuilis, & canonici possunt peti confirmari, etiam contradicente parte citata. Exemplum de ciuilibus, in l. adoptio, & in l. nam ita. ff. de adop. facit tex. in c. bone, ꝺ. eo. Exemplū de canonicis, qñ petiꝛ electio cō firmari, uel aliud ius canonicum; sed actus iurisgentiū, ut sunt ꝺctus, puta uēditio, locatio, & similes, non possunt peti confirmari, inuita altera parte; nec cogiꝛ altera pars in iudicio respōdere, qa ifti actus dependent a mero cōsēsu partium: iō iudex nō hēt se impedire, nisi uellet cōfirmare partib. ꝓsentiētib. Hosti. dicit se nō capere hāc subtilitatē In. Nā licet ꝺctus a principio sunt uolūtarij: tñ ex post facto necesse est eos obseruari, ut in l. sicut. C. de ac. & obl. in reg. qđ semel placuit, de regul. iur. li.

13 6. iō nō uī dria ex post facto inter actus iurisgentiū. † Sed attendendū est, qđ Inn. in c. seq. dicit plus sibi placere, qđ no. in c. cām, ꝺ. qui fil. sint legi. & ibi vī tenere oppositū eorū, q̄ no. hic, & in c. seq. dicēs, quē nō posse petere ꝑnunciari se esse legitimū, vel matrimoniū validū, vel qd simile; nisi de hoc moueaꝛ qō sibi principaliter, vel diffameꝛ, iuxta l. diffamari. C. de ingen. manu. vel incidenter hoc petat in iudicio, vt puta quia agit de hērditate, & opponiꝛ defectus natalium, tunc enim propter cōtradictionem, bene poteriꝛ petere se pronunciari legitimum. Cōclusio ergo est, ꝙ ex quo qs est in possessione, vel quasi, ali-

f cuius iuris, vel rei, nō pōt petere ꝓfirmationē [f] ab inferiori; sed a principe pōt. Et hanc opinio. tene, nisi in casibus supra exceptis, & per hoc dico limitandū hoc dictū Inn. hic, vt si lapsum sit decendium, ita quod non est locus appellationi, non poteſt peti cōfirmatio sñiæ ab inferiori, sed a principe sic, facit qđ legit. & no. in cle. si appellationē, de appel. hoc tñ intellige, prout

plenè

ADDITIONES.

a ¶ Possidere. Idem dicit Gemi. in c. commissa, de elect. lib. 6. & in consil. 68. incip. formantur, col. 3. & idem no. D. Ant. de Butr. in c. cum inter, in 4, no. de renun. & in cle. gratiæ, in 13. quæst. de rescrip. Seb. Sap.

b ¶ Lite pendente. Dicitur autem pendere, & rem & actionem effectam esse litigiosam, per solācitationē, ita inductū fuit hoc iure per cle. 2. vt lit. pēden.

c ¶ Administrandi. Adde Car. in cle. 1. §. 2. no. 10. de iurei-Cal. consil. 164. Pa. de Cast. consil. 152. & Alex. consil. 130. vol. 4.

¶ Administrandi. Vide Bal. in l. priuatorum, C. de iurisdict. om. iud. & in auth. habita, col. 12. versic. dicto de scholarib. C. ne fil. pro pa. & in l. Caius, ff. de excu. tu. & Old. in consil. 146. incip. factum tale est. Seb. Sap.

d ¶ Confirmatio. Quid operetur confirmatio ex certa scientia, tradit Felyn. in c. 2. col. 18. in ver. leges insertæ, sup. de rescr. Alex. in consil. 125. inci. viso tit. col. fi. in 2. vol. Seb. Sap.

e ¶ Nullitatis. Et dicit hic D. Bar. de Bel. in addi. ad D. Ant. quod hoc dictum Inno. intelligi debet de confirmatione sententiæ nullæ, aliter, quam per viā appellationis; secus quando prima sententia nulla fuit confirmata per iudicem appellationis; quia tunc quantūcunque non appelletur a secunda; poterit dici de nullitate vtriusque ad impediendam executionem sniæ. tex. est in cle. 1. de re iud. & per illum tex. iudicio suo non bene dicit D. Ant. hic, in fi. in ver. habetur pro valida, ex quo non reperitur appellatum.

f ¶ Confirmationem. Et an ille, qui habet ius in beneficio, si timet contradictionem, possit petere, vt pronuncietur se fuisse canonice institutum, vide hic per D. An. i vlt. col. in prin. vbi dicit, quod sic: & facit optime ad hoc gl. in l. si contendat, ff. de fideiuſ. & quod no. D. An. in c. fin autem, circa fi. de re scri. debet tamen facere ad hoc citari partem aduersam, prout no. D. An inf. eo. ti. c. venerabilis, in pri. in vlt. col.

Universidad de Deusto
Biblioteca



13 plene distinxit c.4.ſ. de re iud. vbi vide. † Nunqd aũt princeps ĩ cõfirmatione possit supplere defectum iuris nãlis, puta defectũ consensus, sensit Inno. in c. seq. q̃ non; nisi sit talis actus, qui pẽ deat a mera facultate principis, vt puta q̃ctus super rebus ecclesiasticis. nam quãtumcunq; sit nullus ex defectu cõsensus, puta quia capitulum non consensit, potest ñ papa confirmare. facit ad hoc c. proposuit, de concess. præben. & qđ no. in c. constitutus, de rescrip. & in c. venientes, de iureiu. & in c. cuncta per mũ dũ, & in c. per principalem. 9. q. 3. Et per hoc habes expeditam mãm huius c. & seq. nam vt mã esset collecta, maxime, quia dicta hæc limitantur per no. in c. seq. ideo volui contexere hic totam materiã vtriusque c. sed forte hac ratione gl. nihil scripsit super c. seq. quod non accidit in alio c. huius compilationis.

*SVMMARIVM.*

1 *Confirmatio sententiæ, a qua fuit appellatum, obtenta, tacito de appellatione, est surreptitia.*
2 *Literæ secundæ valent, licet non faciant mentionem de primis literis, si illæ vel erant nullæ, vel exceptione elidibiles.*
3 *Literæ secundæ, non tollunt primas, de quibus facta est generalis mentio, sed requiritur quod fiat specialis.*
4 *Confirmatio in forma communi, quomodo fiat.*
5 *Vbicunque plures lecturæ possunt elici ex vno textu, illa est amplectenda, quæ magis conuenit rubricæ, & vbi est positus ille tex.*

CAP. III.

1 **Bonæ.** † Literæ confirmationis super sua a qua erat appellatum, non valẽt; si appellatus malitiose ꝓuenit appellantem: alias pendẽt, donec de appellat. cognoscatur. Potest legi, & aliis modis, vt patebit ex ſ. dicendis: sed non insisto quia non continet vtilitatem magnam. Et primo ponitur consultatio. Secundo responsio bimembris, ibi: Respondemus. ſm membrum, ibi: Verum. Casus literal. Lata fuit sua diffinitiua, p ecclesia ſ adueꝛsarium ecclesiæ, ille intra decẽ dies appellauit. iudices nihilo minus mandauerunt suam executioni. Appellans literas impetrauit de reuocanda sua. Ecclesia, pro qua, lata erat sua, caute ꝓueniens appellantem, literas confirmationis suæ promulgatæ impetrauit, in quibus de appellatione facta, nulla mentio habebaꝫ. iõ quæsitũ fuit, quæ literæ præualerent? ñdet papa quod literæ posteriores, debent prioribus præiudiciũ generare. & iudices debent cognoscere de appel. non obstante cõfirmatione obtenta, veritate tacita super re litigiosa. Sed si diceretur in literis appellationis, secundo impetratis, veritati & iustitię pꝛciudicãtibus; vel ẽt sub alia forma verborũ, dummodo de literis ꝓfirmationis nihil expresse diceretur, ñdet papa, qđ tunc tãdiu literæ cõfirmationis, suũ debent habere vigorem, donec de iniqua sua plenius cognoscaꝫ per secun
2 das literas, & in suspenso ꝓfirmatio remanebit Ber. † No. q̃ qñ priores literæ sunt nulle, vel saltẽ exceptione elidibiles, non est necesse in secundis facere mẽtionẽ de prioribus, valẽt. n. hic posteriores literę impetratæ p appellãtẽ, nullã facientes mentionẽ de priorib. ipetratis p appellatũ; & hoc iõ qa primę sunt nulle, vel saltẽ possunt annullari p exceptionẽ, vide bon. tex. cũ gl. in c. ex tenore, de rescrip. & in c. suggestũ, de iure patron. & in c. cũ nostris, de ꝓcess. prębẽ. & innuunt istę ultimę gl. idẽ esse in literis impetratis ab beneficia, qđ no. Scđo no. qđ appellans, põt literas impetrare, qñcunque vult; nec põt pręueniri nimis per appellatũ, de hoc dic. vt leg. & no. in c. oblatę, &c. sępe. ſ. de appel. & qa mã fuit in toto illo titul. satis discussa, iõ nõ insisto in tangentibus mãm appellationis, sed quicquid hic dĩ, est reducendũ ad mãm ibi contentam. In gl. 2. in fi. Hęc glo. sentit primũ intellectum, de quo. ſ. in gl. fi. & intellige istã gl. & seq. fm ea, quę dicam in gl. fi. In gl. fi. in fi. Ex hac gl. colligunt doct. duas lectur. ad istũ tex. quę videntur sibi ſriari iuncto prin. cum vers. Verum. nam in prin. simpliciter innuit priores literas impetratas per appellatum esse nullas, sed in ver. Verum, innuit eas esse in pendenti, seu quod debẽt literę suum habere vigorem, donec de iniqua sua cognoscaꝫ. Prima lectur. est, vt principium in telligatur, qñ appellatus impetrauit literas ad iudices delegatos super ꝓfirmatione suę sniç, sed nõ valuerunt, qa nimis pue nit appellantem, iuxta ea, que habentur in c. oblatę. ſ. de appel la. ver. Verum intẽlligitur; qñ impetrauit tempestiue, idest nimis non pręueniendo; tũc. n. valent priores, & iudices per eas dati debent cognoscere de validate sniç, non obstante qđ in secundis impetratis per appellantem, sit facta mẽtio generalis de
3 prioribus. † Nã gnalis mentio nõ tollit priores literas; sed oportet, quod fiat specialis, vt in c. 2. de dolo & contu. Et fm hunc intellectum adderet iste tex. ad dictũ cap. oblatę, vt literę priores impetratę debito tpe per appellatum, prævaleant secundis impetrandis per appellantem; ẽt si in secundis fiat mẽtio generalis de prioribus, vt puta per illa verba, Nullis literis veritati & iustitię, &c. & fm hoc clarior est intellectus c. sed non placet, quia non conuenit rubricę, nam si vtręque literę fuissent impetratę ad iudices, facerent potius ad titul. de appella. sed quia hic tractaꝫ de ꝓfirmatione, dẽt tex. intelligi fm alium intellectum, videlicet quod primum rescriptum impetratum per appellatũ
4 fuit pure cõfirmatoriũ snię. † Ita quod papa cõfirmauit snĩam in forma cõi, scilicet sicut iuste lata erat; nec mandabatur aliqua cognitio iudicibus; sed literę per appellantem impetratę erant solę iudiciales; & dubitatur q̃ pręualerent, nã videbatur, q̃ ex quo snĩa erat confirmata per papam, quod non poterant iudices impetrati per appellantẽ, cognoscere de viribus snię, ex quo literę non faciebant expressam mentionem de rescripto confirmatorio. Sed hoc non obstante, papa decidit distinguendo, quod si primum rescriptũ non faciebat mentionẽ de appellatione, est nullũ, postmodũ in versi. Verũ; mutat casum, scilicet qñ rescriptum faciebat mentionẽ de appellatione; sed secundę literę habebant illam clausulam generalem. Non obstantibus literis, &c. Hęc enim mentio generalis non habuit euacuare confirmationem legitimo mõ factam in mõ cõi; nec cõfirmatio, ex quo erat facta in forma cõi, habebat pręcludere viã cognoscendi de iniquitate snię, vt dixi, ſ. c. 1. Ideo rescriptum confirmatorium in hoc casu habet interim suũ vigorẽ; sed nihilo minus per secundas literas proceditur super cognitione appellationis: & si snĩa retractabitur, rescriptum confirmatorium remanet nullũ; quia fuit factum in forma cõi, scilicet sicut iuste lata erat, si vero snĩa confirmabitur, habebit suum effectum; & ita declarando secũda lect. gl. vẽ verissima. Nec insisto amplius in aliis lecturis, quę sunt modicę vtilitatis. Nã (vt dixi in c. 2.) confirmatio facta in forma cõi, de modico seruit. † Notabis in
a semper istã glo. ad alium effectum, q̃ vbicunq; plures lecturę possunt elici ex vno tex. illa amplectenda est, quę conuenit rubricę; & sic debemus sp interpretari textũ, vt conueniat titulo, sub quo statutus est. No. vnum modum arguendi a situatione rubricę, vide similẽ gl. in c. tibi q̃, de rescrip. li. 6. & in c. si sup gratia, de offi. deleg. eo. lib. & in c. vnicos, sup. tit. proxi. in glo. 2.

ADDITIO.

a ¶ Plures lect. Quãdo lex vel decr. sine tex. potest habere plures lect. illa est verior, & approbari debet, quæ magis cõuenit, & adaptatur rubricę, & sic ex rub. potest argũ pro elicienda veriori lec. & adde gl. 2. in c. cum monasterium. sup. de elec. & ibi habetur, maxime per Ioan. An. & gl. in ver. reperio, in l. fi. in prin. & ibi Bar. ff. de condi. indeb. & gl. fi. cir. fi. in Lius emptionẽ, & ibi Bart. ad fi. de fun. pa. lib. 12. facit l. Imperatores, ff. de in diem addic. accedit gl. valde no. in l. 1. C. ne li. ter. prouo. in gl. 3. in versi. prouocare, quam no. vult quod si verba tex. sunt dubia, quod declarentur per rub. & secundum illam intelligatur; & illam gl. no. ibi Bald. in 3. col. & dicit esse valde no. per rub. statutorum. idem etiam Bal. in l. fi. per illum tex. ff. de hær. inſti. & no. Ang. in auth. de inceſt. nup. in prin.

¶ Plures lect. Vide Alex. in l. 1. col. 3. vbi Mod. ff. fi cer. pet. & in consi. 179. incipit mature digestis, col. 2. in 2. vol. & in consi. 13. incipit circa primum, colum. 1. in 3. vol. Seb. Sap.

*SVMMARIVM.*

1 *Innouatio priuilegij, operatur tantum conseruationem iuris, si quod ea petebat.*
2 *Priuilegium vnum tantum habere, est periculosum, & quare, & quod remedium.*
3 *Sigillum episcoporum & abbatum est authenticum: de alijs vero, aliorum inferiorum, vide remissiue.*
4 *Transumptio alicuius scripturæ, potest delegari alicui, qui fideliter, & solennem transumptionem faciat.*
5 *In reuocatione priuilegiorum, potest pars, cuius interest, contradicere.*
6 *Ex identitate rationis extenditur non solum dispositio, sed etiam casus exceptus.*
7 *Absentes sunt vocandi ad capitulum, non solum in casibus exceptis, sed etiam in non exceptis, in quibus militat eadem, vel maior ratio.*
8 *Taxatiuę dictio nõ excludit casus similes in materia fauorabili, & pia.*
9 *Instrumenta sine priuilegia, possunt scribi, & publicari, tam in charta pergameni, quam bombacina.*
10 *Quasi, ista dictio de sui natura non est expressiua veritatis; licet aliqua do sic propter subiectam materiam.*
11 *Contra exemptum & immediate subiectum Papæ, præscribitur spatio 40. annorum, sed quatenus præscriptio posset præiudicare Papæ; requiritur spatium centum annorum.*
12 *Præscriptio centum annorum requiritur non solum aduersus res ipsius Romanæ ecclesiæ; sed etiam aduersus res, quas facit liberas ipsa Romana ecclesia.*
*Vsucapio triennalis, non habet locum in rebus mobilibus Romanæ ecclesiæ; & an idem sit in inferioribus ecclesiis.*
13 *Præscriptio centenaria, an possit per testes probari.*
14 *Libellus, aut sententia quomodo formantur, quando prælatus vendicaret aliquam ecclesiam.*
15 *Succumbens in causa, potest cogi ad lacerandum, vel corrumpendum instrumenta, super quibus se fundabat.*
*Si penes aliquem sunt aliqua instrumenta sibi inutilia: sed alteri prædicialia, potest cogi ad illa laceranda.*
16 *Priuilegium, quod legi non potest, propter vetustatem vel consumptionem, non debet renouari: secus si legitur, sed cum difficultate.*
17 *Mulier non potest regulariter esse procuratrix, aut arbitrix, aut iud.*
*Mulier põt habere iurisdiõnẽ, qñ successit in aliquo regno, vel comitatu.*
*Mulier regulariter non est procuratrix ad iudicia; sed ad negotia sic, de quo tamen vide remissiue.*
18 *Abbates, & alij religiosi, an possint esse procuratores.*
19 *Papa & Imperator possunt esse iudices in causa propria.*
20 *Literæ commissarij in causa sibi commissa, non plene probant; licet faciant admiriculum.*
21 *In causis summarijs, & parui præiudicij, non requiritur litis cõtestatio.*
*Exceptio non requirẽs altiorem indaginem, impedit actum, qui de sui natura exigit celeritatem: secus, si requirit altiorem indaginem.*
23 *Litis contestatio non requiritur, quando agitur super renouatione, vel transumptione instrumenti,*
24 *Causa summaria quæ dicatur.*
25 *In renouatione priuilegij, an debeat pars citari.*



CAP. IIII.

1 **Cum dilecta.** † Innouatio priuilegij, nouum ius nõ tribuit: nec antiquum confirmat; sed si quod competebat, conseruat. Vel breuius sic. Renouatio priuilegij, non inducit confirmationem iuris in eo contenti. Diuiditur in septem partes. Primo ponitur sororum petitio, & Papæ commissio. In secunda, ibi: Nos autem, inquisitorum relatio, & canonicorũ obiectio. In 3. ibi: Vnde, iudicũ datio. & ab ipsis appellatio. In quarta, ibi: Nuper, sororũ iterata petitio, & earum ꝓdictio. In 5. ibi: Nos igitur, Papæ interlocutio, & priuilegij innouatio. In 6. ibi: Quia vero, Papa abbatissam ꝓstituit p curatricẽ. In 7. ibi: Nolentes, committit principale diffiniendũ. Casus ſalis. Abbatissa, & moniales cuiusdã monasterij, volebãt priuilegia sua innouare, vñ, cũ pp viarum discrimina, nõ posset illa pũtare dño Papæ supplicauerunt eidẽ quatenus aliquibus personis discretis mãdaret, vt eorũ tenorẽ inspicerent diligenter; & ipsa sub sigillis suis ad se. apost. destinarent. vñ Papa scripsit quibusdã Episco. & Abbatibus, vt illa priuilegia inspicerent diligenter; & tenorẽ ipsorũ sub sigillis suis sibi fideliter destinarent, qđ factum fuit. Papa viso tenore priuilegiorũ, dũ vellet illa priuilegia facere innouari, quidã canonici proposuerunt id fieri non debere, cũ Hildesemẽsis ecclesia in possessione subie ctionis ipsius monasterij per cẽtũ annos, & amplius extitisset. Vnde ipse tunc priuilegia noluit innouare, sed quibusdã mandauit, vt ad locũ idoneum accedẽtes vocatis, qui fuerint vocandi, inquirerent veritatẽ; a qb. pars Hildesemẽsis ecclesię ad sedẽ apostolicã appellauit. vnde postmodum abbatissa p dicta petijt iterato dicta priuilegia innouari. Ex aduerso fuit petitũ, vt cãm ipsam dñs Papa committeret aliquibus, qui testes reciperent; quos ꝓ priuilegia monasterij; & ad probandũ præscriptionẽ legitimã producere intendebant. Dñs Papa ꝓsiderans, quod iure ciuili cautũ est, vt qñ periculũ testiũ timetur, ẽt lite non contestata, testes valetudinarij, & alij', de quib. ex aliqua rõnabili causa timetur, recipiant, eadẽ æquitate prouocatus priuilegia illa quasi nimia vetustate consumpta fecit innouari. ita tñ, quod p talẽ innouationẽ nullũ ius monasterio acquiraꝫ de nouo, sed antiquũ cõseruẽ. Sed quia prædictum monasteriũ ad ius & ꝓpietatẽ ecclesiæ Romanæ per priuilegiũ prædecessorũ suorum nosc itur pertinere, abbatissam prædictã nomine Romanæ ecclesiæ ꝓstituit procuratricẽ, vt cũ aduersus iura Romanæ eccle siæ tñ cẽtenaria currat præscriptio, super his & alijs procuret q̃ in iudicio sunt procurãda. Ne ergo de statu monasterij diutius dubitetur, mandat iudici, quatenus recipiat testes, quos Hil defementis ecclesia induxerit ad probandam præscriptionem, vel ad interruptionẽ ostendendã cœnobiũ duxerit producendos: & si præscriptio legitima probata fuerit, a diudicet subiectionẽ ipsius monasterij cpo pdicto: cũ pstet ipsum in sua diœcesi ꝓstitutũ, corrũpẽdo priuilegiũ innouatum, nisi ex aduerso probata fuerit interruptio, q̃ si probata fuerit, epo super hoc si lentiũ imponaꝫ, & pronunciet monasteriũ perpetua libertate
2 gaudere, priuilegio innouato, reſignando eidẽ. B. † No. primo, ibi: Propter viarũ, qđ periculosum esset habẽti vnũ priuilegium dũtaxat, illud deferre ad locaremota. nã eo perdito vel cõsumpto, perdit in effectu ius in eo cõtentũ. supra de restitu. spoliato. capit. sæpe. iõ tutum est, vt solenniter trãscribaꝫ, arg. in l. vnũ testiũ, ff. de testamen. & sic perdito originali, vel ꝓsumpto posse fieri probatio per transumptũ. ſ. de fide instru. c. pen. & vlti.
3 † Scđo no. ibi, sub sigillis suis, qđ sigillũ epoꝝ, & abbatũ est authenticũ. Quid de alijs prælatis inferioribus, & capitulis ecclesia rũ, maxime cathedraliũ? vide qđ no. Inn. in c. 2. de fide instrum. facit q̃ no. in c. post cessionem, de proba. & in c. si canonici, de
4 off. ord. lib. 6. † Itẽ no. quod inquisitio tenoris alicuius scripturę, seu indagatio veritatis, & fallitatis est delegabilis; posset ergo epus, vel alius superior cõmittere inquisitionem alicuius scripturæ, & ad responsionẽ inquisitoris solennẽ transumptionẽ illius
5 pa fecit. † Itẽ no. quod si per ꝓdictionẽ illius, cuius interest, priuilegiũ non valeret, impeditur, ipsius priuilegij renouatio, donec causa conditionis discussa fuerit. Ex quo infertur, quem posse prætendere interesse, vt priuilegiũ seu instrm alterius nõ renoueꝫ; & interesse põt versari in eo, q̃ vexari timet ex documẽtis nõ legitimis. Et ex hoc, & ex tex. no. q̃ priuilegia sublata p pscriptionẽ, vel q̃ possunt elidi exceptione, nõ debẽt renouari; qa in futurũ pñt pstare mãm litigij. † Item no. & tene semper mẽti, q̃ nedũ dispositio simplex trahit ad aliũ casum, ex identi
a tate rõnis; sed ẽt casus exceptus [a] a regula. [b] nã Papa hic casum
b exceptũ in c. qñ, vt lit. nõ ꝓte. vt testes recipi possint, nõ seruata iuris solẽnitate, trahit ex idẽtitate rõnis, ad innouationẽ priuilegij. & sic est hic casus notabilis, per gl. 1. C. de ꝓdi. ind. † Et p hoc credo q̃ licet in iure reperiant tres casus excepti dũtaxat, in qbus absentes debent vocari ad capitulũ, de quib. per glo. in
7 c. 2. de testi. li. vi. q̃ vocandi erũt in alijs, calibus cõsimilibus, vel magis arduis, facit qđ no. Inn. in c. 2. de no. ope. nun. gl. in c. 1. ſ. de his quæ fi. a ma. par. cap. & per hoc limita id qđ dĩ exceptionẽ firmare regulã in non exceptis, vt in c. dñs, 32. q. 7. & est bo. tex. in c. 2. in fi. ſ. de coniu. lepro. procedit. xi. vt restringaꝫ regu-
8 la ad casus nõ ꝓsimiles exceptos. † Et vide ad prædicta notabile dictũ Bar. post gl. in l. serui, ff. de vsuc. vbi ꝓcludit, q̃ si exceptio est facta per dictionẽ taxatiuã: nihilominus extenditur ad aliũ casum, si in alia parte iuris reperiꝫ exceptus, vt ibi no. & vꝫ probari in c. qñ, in prin. iuncta gl. vt lit. nõ ꝓte. Si aũt specifice alibi non excipiꝫ; & tũc per identitatem rõnis extenditur in mã fauorabili, & pia; vt sentit gl. no. in l. illud, C. de sacrosanc. eccl. in ver. Alicuius secus in mã restringibili, vt not. in l. 1. C. de patri. qui ſi. di. &
9 hoc no. † No. ibi: Nõ in pergameno &c. q̃ priuilegiũ põt scribi nõ solũ in pergameno; sed ẽt in papyro, & vide no. per Spec. in ti. de instru. edi. §. postremo, uerſ. ité q̃ est scriptũ in papyro, vbi dicit q̃ instrm põt esse publicũ in papyro. Et dicit Host. q̃ licet hæc mã sit periculosior; est tñ tutior; quia non potest ita fieri abrasio, seu alia falsitas in papyro, sicut in pergameno, hodie tñ de stylo curiæ rescripta fiunt in charta pecorina, vt no. Spec. de reſcri. pñta. §. 1. igiſ. ver. & qñ. ubi dicit Io. An. q̃ notanter dicit pecorina; & nõ pecudina, quia in plus se habet pecus pecoris, q̃ pecus pecudis. Nã pecus pecudis, sumitur pro istis aãlib. paruis q̃ sunt ad vsum hominis. sed pecus pecoris pro aãlib. magnis vnde comprehendit boues, equos, & similia. Et hoc ad denotandũ, quod ẽt in istis scribuntur qñq; priuilegia, & processus. Quidam tñ dñt, q̃ priuilegium non erat hic in charta bombacina scriptum; sed in quadã mã confecta ex quadam herba, quæ vulgariter appellatur pauera; & cũ glutino quodam efficiebaꝫ apta ad recipiẽdum scripturã. prædicta tñ de iure procedũt. facit quod no. gl. & Bar. in l. cum tabulas. ff. de fur. hodie tñ notarij præstant jurm de publicandis instrumentis in charta pecorina, seu in pergameno. de quo dicendum, vt no. in c. sicut, ſ. ne
10 cle. vel mo. † No. ibi: Quasi iã nimia uetustate &c. quod dictio, quasi, non est veritatis assertiua, sed impropriatiua; & denotat diminutionẽ quandam. Qñq; fm subiectam materiam exprimit veritatẽ vt hꝫ in Euangelio Io. quasi vnigeniti a patre &c. vi
11 de bo. ex. cum gl. in c. prout, de do. & cõtu. † Not. in uersi. Quia vero, optimum arg. q̃ contra exemptũ & immediate Papæ subiectum põt præscribi spatio 40. annorũ, quatenus ꝓiudicat ipsi priuilegiato; sed quatenus præiudicat Papæ, requiritur spatiũ cẽtũ anno. si n. potuisset abbatissa deducere ius Papæ in iudiciũ nõ fuisset opus, vt constitueretur procuratrix Papæ ad deducẽdũ ius suũ in iudiciũ, & tenebis in hoc menti istũ tex. qa multũ, bñ facit saltẽ in arg. & vide qđ no. gl. in simili in c. 2. de cape. mo. & in d. c. ad audiẽtiã, de præscr. & in c. volumus. 16. q. 4. vbi sunt
12 tres bonæ gl. ad mãm, vide tñ omnino, q̃ dixi in d. c. ad audientiã. † Itẽ no. ibi: Possessiones, & iuraꝫ &c. qđ ecc. Romana gaudet pscriptione cẽtũ annorũ, nõ solũ ī rebus priuatis ipsius Romanæ ecc. sed ẽt in omnibus iuribus, & possessionibus, quæ com
c petunt rõne libertatis [c] datæ. Et sentiunt doc. hic ex ista gñalitate

ADDITIONES.

a ¶ Exceptus. No. diligenter q̃ iura limitatoria, & ponentia fallentias, extenduntur ex identitate rationis, & adde hic eundem Panor. in c. audientiam, in 1. no. inſ. de cle. non resid. pulchre loquentẽ hic, & etiam notantẽ ad hoc hũc tex. in §. nos igitur; & sic habes hic tex. meliorem de iure, per Bar. in l. si cõstante, in 9. q. primæ partis princ. ff. fol. matr. vbi idẽ vult q̃ in iuribus limitatorijs sit licita extensio ex identitate rationis; licet D. Ale. ibi conẽt oppẽdere q̃ iste tex. in hoc versꝫ nos igitur, nõ probet, & male ponderetur per istum & vide multa exẽpla, q̃ taxatiua non excludat casus similes, quos ponit do. Iaſi in l. 1. ff. de off. cius, vbi inter alia q̃ non excluditur quando induceretur legis, vel statuti correctio, de quo per Alex. in l. 1. C. de bo. posseſ. contratab. Aeneas de Falco.

¶ An ex identitate rationis extendãtur iura limitatoria, dicas de hoc late vidẽ dum esse per Rom. post alios, in l. si vero. in §. de viro, in repetit. vbi ponit materiam extensionis, ff. fol. matr. & per Sali. & do. Pau. de Cast. in l. si sequi vestri, C. de noxal. Ant. Franc.

b ¶ A regula. vide multa per Fel. in c. quoniam frequenter. in prin. sup. vt lit. nõ conte. per And. ſic. in c. iurauit, sup. de probatio. & Alex. tenentem contra Ab. hic, in l. si constante, fol. mat. Seb. Sap.

c ¶ Libertatis datæ. multa circa hæc accumulat Fel. in c. ad audientiam, ver. vl timo facias regulam sup. de præscr. Alex. in consi. 180. incipit viso themate in 2. vol. Seb. Sap.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tate verborum hoc ꝓcedere, tam in rebus mobilibus, q̃ immobilibus, corporalibus, & incorporalibus, q̃ bñ notabis. Ex hoc enim infertur, q̃ vſucapio triennalis in rebus mobilibus, non
a hẽt locum ℨ eccle. Romanã.[a] Nunquid aũt in eccl. inferioribus,
13 hẽat locũ vſucapio ꝑdicta. plene no. in c. j. de in integ. reſt.† Vlterius no. ibi: Teſtes recipias, &c. tex. apertum q̃ præſcrip. centenaria
b [b] põt probari ꝑ teſtes, cuius ℨriũ ſentit gl. in c. cum nobis, ſ̃. de præſcrip. & dic vt ibi dixi.† Item no. ibi: Subiectionẽ ad
14 iudices &c. modũ ſeu practicam libellandi, ſeu ſententiandi, cũ
15 eſꝑs vendicat aliquã eccl. vt ſubiectã.† Vltimo no. & tene mẽti, ibi: Corrũpendo, &c. q̃ poſtquam quis ſuccubuit in cã, debent oĩa priuilegia ſeu inſtrumẽta, deciſioni ℨria, lacerari & corrũpi, ne in futurũ poſſint præſtare mãm diſcordiæ. Ex quo etiam inferꝝ, q̃ ſi penes te ſint aliqua inſtrumenta tibi inutilia, & iuri meo quoad tenorem ℨria, poſſum petere, vt corrũpãtur, & lacerentur, facit pro hoc c. accedens, il. j. vt lit. non cõt. & a ſimili
16 ſeu a ℨrio l. ſicut, C. de lib. cau. & c. eccleſia, ſ̃. vt li. pen. & l. diſſolutæ, C. de ꝺi. ex le.† In gl. j. ibi: Iõ non poterant videre, &c. ſed
hoc vꝝ ℨ factum Papę, cum Papa hic diſtulerit innouationẽ ad
ℨdictionẽ partis aduerſę: ergo oporteret dicere, q̃ aliq̃ ĩtereſſe prætendere põt pars aduerſa; & dic q̃ ſatis ſua intereſt, qñ ꝺ
ſumpto originali, nõ timet ſibi litem moueri in futurũ; ſecus ſi
fieret innouatio. Hinc eſt, q̃ pp hoc intereſſe in ſi. literæ, mãdaꝝ
hoc priuilegiũ corrumpi; ergo ſua intereſt, ne innouetur; quia
melius eſt ante tẽs occurrere, &c. l. ſi. C. q. cau. ĩ inte. reſt. nõ eſt
ne. & quod no. in c. j. de in integ. reſt. & de iureiu. c. quemadmo
17 dum. Inſ̃gl. in ver. Duximus. in fi. dic, q̃ ℨria procedunt, qñ non
põt legi propter vetuſtatẽ ſeu conſumptionem aliter ſupueniẽ
tẽ; ſed vbi legi põt, licet cum difficultate, fit innouatio, ꝑut hic
dr̃. In gl. in ver. Procuratricem. ibi: Similiter, & iudex. non intelligas principium gl. indiſtincte. nam regula eſt in ℨrium. q̃ neque procuratrix, neque arbitratrix, ſeu arbiter, neq; iudex põt
eſſe mulier. iſta enim ſunt officia virilia, vt in c. infamis. §. tria. 3.
q. 7. & no. plene, in c. ſeiſcitatus, ſ̃. de reſc. ſed iura q̃ allegat gl. ponunt caſus ſpeciales, ſ. qñ mulier habet iuriſdictionem; quia ſucceſſit in aliqua dignitate, vt puta ĩ comitatu, vel regno. Et intelige, q̃ mulier non põt eſſe rẽr procuratrix ad iudicia. Nam ad
negocia bene poteſt conſtituĩ, vt no. in l. ait ꝓtor, ff. de ne. geſt.
Et caſus, in quibus põt mulier eſſe procuratrix, vide per Spec.
in ti. de procur. §. 1. in prin. Et ultima ſol. gl. hic poſita quantũ ad
18 tex. noſtrũ vꝝ uerior.† De abbate vero, & aliis religioſis, nunqd poſſint eſſe ꝓcuratores, vide bonam gl. in c. præſentium, 16. q. 1. per Inn. in c. cum I. & A. ſ̃. de re iud. & tex. in c. religioſus, de proc. Et no. in fi. gl. tres modos procedendi, cũ Papa vult moue
19 re qõnẽ ℨ ſubditũ; & primi duo modi ſunt honeſtiores.† Et inquãtũ gl. dicit Papã poſſe iudicare in cã eccl. ſentit, q̃ in cã patri
moniali nõ poſſit eſſe iudex, qđ tũ nõ eſt verũ. Nã & Imperator iudicat in cã ſua. ff. de his, q̃ ĩ teſt. dele. l. ꝓxime, & in l. & hoc
Tyberius. ff. de hære. inſti. vide in hoc, qđ ſatis plene dixi in c. cũ
20 veniſſent, ſ̃. de iud.† Extra gl. primo oppoſ̃ tex. vꝝ enim q̃ literis iſtius legati non erat fides adhibenda; cũ ſibi cã fuiſſet commiſſa. Sol. Doc. fatentur ℨrium & dicũt q̃ literæ ipſius adminiculabantur, non autẽ plene probabant. Ex quo not. q̃ literæ
legati ĩ cã ſibi cõmiſſa, faciunt adminiculũ: plene tñ nõ probãt
21 in alterius præiudiciũ, vide bo. gl. in c. ſicut, de ſent. excom.† Secundo op. vꝝ enim q̃ proceſſus iſte non valuerit; cum nõ præceſſerit litis conteſt. in c. vnico, de li. cõte. Solutio multiplex. qdã intelligunt hic litẽ nõ fuiſſe cõteſtatam. Alij, q̃ ſpeciale eſt,
cũ agitur de libertate eccleſiæ. Alij (vt no. Inn.) dicunt, q̃ cũ agitur de innouatione priuilegij, ſeu alterius ſcripturæ, nõ eſt neceſſaria lit. cont. qđ verbum no. Ho. tñ requirit ꝓteſtationẽ lit.
& dicit q̃ ob hãc cãm fuit hic appellatũ a prioribus iudicibus;
& petebatur, vt viris diſcretis cauſa cõmitteret. D. An. ſimpliciter vꝝ tenere, q̃ cum hæc cauſa ſit ſummaria, & modici præiudicij, non eſt neceſſaria lit. conteſt. & ſic vꝝ ſequi opi. Inn. quæ mihi ſatis placet. in auth. niſi breuiores, C. de ſenten. ex breui. reci.
22 & eorum quæ no. in c. 1. de libel. obl.† Dic etiam q̃ ſi ℨ petentẽ innouationem opponitur exceptio non requirẽs altiorem indaginẽ, prius diſcutieꝝ exceptio, quã fiat innouatio, vt ſatis colligitur ex principio capituli. Sed ſi exceptio requireret lõgũ tractum; tunc non impediꝝ innouatio, vt notãter etiam colligiꝝ hic ver. Nos igitur: Nam hic patet, q̃ ſi exceptio a primordio facilis pp appellationes, vel aliã cãm efficiꝝ difficilis, & lõgæua,
ea nõ obſtante, proceditur ad innouationem: paria ergo ſunt,
q̃ a principio, exceptio exigat longũ tractũ; vel q̃ ex poſtfacto
23 efficiatur difficilis pp diſputationem, ſeu appellationem.† Sed ℨ id, quod eſt ſ̃. dictum litem ꝓteſt. non requiri, cum agitur ſuꝑ renouatione, ſeu trãſumptione inſtrumẽti, facit iſte tex. in ver. Nos igitur. vbi vꝝ innui, q̃ tunc non requiritur ꝓteſtatio, qñ imminet periculũ ſuper conſumptione ſicut obſeruatur in receptione teſtium; ſed hoc nõ obſtãte, teneo primum. ſ. q̃ hæc cã
24 ſit ſummaria.† Per regulã, quam poſt Dy. ponit Bar. in extraua. ad repri. in ſummario & ſequit Io. de Lig. licet nõ allegat. Bar. ĩ
cle. ſæpe, de ver. ſig. vbicũque. n. verſatur cã, ſuper qua ſnẽa lata, non infert magnũ prẽiudiciũ, ſeu totaliter non decidit, quin poſſit ĩ alio iudicio grauamẽ reparari, illa dr̃ ſummaria. ad hoc l. 3. §. ibidẽ, & qđ ibi no. ff. ad exhiben. & vide latius in locis præal. Ad hũc tex. rñdeo q̃ ꝓcedit ſimilitudo hoc mõ. Sic. n. teſtes qui nõ põt aliter recipi lite nõ ꝓteſt. recipiunꝝ inſtãte neceſſita teꝫita renouatio priuilegij, quæ nõ dẽt fieri niſi diſcutiaꝝ prius exceptio illius, cuius ĩtereſt, vt innuitur hic in ver. Nos autẽ. cũ ſeq. poteſt fieri imminẽre periculo, cum exceptionis diſcuſſio exigit lõgũ tractũ, vt hic, & in d. verſi. Nos igit.† Sed quæro, an innouatio priuilegij parte abſẽnte, & nõ ꝓtumace facta, valeat? Inn. vꝝ velle, q̃ ſic, dũmodo nuncieꝝ parti intra annũ, vel ꝑuenia
tur, arg. in c. qñ, ſ̃. vt lit. nõ cont. Si aũt pars eſt ꝓſens, dẽt citari, quia facilius ipſa indagabit, & percipiet falſitatẽ, cuius intereſt, quam iudex, vel notarius: dicit tñ Hoſ. quod ſi petitur innouatio in curia, nõ eſt neceſſe, ipſam partẽ abſentem citare, cũ hẽat tranſire per manus pluriũ, qui ſunt in hoc bñ edocti, ar. in l. omnium, C. de teſta. dicit tñ, qđ ſi pars eſt præſens, deberet citari,
c vel ſi de proximo ſperetur aduentus.[c] Ego de hoc remitto[d]
d ad plenius no. in c. ſignificauit. & in c. Albericus, de teſti. vñ crederẽ, q̃ niſi ſit periculũ in expectando partẽ citãdã, nõ dẽt ꝓcedi ad innouationẽ ſine citatione. Et innouatio aliter factа non valet, niſi ille faceret, qui de nouo poſſet ꝓcedere. probaꝝ in c. ſignificauit, iũcto c. enĩ. poſt prĩ. vt li. nõ cõt. Nã ſi ĩ receptione teſtiũ eſt hoc obſeruãdũ, fortius in innouatione priuilegij; cũ ſit maius periculũ. nã ſi originale erat vitioſum, nulla defenſio cõpetit amplius, parti aduerſæ; cũ vitium non poterit perpẽti in trãſumpto; quia falſitas erat in bulla, vel filo; qa charta prius fuerat raſa, & poſtea reſcripta, iuxta ea quæ habentur in c. licet, de cri. falſi, dixi plene in d. c. Albericus.

ADDITIONES.

a ¶ Romanam. No. ad declarationem auth. quas actiones, in fin. C. de ſacroſanc. eccle.

b ¶ Centenaria. & tex. in l. ſed & ſi quis, §. proui. ff. de inſtitut. & tex. in l. decuꝛ. §. ſi cui mandauero, ver. ſi mater, ff. mã. & in l. 4. §. j. ff. de neg. ge. & idem dicit Ioan. And. in additio. Spec. in tit. de procu. §. 1. circa prin. Et adde qđ etiã ad actum qui fit in iudicio, dũmodo ſit actus voluntarię iuriſdictionis, mulier poteſt conſtitui procuratrix. tex. eſt fin. in l. 1. §. fina. C. de manumiſ.

c ¶ Aduentus. Vide Ale. in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Abb. in c. ex parte j. in 3. no. ℨ. de priui. & Felin. in d. c. Albericus. in prin. ſ̃. de teſt. Seb. Sap.

d ¶ Remitto. Et vide d. Ant. in c. 1. ſup. tit. prox. in ver. quæro qualiter, & de hoc omnino per Arch. in c. ℨ mortem. 100. diſt. vbi dicit, q̃ ſi fiat innouatio priuilegij per illũ qui nõ ꝓceſſit, requirit citatio per ſolẽne & generale edictũ, ſed ſi fieret per illum qui conceſſit, nõ requirit citare niſi dicatur ſuſpectus, vel de ipſo referatur qõ, & alle. Hoſt. & Inn. in d. c. Albericus, de teſtib. & qđ valeat innouatio priuilegij facta etiam nõ vocatis partibus, tenet, d. Ant. in venerabilis, ℨ. ſecus dicit eſſe, in confirmatione, & vide de hac q. in terminis per d. Abb. in c. ex parte. el 1. circa princ. inf. de priui.

¶ Circa innouationem priuilegij an debeat pars citari, & qualiter fieri debeat, vide quæ habentur, in c. inter dilectos, de fid. inſt. & vide Spec. in tit. de odio iu. in §. 5. in ver. ſed queritur, & in ver. illud aũt. in fi. & adde, quod pendente appellatione, vel ẽt relatione, non debet fieri innouatio, vt Spec. in tit. de regula. in §. 5. in prin & in §. appellatione pend. in ver. 22. Ant. Franc.

SVMMARIVM.

1 *Religioſi non poſſunt adminiſtrare temporalia, etiam ex confirmatione Papæ; quia cenſetur aut ſurreptitia, aut nulla. vide infra, num. 6. vbi ſi confirmantur ex certa ſcientia Papæ, non poterunt remoueri, in aliis vero remanẽt ſub obedientia ſuperioris, vide in capitulo proxi. num. 4.*
2 *Regulares quicquid acquirunt eſt monaſterij, & mil appropriant. 5.*
3 *Literæ emanate de curia præter ſolitum ſtylum curiæ, præſumuntur ſurreptitiæ, aut nullæ.*
4 *Regularis licet poſſit eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis, tamen canonicus eccleſiæ ſæcularis eſſe non poteſt.*
7 *Papa ſi contulit alicui regulari prioratum in loco vbi abbas ponebat, & remouebat ad nutum, an poterit ipſe abbas, & iſtum, qui habet collationem a Papa remouere.*
8 *Papa concurrit in collatione beneficiorum, cum omnibus ordinarijs. Abbas non poteſt conſtituere monachum in priorem alicuius loci.*
10 *Abbas non obligatur monacho, etiam cum iuramento.*
11 *Abbas poteſt remouere priorem; etiam quod priores in illo loco fuerint per præteritum perpetui. Conſuetudo non inducitur ex actibus meræ facultatis.*
12 *Regularis remotus ab aliqua dignitate, ſine cauſa, an habeat aliquod remedium, vide remiſſiue.*

CAP. V.

1 **Ad noſtram audientiam.** †Non valet cõfirmatio, quã religioſus impetrauit a Papa ſuper tẽporali adminiſtratione, ſeu prioratu, ſi tacuit ſe regularem. Si vero expreſſit, reſcripti præſumitur falſum: quia Papa non conſueuit ꝓcedere. hoc d. cum ſeq. Cõis diuiſio, ſecunda, ibi: Quia igitur. Caſus lit. Quidam canonici regulares Neumaſenſis eccleſiæ, impetrabant liras confirmationis ſup adminiſtratiõib. ſuis, tacito q̃ eſſẽt regulares. ſignificatũ fuit hoc dño Papæ ex parte præpoſiti illorũ regulariũ. Dicit Papa, q̃ regularibus perſonis, apoſtolica ſedes aliqua non ꝓſueuit confirmare; vñ mandat quibuſdã, quatenus cõfirmationes a prædictis regularibus taliter impetratas, denunciẽt irritas, & inanes. Ber. No. primo, q̃ regulares exiſtentes in eccleſijs cathedralibus, dñr canonici. nã iſta eccleſia Neumaſẽſis eſt cathedralis, & regularis, vt refert Io. An. & ſatis colligiꝝ ex text. pt̃ñ intelligi, q̃ erãt regulares canonici, vt ſunt iſti de ordine ſancti Auguſtini. Nã quidã reperiunꝝ mẽdicãtes; & nõ ſunt canonici. Quidã vero non ſunt mẽdicãtes: & iſti dicunꝝ canonici. Põt intelligi in monachis eccleſiæ cathedralis. nã põt applari canonici, vt hẽs tex. iũcta gl. in c. 2. 58. diſt. & vide circa hoc qđ
2 plene dixi in c. cãm, ſ̃. de iud. †Secundo no. q̃ regularibus non eſt aliquid pſonaliter ꝓfirmãdũ: qa nõ põt ſibi aliq̃ appropria
re; ſed totũ eſt monaſterij, quocũq; ſe vertãt, & qualitercũq; ac
3 quirãt. 18. q. 1. c. vno. ea. cã, & q. 2. c. abbates.† Tertio not. ibi: Nõ conſueuit, &c. q̃ literæ emanãtes de curia, præter ſolitũ curſum
a & ſtylũ [a] curiæ, ſ̃ſumuntur ſurreptitiæ; & qñque falſæ, qñ. ſ. nihil ſupprimitur, ſed fit conceſſio deuians ab oĩ honeſtate, & ſtylo
4 curiæ, vt in c. ſeq. & ibi dicetur.† Vltimo no. q̃ non ſolũ regulares alicuius monaſterij, ſed etiã ſi ſint canonici eccl. cathedra.
non põt tenere adminiſtrationes perpetuo; non tñ ex hoc intelligas, q̃ regularis poſſit eſſe canonicus in eccl. ſeculari, quia
eſſet ℨ c. ſuper eo, de regula. & vide bon. glo. in c. quorundã. 74.
diſt. ſed intellige, q̃ eſt ibi canonicus, qñ eccl. cathed. eſt regula
ris modo prædicto. In gl. ibi: Scilicet tacita veritate, &c. aduerte
licet dictũ prĩcipij huius gl. ſit in ſe verum, nõ tñ eſt bona expoſitio ad illud verbũ, pſonaliter, poſitũ ĩ tex. Nã ſenſus illius ver
bi eſt, q̃ pet ſonaliter non ꝓſueuit ſedes apoſt. regularib. aliq̃ ꝺ
firmare, ita vt ipſæ pſonæ ſingulares habeãt nomine ꝓprio, ſed
realiter bñ ꝓſueuit ꝓfirmare, dãdo ſcilicet priuilegiũ ipſi rei, ſci
5 licet monaſterio, vel collegio.† Rõ diuerſitatis eſt, qa collegiũ eſt capax in cõi, ſed particulares pſonæ non, qa a ſe abdicaue
runt omnia, & poſuerunt priorẽ ſ̃. caput ipſorũ, loco Dei, vt in
6 c. ſi religioſus, de elec. lib. 6. 13. q. j. cnõ dicatis.† Et vt habeas clare mãm huius c. ſequẽtis, eſt primo videndũ, quæ fuit rõ decidẽdi in iſto tex. Solu. põt colligi ex prædictis, & adhuc clarius dic.
Aut. n. iſti adminiſtratores erant tẽporales, vt quia poterant re
moueri ad nutũ ſuperioris, vt in c. cum ad monaſteriũ, verſic.
nec alicui. ℨ. de ſta. reg. Aut erãt perpetui, iuxta id, quod hꝝ in c.
2. eo. tit. & vtroque caſu diſſoluebatur bonũ obedientiæ, occa
ſione huius ꝓfirmationis. Nã cũ aliàs poterant remoueri ad nutũ abbatis, vel ſaltẽ ex facili cã, qñ erant perpetui, vigore confirmationis; nõ poſſent remoueri ad nutũ ſuperioris; & ſic quodãmõ p hãc ꝓfirmationẽ erigebant ſe ℨ bonum obediẽtiæ; & hoc ius tenendi appropriabãt ſibi pſonaliter. Et ex his, & ex no
tatis in c. ſeq. not. q̃ ſi ex certa ſciẽtia Papæ ꝓfirmeꝝ religioſo ali
qua adminiſtratio, q̃ de ſe erat tẽporalis, quia poterat remoueri
ad nutũ abbatis, nõ poterit deĩceps remoueri ſine licẽtia Papę.
Vñ, vbi primo erat obedientiarius abbatis, nunc vigore ꝓfirmationis efficitur obedientiarius Papæ, vide Inn. in c. niſi. ℨ. de ꝓb.
& Do. in c. cũ inter R. ſ̃. de elect. & in clem. quia regulares, de
ſupp. neg. præla. non tñ intelligas, quod p hãc ꝓfirmationẽ eximatur regularis a iuriſdictione ſui ſuperioris, ſed in omnib. ius
competens ſuperiori remanet illeſum, ꝑterquam, vt non poſſit
cognoſcere, vel tollere ius ꝓfirmatũ, vt in c. j. & 2. ſ̃. eo. niſi ex
nono delicto, vt hẽt gl. not. in d. c. j. vide Fed. de Sen. conſi. 255.
vñ põt iſte in manib. ſuperioris renũciare, pmutare, & alia facere,
7 q̃ ad ſuperiorẽ ꝑtinent. Hęc procedunt in ꝓfirmatione facta ex
b certa ſciẽtia. †Sed dubitaꝝ, qd dicẽdũ in collatione? & eſt qõ ſatis quotidiana, Pone, q̃ Papa[b] ꝓtulit regulari aliquẽ prioratũ, q̃
de ſe nõ erat ꝑpetuus, ſed abbas nõ ponebat ibi priorẽ, & remouebat ad nutũ, iuxta ea q̃ hñr in præall. c. cũ ad monaſteriũ.
Nũqd abbas põt iſtũ remouere ad nutũ, ſicut potuiſſet, ſi ipſe
met ꝓtuliſſet? Aduerte ad duos caſus. Nã qñque Papa contulit
ex negligẽtia abbatis; & tũc nõ alteraꝝ natura bñficij. Vñ ſicut
primo poterat remoueri ad nutũ; ita & nunc, interueniẽte collatione Papæ, quia ex quo ꝓtulit, iure deuoluto, nõ vꝝ voluiſſe
alterare naturã bñficij, de quo vide tex. cũ gl. no. in d. cle. quia
regulares, vbi hoc tenẽt cõiter Doc. Secundus caſus dubius eſt,
q̃ Papa ꝓtulit, ceſſante omni negligẽtia ſuperioris; & in hoc
c ſenti, c de offi. ord. lib. 6. Sed aliud ſentit Colle ctarius in c. ꝑtuas,
de ma. & obe. facit quod no. in d. cle. ga regulares. In hoc diſtinguerẽ, q̃ aut illud Papa ꝓtulit expreſſe, vt quoad vixerit, dẽat poſ
ſidere; & tũc ſine cã non põt remoueri ꝑ ſũ ſuperiorẽ, de hoc
vꝝ tex. in d. c. cum inter R. & ſic intellige nota. ibi Doct. Aut ſim
8 plr. contulit, & puto, q̃ põt remoueri, ſicut prius per ſuperiorẽ:
† Quia cum Papa ꝓcurrat in collatione bñficiorum cum ordinarijs, vt in c. 2. de ꝓben. lib. 6. non vꝝ ſimpliciter cõ
ſtituere, & ꝑtuũ. arg. hic, & in c. ſeq. & in dubio hoc dẽmus tenere
9 q̃ ꝓgruẽs bono obediẽtiæ, †Sed qa viſum eſt. ſ̃. de virib. collationis factæ ꝑ Papã, nũc q̃rit, quid ſi proprius ſuperior, puta abbas, contulit regulari prioratum, ſeu aliam adminiſtrationem, quouſque vixerit poſſidendã, nũquid hoc non obſtante poſſit hunc regularem ad libitum remouere? & ſæpe hæc videbis in facto. Conclude, q̃ ſic. Nã ſi gerebat in animo q̃ cũ remouere nõ poſſit, illicita fuit ꝓceſſio, & ℨ ius, vt ĩ d. c. cũ ad monaſteriũ, in §. nec alicui, ℨ. de ſtatu reg. Itẽ quẽadmodũ dñs non põt obligari ſeruo, vt in l. interpoſitas, C. de tranſ.† Ita nec abbas ſuo monacho. Ad idem c. manifeſtũ. 34. q. 5. vbi dr̃, q̃ licet vxor emiſerit votũ cum ꝓſenſu mariti, non tñ poteſt eo inuito illud perſonaliter perſoluere, & vide ad ꝑdicta q. quã ponit Io. An. in reg.
nõ eſt obligatoriũ, de reg. iu. lib. 6. in Mercu. Ex cuius dictis poſſet inferri ex identitate rõnis ad qõnem noſtram, q̃ etiam ſi abbas iuraſſet, nihilominus valebit remotio. Et hanc ꝓcluſionem
reperij poſtmodum tennuiſſe Fed. de Sen. conſ. 134. & Inn. in c.
11 inſinuante, qui cle. vel vo.† Sed q̃ro, quid ſi non eſt memoria in ℨrium, q̃ fuerit talis prior ꝑ ſuperiorem remotus, nunquid ex
hoc ſit inducta ꝓſuetudo, vt remoueri non poſſit ad nutum abbatis? Puto q̃ non, quia aut ſuperior nunquam remouit, & non
poſſet dici inducta ꝓſuetudo, quia ex actibus merę facultatis nõ
induciturꝝ ꝓſuetudo, ſeu ex non vſu nõ habẽte in ſe actum taci
